




**De re medica huic volumini insunt, Sorani Ephesij Peripatetici,
& uetustissimi Archiatri, in artem medendi Isagoge, hactenus
non uisa.**

<https://hdl.handle.net/1874/433837>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

LIBRIS

DE ...

... IN ...

O. fol.
47




181.

Medicine 184.

d.







Magister


Medici

olio n^o. 47.



DEPARTMENT OF THE ARMY
WASHINGTON, D. C. 20315





DE RE MEDICA HVIC

VOLV MINI INSVNT,

SORANI Ephesij Peripatetici, & uetustissimi Archiatri, in artem medendi Isagoge, hactenus non uisa.

D. ORIBASII Sardiiani fragmentum, de uictus ratione, quolibet anni tempore utili, antea nunquam æditum.

C. PLINII Secundi de re medica libri v̄. accuratius recogniti, & (nothis ac pseudepigraphis semotis) ab innumeris mendarum millibus, fide uetustissimi codicis repurgati.

L. APVLEII Madaurensis, philosophi Platonici, de herbarum uirtutibus, uerè aurea & salutaris historia, è tenebris eruta, & à situ uindicata.

ACCESSIT HIS VICE CORONIDIS,

Libellus utilissimus de Betonica, quem quidam Antonio Musæ, nõnulli L. Apuleio adscribendum autumant, nuper excusus.

PRAETEREA

Rerum & uerborum locupletissimus Index.



Ex Donatione hñb. à Bñco-hel.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.



DE RE MEDICINA HVIC

WOLFFENBUTEL

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700

1700



1700

1700

REVERENDISSIMO IN

CHRISTO PATRI, PRINCIPI, AC DOMINO, D.

PHILIPPO Basiliensium Episcopo, Albanus

Torinus Vitudurensis S. D.



VVM anno superiore nō tam fortunę calculis, quā uir-
gula quadam diuina creatus Episcopus esses, bene multi-
tuę Celsitudini, PHILIPPE Præsul ornatissime, splen-
dore gloriaq; nominis tui allecti, multa, quę tibi uarię ar-
rideant, ἀπειρία δῶρα certatim adferebant. Alius canum
phalanges, hic θεσβυκῶν uidelicet, hic οἰκιστῶν, μελιτῶν ille
κωιδῶν. Alius ferarum omne genus, uolatilem ceruum, aprum segiterū, cas-
preolos leueis: alius phasianam: superbam Iunonis alitem: alius phœnico-
pterum, Meleagridem ille crista rubentem. Donant alij maris rapinas, mu-
renas, rhombū, & accipenseris: alius læta munera Bacchi: ille γελωτωοῖον,
alius generosum caballum: alius deniq; ingens argentū aurum uē baccatū,
quorū quidam artificis manus, Dædaliumq; ingenij cuiuspiam opus mate-
riam superet, & plura his & præstantiora, quę (quia referre longū) silen-
tur. Neq; id temere, quum te uideant Antistitem, quem omnes boni meri-
tō etiam atq; etiam suspiciant, maximoperē colant & reuereantur. Omnium
nanq; suffragio unus es, qui cæteros citra cōtrouersiam omneis Germaniæ
nostrę pontifices (quod reliquorū pace dixerim) quum morum innocen-
tia, fide spectata, comitate festiua, grauitate inamarulenta: tum uita ab omni
dedecore longē lateq; semota, fama, nulla sinistra rumoris labe aspersa, sim-
plicitate prudenti, continentia, animi claritudine, sollicitudine plus quā
paterna, munificentia, sanctimonia, incōparabili eruditione, iustitia deniq;
ne arenas numerem, quę in se uirtutem cōplectitur omnem, longo post te
interuallo relinquis, et quod est in Prouerb. Cornicū oculos cōfigis. Qua-
re nō ab re gratulantur tibi νεοκοσμίτοι omnes, diuini numinis benignitate,
in eorū albū ascripto, quorū consilio, prudentia, iudicio, regni huius moles
moderetur. Gaudio inquā subsiliunt omnes atq; triumphant, confidentes
tuam sublimitatē, instaurandę, nescio quorum uitio labefactę collapsęq;
religionis, prouinciam strenue capesturā. Iam tum, quum hæc partim ocu-
lis usurparem, partim auribus acciperem, dolere cœpi, & quidem maximē
quod eiusmodi facultatibus non abundarem, quibus placantur hominesq;
deiq;. Ambigenti igitur quid ingenio designarē, quod meū erga te animū
fenestraret, quodq; tibi nō ingrātū foret, Nescio quę Pallas misit in men-
tem, Magnificentiam tuam non esse ex illorum hominū albo qui amicitiam
utilitate probant: uerum esse te in suscipiendis muneribus alterū Xerxen.
Subijtq; non nouum auspiciandę beneuolentię aucupiū, prisca scilicet insi-
gnium eruditione uirorū, ad nostra usq; secula propagata solennitas, qua
receptum est, quos amore singulari, & obseruātia prosequimur, eos studio
rum nostrorum aliquo monumento salutare, quo & salutati se ab illis diligi

EPISTOLA

& coli exploratum habentes, noſſent inde perpetuã ſibi famam et gloriam
immortalem deriuari, ruruſq; ab eorum præſtantia ſcriptis ampliffimum
pondus inuehi. Ita totius philoſophiæ ſpeculũ Plato, Timæum & Critiam
& Phædroneſq; compluresq; alioſ inſcripſit τὸν δὲ διαλόγου. Myſtes item Pla-
toniſ Aristoteles, qui propter ſciẽtiæ ubertatem, apud Græcoſ Dæmoniũ
nomen ſortitus eſt, tam Rhetorica quàm de Mundo Alexandro M. nunc-
cupauit. Galenus Piſonem, Pamphilianũ & Glauconem nuncupatione or-
nauit. Rhazes regem Almanſorem: Ex Romanis Varro Ciceronem, Bru-
tum ille, & Hortenſiũ: principes hodie pleroſq; Erasmuſ ille Rot. ſuis con-
ſecrationib. illuſtrauit, & alij alioſ, μὴ εἰκὴ pluriũ catalogo tuã Celſitudinem
trahã. Hæc mecũ reputans, et hanc ueterũ conſuetudinẽ animo reuoluens,
deſtinabã clariffimæ Amplitudini tuæ diuinum aliquod opus (quanq; illic
ingens pectori oboritur æſtuſ, quũ occurrit, quàm ſit mea curta ſuppelle-
x, et quàm immenſum quod tua poſcit ſublinitas) quo inchoato, cõmode An-
dreas Cratander, uir optimiſ autoribuſ emendatiſſime procudendiſ na-
tuſ, uti hoſ medicæ profeſſionis prodigioſiſſime deformatoſ autoſ a ſitu
& interitu aſſerere coner, eſſagitat. Ego re uera tuo nomine multo liben-
tiuſ eam, in qua id fortaiſſis potuerim, quod canis in balneo, ſuſcepĩ provin-
ciam: cuiuſ equidem fructuſ, ut potiſſimum tibi optimaruſ diſciplinaruſ Ger-
manico Mecœnati nuncuparẽ plureſ me ſunt cauſæ cohortatæ. Præcipua,
quod animi erga te mei promptitudinem prodere geſtiebam, qua ratione
ſperabam mutuã inire beneuolẽtiã, ac me tam illuſtri placituruſ Principi,
quo non magiſ in uotiſ habeo quicquã, memor Horatiani carminiſ,
Principibuſ placuiſſe uiriſ, non ultima lauſ eſt.

Altera μὴ εἰκὴ πῶ ἀβυδὸν, liquet enim quàm multum aleæ pro foribuſ eſſe il-
liſ qui ſine ſatellicio aliquo ue præſidio ſuaſ lucubratiũculuſ ædere ſtudẽt,
ita hac tẽpeſtate in omneſ ἢ ἐς πάντα χυναύματα graſſat, uulgo comitata furiſ
& διαβολῆ. At tuti nimirũ tuo patrociniõ muniti prodibũt, Si modo quid tutũ
à Zoiliſ quibuſdam & alienoruſ laborũ exhibitoribuſ eſſe poſſit, qui quũ
nihil præſtent, hoc agenteſ naſo ſuſpendunt, hoſ per Iouem ἀνὰ μνηκτιζερ
oportet & cõtemnere. Acceſſit alia ratio cur tibi inſcribere ἕνδανε θυμῶ, quod
tu mihi uidere cum ſecunda ualitudine, tum uita mortaliũ omnium digniſſi-
muſ, quod ſoluſ de tanto Epiſcoporum choro, elegantiorum ſtudioſuſ my-
ſtaſ, nō reſpicit ſoluſ & appellat, uerũ etiam σωτῆρι οὐκ ἐγκαταφρονίτιſ cal-
caria addiſ, benignitate demereriſ, humanitate ineſcaſ, autoritate foueſ, di-
gnitate tueriſ, ſplendore honeſtaſ et magnificentiuſ illuſtraſ. Quæ omnia
uno in epiſcopo reperire, tam fortaiſſis rara ſit auiſ, quàm phoenix ille Poëti-
cuſ. Tu uero demũ hæc ſingula præſtaſ ut numeris omnibuſ principẽ quen-
dã apud noſ agat Mecœnatẽ in eoſ omneſ, quos cognoueriſ literaſ cũ ui-
tæ ſanctimonia coæquaſſe. O uerũ antiſtitiſ munuſ, eiuſmodi erãt aliquot
priſci nunquã ſatiſ laudati, nō cuiuſmodi hoc æuo pleriq; ἀπόσκοποι ueriuſ
quàm ἐπίσκοποι. Ofelix ter & ampliuſ, ſi decem præterea taleſ antiſtiteſ ha-
beaſ Germania, quorum fauore & liberalitate, literaria tandem Reſp. Mi-
darũ partim tenacitate, partim neſcio quoruſ τῶν μνησομῶν odio pluſ quàm
Vatiniãno

N V N C V P A T O R I A,

Vatiniano sepulta, excitaretur, & uelut è Cimerijs, quod aiunt, tenebris in lucem erueretur. Cupio igitur te tot ornatū uirtutibus, ad cōmunem hominum utilitatem & studiosorum præsertim, diu superstitem & fospitem cer nere, quo tua incolumitas plurimis cōsulere possit. Quod si in congerendis opibus tam sumus attentus, Et ualeat possessor oportet,

Si comportatis opibus bene cogitat uti,

Quid immemores græcanici huius senarij & popularis cantilenæ,

οὐκ ἐστὶ ὑγείας κρείττορον οὐδὲ πρὸν βίω,

non reliquis formæ fortunæq; rebus neglectis, de tuenda bona ualetudine fuerimus impense solliciti? Quū animantia rationis expertia perspiciamus in disquirēdis salutaribus pharmacis, quibus se suosq; tueantur adeò sollicita? Quid homo cui dominus os sublime dedit cœlūq; uidere, faciat? Quid uero illos facere cōuenit, qui summo in fastigio sunt positi, & à miscellanea plebe longe lateq; remoti, quorū prudentia & ope infiniti nituntur, Resp. consilijs muniuntur & amplissimæ prouidētur. In quorū numero tuā Sublimitatem omnes esse cū admiratione agnoscimus. An nō tam tuo quàm totius Christianæ Reip. causa corporis tuendo undiq; suppetias cōparabis? Huius itaq; rei gratia hos de re medica libros tuo nomini conuenienter dicamus, ut sanitatē, quæ Delphici oraculo in uita perhibet̄ optima, præsente[m] tueri, morbos profligere possis. Idq; quacuncq; medicinæ parte placuerit, siue *διαπικτικῆς*, siue *φαρμακευτικῆς*, siue *χειρουργικῆς* deniq; , uiribus subuenire sit opus, in hoc dabis operam, ut aulam tuam alijs ornamentis ornatissimam, medico tam experimentis docto, quàm iudicio solerti, ornatiorem reddas. Vnus quippe medicus multorum est instar habendus, Homero dicente,

ἰατρος ὅς ἂν ἴης πολλῶν ἀντάξιός ἔστω.

Cæterum de his autoribus, tantū accipe. Soranus Ephesius medicus, Soranus ut Suidas tradit, Alexandria profecit, deinde Romā uenit, ubi artem exercuit, Traiani et Hadriani temporibus, libros plures optimosq; composuit, quos nephanda rei literariæ clades, cum tot egregijs antiquorū (proh dolor) monumētis, præter hanc Isagogen absorbuit. Nisi forsā aliquis eum Soranū huius introductionis parentē esse reuellat, qui cū haud magnopere contendā, modo admittat uetustissimū esse & hunc, & neutiquam pœnitendū autorem. Meminit quorundā, quæ nullorū (qui saltem extent) sunt prodita literis, quæq; nostris medicis rara & insolentia uident̄. Aliena fortassis culpa æstimationē apud quosdā, amittet, nempe interpretis, siue mendarū uitio, à quibus tamē infinitis, sed forte nō ab omnibus emaculauimus. Id quod sine emendationis exēplaris Theseo humani ingenij non erat. Notrum unicū erat & prodigiose deprauatū, extinctis non raro integris uersibus, unde oportuit multa uelut odorari, & ex ipsis literarū & apicum uersibus coniecturari, quod quidē si non nitide, circūspecte tamen & religiose fecimus. Mentionem huius Sorani fecit Galenus de sectis, quem è sua bibliotheca exhibuit Nicolaus Capito urbis Argentinæ archiater. Oribasius, Oribasius cuius non nisi fragmentum exhibemus, silentio prætereundū censeo, quē Sardanū dicit Suidas, Pergameū Eunapius, is ob incomparabilē doctrinā

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Penè pro deo habitus est, unde illud, Αξιωματικῶς εὐσεβῆς ἵστος ὀφθαλμοῦ.
 Mentem apum habuisse fertur, quod ueterum medicorū flosculos hinc in-
Plinius de uindemiariis. Venio nunc ad Pliniū. Clamitant aliquot Genium huius
 operis totum dissidere à Plinij stylo ac indole, Ego uero inquā, ut bonā hu-
 ius opusculi partē Plinij non esse res ipsa clamitat: Ita quædā hunc olere pa-
 rentem, uel cœco apparere. Sed puto rapsodū quendā ē Naturali historia
 congeffisse, & in hunc ordinem digeffisse. Deinde (quod Plinio cum cæ-
 teris scriptoribus commune est) lucubrationibus ipsius multa supposititia
 prorsus indigna Plinio esse inspersa quis non uideat? Nos ad eò nihil rese-
 cuimus, ut nōnulla beneficio ueteris codicis accesserint. Neque enim proti-
 nus reiicienda uidebantur, quæ Plinij non erant, quum nonnunquā sit oli-
 tor ualde oportuna locutus. Veruntamen diuortio quodam (ne quis occi-
 net εἰς κόπρον θυμῶς) à germanis magis quàm futuris usui segregauimus notha et
 pseudepigrapha, quæ δελισκοῖς (quibus tanquā carceribus intercluduntur)
 notauimus, & in extremum locum, ne quid desideraretur, relegauimus.
 Dñj boni quas Augij cloacas hic repurgauimus? Romanū exemplar quod
Apuleius tanquā suppetias miserat Christianus Herbort, insignis arcani nature per-
 scrutator, mendis erat inquinatissimū. Super Apuleio breuiter hoc acci-
 pe. Facit mihi fidem ut hanc herbariā eius esse historiam credam Hermo-
 laus Barbarus, qui citat identidem illum: item aliquot alijs, & uoces nō pau-
 cæ insolentes, Apuleio dignæ. Hic per Apollinem et Aesculapium omnia
 fidelissime agit, qui quo magis herbarū uirtus appareret, tot peregrinarū
 linguarum congeffit uocabula, quod studium huc spectasse arbitror, ut si
 forte unius nationis nomenclatura res parū innotesceret, alterius magis pe-
 culiari euidentius eluceret. Vsi sumus duobus uetustissimis exemplaribus,
 quorū alterius copiā fecit Theod. Fettich, Marchionis in Baden physicus,
 sed mutili et mendosi: alterius Cosmas princeps Franckfordiorū medicus
 nec tam laceri sed foedissime corrupti. Nos summo studio, si non ab omni-
 bus, quod absq; synceriores codice, præsertim ad prælorū clesydram, non
 erat possibile, sed ab innumeris certe millibus uindicauimus: Quædam in-
 terim deuorauimus, & alijs excutienda reliquimus. Ad plurima (non tam
 in Apuleio quàm in alijs) quæ ex uulgari imperitorum consuetudine dicta
 sunt, uisum est conuiuere, id quod magnos aliquando autores fecisse uide-
 mus, Cuius farinae est phrenesis apud Iuuenalem & Martialem, pro phre-
 nitis: Ita & pleuresis loco pleuritis, & id genus alia. Sed Celsitudinem tuā
 nimiū moror, amplis. Præsul. Exeunt de Chironia arte uolumina, partim
 è tenebris à nobis eruta, partim à situ pro uirilī uindicata. Exeunt opera Cra-
 tandri nitidiora pariter & augustiora. Exhibunt autē bonis auibus, si T.R.P.
 nostræ patrociniabitur industriæ & consilio, qui hoc quicquid est laboris,
 tibi nominatim nuncupandū duximus: nō ignari, quàm sit hoc plus quàm
 Leuidensæ munusculū, impar sublimitati tuæ. At cōfidebamus fore δύοσιρ δὲ
ολίγηρ τε εὐλαρ τε, quod ipsam cōmendaret autorum dignitas & utilitas. Vale
 amplis. Episcoporū decus. Basileæ, III Cal. Septemb. An. xxvii

RERVM

ET VOCVM TO

tius uoluminis

Index,



Abstinentia uitio
corporis me-
detur. 5. A
Absynthiū rusti-
cum uel mari-

num. 105. B. 119. B
Acetabulum. 12. C
Acetū squilliticum. 43. C
Achamenis. 112. A
Achilleos. 116. A
Accidia ex stomachi dolori-
bus prouenientis remedia.
36. A
Acolymbos. 118. C
Acopiū ad coxæ uitia. 58. B
Acopiū calefactoriū. 26. B
Acopos. 109. A
Acori nomina & uirtutes.
102. C
Acorum syluaticum. 116. A
Adamantis. 102. A
Adaminos. Ibidem
Adiantos. 118. C
Adianton Adiaton. 110. B
111. A
Adpantion. 101. A
Aegilopis curandis. 22. D
Aegrotos non omnes sanos
reddere, arti non adscribi-
tur. 2. B
Aeleomoloche, uel Alcoma-
lache. 108. D. 109. A
Aemoos. 115. D
Aequiseia. 109. A
Aesculapius medicinam dif-
fudit. 1. A
Aestate uiget cholera rubea.
Ibidem.
Aestatis carceres & meta.
2. D
Aestatis morbi. Ibidem.
Aestatis dieta. Ibidem. & 10. B
Aetates quatuor. 3. B
Aetas undecim annorū ido-
nea medicinae. 1. C

Aethotron. 101. A
Agathos dæmon. 118. A
Aglaphotis. 113. C
Agria actis. 117. A
Agrifolium. 114. A
Agrimoniae nomina & uirtu-
tes. 107. B
Agriophyllon. 118. A
Agrios staphilinos. 114. C
Aizoos, Aithales. 122. D
Albucus. 107. C
Albugines oculorum. 20. B
21. C. & 22. A
Alga palustris. 114. A
Alipos. 120. C
Aloë gallica. 104. B
Aloëtis uel aloites. 104. B
Alopicia et eius curatio. 16. B
Allium. 84. C
Allium gallicum. 112. B
Althea. 83. A. 121. D
Altheæ uel alterariza. 108. D
Aluo cōcitando. 104. C. 106.
C. 107. A. 115. A. 121. C
Aluta. 114. B
Amalocia. 106. A
Amalusta. Ibidem
Amaranthos. 120. A
Amarantum. 108. A
Ambrosia. 116. A
Ambrosia ad ardorem stoma-
chi. 62. C
Ambustis sanandis. 77. B.
101. B. 108. C. 119. B
Ametistos. 115. C
Amphora. 9. D
Ampulantium. 102. A
Amuleta contra calculum in
uesica. 4. D
Amuletum dolori stomachi
praesentaneum. 36. B
Amyanthon. 110. C
Amydaloides. 120. C
Amygdalum. 91. B
Anacolima confectio. 17. A.
19. D. 20. B
Anactorion, Anacynon.
103. B
Anadendromalache. 108. D
Analentidum. 106. B
ἀναδύμασις oculorū inducens
caliginem. 20. C
Anaspargos. 115. B
Anazethesis. 112. B
Anchomanes. 104. A
Andrachne Andremae.
120. A
Andreas autor. 114. B
Androgamos. Ibidem
Anemons. 111. B
Anese. 103. B
Anethum. 86. B. 122. D
Animalibus uentris arcēdis.
82. A
Angelus emplastrum. 70. A
Anginarum curatio. 27. D.
28. D. 93. D. 107. A
Angustiae stomachi. 36. C
Anhelitu laborantibus medi-
cina utilis. 35. A. B
Anhydros. 111. D
Anni totius obseruatio, ut sa-
nitas custodiatur. 98. B
Antheræ medicamenti confe-
ctio. 27. A
Anthracos. 76. B
Antiamas. 107. D
Antidotum faucium. 31. B
Antidotū contra tussim. Ibi.
Antidotū physicis incompa-
rabile. 32. C
Antidotū drapaganon. 82. B
Antidotum diacalamantes
85. C
Antidotum in dolore iecoris
& praecordiorum. 39. A.
41. A. B
Antidotum ex Cytreo. 90. B
Antidotum ad somnum colli-
cis expertum. 64. C
Antidotum podagricū. 69. C
70. C
Antidotuu fastidij stomachi
& doloris coli. 37. C
Antidotū diagentianæ. 41. C
Antidotū Mithridatis. 80. D
Antidota coli. 52. B. C
Antidotū renibus, uesicæ, &
calculo proffigendo. 55. D
Antiochi theriaca, qua aduer-
sus omnes serpētes usus est
81. C. 88. B

- Antirion Antiron, 115. C
 Antueorinbefor, 109. B
 Aperitas, 105. D
 Aphedros, 109. D
 Apheresis, 102. D
 Aphlolpho, 114. D
 Aphrodes, 111. B, C
 Aphrodissias, 102. C
 Aphroditeloter, 106. B
 Aphryssan, 104. A
 Apiana, 106. A
 Apiastellium, 114. A
 Apibus prohibendis ne exa-
 minēt aut diffugiāt, 102. C
 Apij uis, 82. B, 122. B
 Apium rusticum, 102. D
 Apium risus, Ibidem
 Apisi, 114. B
 Apocus Thermaticus, 63. D
 Adogorisapo, 107. D
 Apollinaris, 102. A, 105. D
 Apollo medicinae inuentor,
 1. A
 Apophlegmatismus, 65. A
 Apostema intrinsecū habens
 tibus, ita ut purulenta expu-
 ant, 32. A
 Apostemata interiora, 73. C
 Apostemata exteriora uel tu-
 mores, 73. D, 74. A
 Apozima ad incidenda phle-
 gmata, 31. D
 Aprilis dieta, 8. B
 Apruco, 118. C
 Aqua marina, 12. B
 Aranthillida, 115. B
 Arareza, 105. A
 Arathij, 115. B
 Arborria, 118. D
 Arcion, Arction, 108. B
 Arctophyllon, 120. A
 Argiritis, 114. D
 Arguminas, Ibidem
 Argyros, Ibidem
 Aristeros, 101. B
 Aristolochiae nomina & uir-
 tutes, 105. B
 Aritrilis, 114. D
 Armalia, Armola, 116. B
 Armoratia, 87. C
 Armon, 100. A
 Arnoglossi nomina & uirtu-
 tes, Ibidem
 Arfella, 107. B
 Arsenachanthos, 117. B
 Artemedion, 113. A
 Artemisia unde nomen acce-
 perit, 103. D ἀρτεμισία.
 Artemisiae nomina & uirtu-
 tes, 103. B, C, D
 Artemonia, 107. B
 Arteriaces confectio, 29. A
 Arthezostis, 114. A
 Articulis & Arthridicis suc-
 currendis, 70. D, 71. A, 105.
 D, 117. D
 Artiercon, 100. A
 Artiritis, 114. D
 Artuum uitia, 101. A
 Ascites hydropis species,
 65. B
 Asclepias herba, 104. A
 Asclepij diadema, 120. C
 Asclepion, 122. D
 Asparagus, 87. B
 Asparagus agrestis, 115. B
 Asphalton, 104. D
 Asphet, Aspho, 104. C
 Asphodolos, 107. C
 Aspalton, 101. A
 Aspideion, Aspidelō, 107. A
 Aspidis morsui excludendo,
 81. D, 104. A
 Asplenon, 110. C, 118. C
 Asterion, Asteriscos, Aster,
 Asteris, 112. C
 Asteriope, Asteriton, 109. D
 Astrorum ratio nō negligē-
 da medico, 1. D
 Asula regia, 111. B
 Asuth, 100. A
 Asyntrophon, 115. D
 Athanasij Antidotum, 41. B
 Athletas olim ficis ali solitos
 90. D
 Atriplex, 83. B
 Aturion, 111. D
 Auditus, 6. D
 Auditui reparando, 19. A,
 118. C, 119. A
 Auellana, 10. A, 91. C
 Auginon, 102. A
 Augusti Caesaris commenta-
 ria, 21. B
 Augusti obseruatio, 9. C
 Augusti dieta, 8. C
 Aulitica, Allotica, 106. A
 Aurelia rustica, 35. D
 Aures animal uel aqua si in-
 trauerit quid agendum, 17.
 C, D, 18. A, C, 115. A
 Aures uerberatae, Ibidem
 Auribus nō nisi tepida infun-
 denda, Ibidem, D
 Aurium doloris in genere cu-
 ratio, Ibi, D, 17. D, & seq.
 102. B, 115. D, 119. a, 124. b
 Aurium punctationibus qui me-
 dendum, 17. D
 Aurium uitia repentina & in-
 ueterata, 18. A, B
 Aurium hinnitus, 17. C, 18. A
 Aurium foetor, 18. A, B, C
 Aurium uermes, Ibi, B, C
 Aurium intrinseca uulnera,
 18. A, C
 Aurium surditas, Ibidem, D,
 19. A
 Aurium uitij curandis, 16. A
 B, C, D, 17. B, C, D, 19. A
 82. A, 105. A, 117. A
 Aurium passioni quae adhi-
 benda dieta, 93. D
 Aurugo, 61. D, 62. A, 83. B, C
 91. B, 101. D, 108. B, 115. C
 Austeralis, 120. B
 Autogenes, 111. D
 Autumni principium & exi-
 tus, 3. A
 Autumni morbi, 3. A
 Autumni dieta, Ibi, ac 10. B
 Autumnino purgan dum, Ibi,
 Auxiliari omnibus non da-
 tur, 2. C
 Azirgozol, 113. D
 B
 Baccion, 108. B
 Baccina, 105. D
 βαλάγκιον, 89. A
 Ballis, 121. C
 Baryton, 115. B
 Basilion, 114. D
 Bathypicros, 119. B
 Batos,

I N D E X.

- Batos, Batosdæa. 115. D
 Batrachion herba. 103. A
 Belios. 112. A
 Bellicocandium. 116. A
 Bellinuntia. 102. A
 Beloiacos, Belotocos. 113. A
 Benedicta. 112. D
 Bene olens. 106. A
 Bertanith. 106. D
 Bessa. 116. B
 Beta plantaginis. 106. D
 Berilole. 108. B
 Betonica. 40. C. 124. A
 Bibo. 106. D
 Bilis quomodo reprimenda. 46. B
 Bilium genera quatuor. 9. A
 Blattæ. 17. C
 Blochos. 117. B
 Blitum. 13. C
 Bolbos. 111. D
 Bolus ferron. 118. D
 Bonū esse melius est q̄ artifi-
 cem perfectū & improbū.
 Eoores. Bootis. 120. A (1. B
 Botrotium. 102. D
 Brassica. 86. D
 Brathis. 115. C
 Britani. 106. D
 Britannicæ nomina & uirtu-
 tes. 106. D
 Brucanos. 115. C
 Brumatia. 102. D
 Bryonagria, uel Dryona-
 gria. 106. C
 Bryonia. 114. A
 Bubalio. 121. C
 Bubonion. 112. C
 Buglossæ nomina & uirtu-
 tes. 109. B
 Bulbus scillites, siue scilliti-
 cus. 109. C
 Bulbi scillatici, scillæ uel no-
 mina & uirtutes. Ibidem
 Bulbus uomitorius. 111. D
 Bunios. 113. D
 Busbasteoscardia. 103. B
 C
 Alabation, Cablaion. 118. C
 Cacabon. 114. A
 Cacalia. 102. D
 Cadus. 9. D
 Caparum usus. 86. A
 κακοθήται. 72. D
 καλαμίνθη. 85. C. 116. D
 Calculi remedium. 38. B. 101
 C. 117. A. D. 118. D. 124. D
 Calculo cōminuendo. 55. C.
 56. C. D. 57. A
 Calculo potio utilis. 50. A.
 51. C. 52. C
 Calicularis. 102. A
 Callipetalos. 101. A
 Callitrichon. 110. B. 111. A
 Calox cordiatis. 106. B
 Camomilla eadē quæ & Pro
 serpina herba. 26. A
 Cancer in mamillis. 15. B.
 35. B
 Cancro medendo. 71. D. 72
 C. 73. B. 101. B. 108. C
 Canis cerebrum. 115. C
 Cannabis. 121. D
 Capillus Veneris. 110. C
 Capilli crispī qui fiunt. Ibid.
 Capillis mulierum nutrien-
 dis. 111. A
 Capilli tinearū morbo amif-
 si renascantur. 15. D. 16. B
 Capillorū restauratio. 82. D
 Capillis tingēdis. 16. C. 110. C
 Capra ocymum non contin-
 git. 85. B
 Cappara. 120. A
 Caput uarijs laboribus obno-
 xium. 3. C
 Caput quibus uitij obnoxii.
 3. C
 Caput qui & quibus purge-
 tur. 23. A
 Capite quocumq; modo do-
 lente, quæ uictus habenda
 ratio. 92. C
 Capiti ne noceat æstus. 117. C
 Capitis ulcera. 15. D. 122. C
 Capiti deplendo. 105. C (A
 Capitis fracturæ. 110. B. 124.
 Caput phlegmate uel frigo-
 ribus plenum. 14. A
 Capitis humores quo pacto
 purgandi. 14. B C
 Capitis dolorē eorundemq;
 curatio. 3. C. 13. A B C. 19. A.
 64. D. 100. B. 101. A. C.
 104. C. 115. A. C. 116. D.
 118. D. 119. A B. 122. B. D
 Caput humidum. 16. A
 Caragogos. 106. C
 Carbunculo sanando. 75. B.
 76. A. 115. C
 Carbunculus stomachi. 37. C
 Carcadana. 102. D
 καρκινώματα. 23. A
 Carcimethron. 104. D.
 Carcinomaca. 72. C. 105. B
 Cardamon, Cynocardamon,
 Cardaminata. 105. C
 Cardiacis sanandis. 65. A.
 115. D
 Cardiacorum dieta. 94. D
 Carduus sylvaticus, Cardu-
 us uaria, Carduus lactea,
 nigra. 121. A
 Carduus. 84. B
 Cardui agrestis succus. 21. D
 Caristelotiar. 103. B
 Carpophyllon. 112. B
 Caro in ulceribus excrescēs.
 73. A. B
 Carnes agrestes. 96. B
 Carroga, Corrago. 109. B
 Castanea. 91. D
 Catacaustice. 102. D
 Cataplasma stomachi confor-
 tatiuum. 36. C. 38. A. B
 Cataplasma ad synanchen.
 28. A
 Cataplasma cordis, stomachi
 hepatis, ac splenis. 38. B.
 41. D. 42. C
 Catapotia ad sedandam tussim.
 31. A. B. C
 Catapotia ad dolorem stoma-
 chi, quæ uentrem leniter la-
 xant. 36. B
 Catapotia Corneliana alle-
 ctoria. 87. A
 Catapotia ad digestionem.
 37. A
 Catarrho laborantium dieta
 94. A
 Catarrhus quid. 15. A

I N D E X.

- Catarrhi remedia, 13, D. 14.
A, B, C, D
Cathotis, 112, A
Catonis Antidotum, 86, D
Caulis siue Cauliculū, 86, D
καυσιμα, 86, C
Cautice, 102, D
Cacabos, 105, D
Centaurea, aliās fel terræ di-
cta, 62, A
Centauria maior, 107, D
Centauria minor, 108, A
Centauria, 118, B
Cephalargiæ remedia, 15, B
Cepos Aphroditis, 109, D
Ceras, 114, C
Cerascomen, 111, C
Cerasus & eius poma, 91, A
κερασα, 72, C, D. 84, B
Cerifolium, 88, B. 120, A
Ceruix & synanche si doleat
28, B, 29, B
Ceruice dolente poplites fri-
candos, 29, C
Ceruini pulmones, 40, C
Cetabon, 114, A
Chamaectis, Chamæface,
117, A
Chamaedaphnes nomina &
uirtutes, 106, C, 112, B
Chamaedryos nomina & uir-
tutes, 106, A
Chamaelææ nomina & uirtu-
tes, 106, B
Chamaeleon, 121, A, B
Chamaepodium, 109, D
Chamaemilon, 105, B, D
Chamaepityas nomina & uir-
tutes, 106, C
Chamaerops, 106, A
Chelonion, Cyline, Chilena
104, C
Chelidonion, 114, A
Cheliophiton, 104, D
Chiliophyllon, Ibidem
Chiliophyllos, 116, A
Chiragræ remediū, 60, C
69, B, 114, D
Chironias, 107, D
Chirōia ulcera, 103, A, 105, D
Chironion, 104, B
Chiron centaurus, 103, D
108, A
Chirion, 100, A
Cholerum fumus, 20, C
Cholerum plenitudini quæ
adhibenda dieta, 94, D
Cholera rufa quæ mala con-
ciliat, 6, B
Cholera rubea, 2, D, 9, B
Cholera nigra, Ibidem.
Choleribus laborantium le-
talis nota, 8, A
Cholerae sunt quatuor in ho-
mine, 9, B
Cholera rubea dominatur in
dextro latere, 3, A
Cholera nigra in sinistro, Ib.
Cholera, & quæ eius curatio
45, D, 46, A
Chora, uel Chogia, 102, D
Choras, 102, C
Chrysanthemum, 103, B
Chrysochalis, 105, D
Chrysocephalon, 121, A
Chrysoites, 116, A
Chrysoitis, 114, A
Chrysoanthos, 122, C
Cibum non continentium re-
media, 37, D, 38, A
Cibos non recipientibus,
101, C
Cicatricibus colorandis,
105, B
Cicatrices oculorum, 22, A
Cicer erraticum, 119, A
Cicer rusticū, 106, B, 119, A
Cicer columbinū, 120, C, D
Cicotatium, 121, B
Cincinalis, 111, A
Cineres autum uel animalium,
aliarumq; rerum quæ fiunt,
12, C
Circinus aliās zona, 76, D
Cissas Melos, 118, D
Cissios: uel Ciosius, 119, C
Cissarion, Cissonecion, Ibid.
Clauis et callis curandis, 60,
B, 78, B
Clauis Veneris, 114, A
Clibadion, Celicon artion,
114, D
Clorozphis, 102, D
Clyster, 122, D
Cneoron, 106, B
Cnopodion, 104, D
Coctos gnidios, 121, B
Cœliacis sanandis, 46, B, C,
47, C, 49, A
Cochlearium, 10, A, 12, C
Codiorobum ad phlegmata
purganda, 32, A
Coitum prouocans, 104, B
κοιλια, κοιλιακοι, 46, B
Coli dolor quibus remedijs
iuuatur, 49, D, 50, 51, 52,
111, A, 124, D
Coli doloris antidotū, 37, C
Coli passio ex frigore, 96, D,
97, A
Colis, seu Colida, 105, D
Colicis medela, 36, B
Collectionibus uel tumori-
bus sedandis, 74, A, 79, D
108, D, 121, D
Colletis, siue Collesis, 101, B
Collyris, 109, A
Collyriū dysentericū, 48, A
Colori cicatricibus reddenda,
79, B
Columbina herba, 113, D
Columbrium, 104, A
Comaros, 108, C
Comitialis aut Cimitialis,
104, B
Comitialis morbus qui curanda,
61, B, 112, D
Conationes, 47, A, 48, A
Conceptus & seminis coagu-
latio, 6, D
Concoctioni utilia, 39, A
Conditum nephreticum, 54,
D, 55, D
Condylomatis medendis,
52, D, 110, A
Confectio anacolyma, 17, A
Confectio antheræ ad uuam
leuandam, 27, A
Confectio diameron ad an-
ginas & oris uitia, 28, C
Confectio arteriaces, 29, A
Conila, Cimila gallica,
122, D
Conos

- C**omos artos, Caryte, Capra
 go. 120. C
 Confolida maior. 112. B
 Contractio seu tensio neruo-
 rum. 66. D
 Conuulsis, & intus ruptis.
 112. C
 Corastes. 111. B. C
 Corcodrillion, Cardodrillia
 on. 104. A. 106. B
 Cordialo emendando. 64. D
 Cordis pulsus. 38. B
 Cordis laborantis remedia.
 Ibidem
 Coriadrī uirtus. 82. D. 119. D
 Coriza. 15. A
 Corpus ex quatuor constat
 humoribus. 3. A
 Corporis salubritatem præ-
 stantia. 60. C
 Corporis elementa quadrifi-
 da uires acquirunt. 5. C
 Corpora nostra coelo & ma-
 ri comparantur. 9. D
 Corporis uel uiscerum ratio.
 5. B
 Cum astrorum motu, & anni
 temporibus nostra permu-
 tantur corpora. 1. D
 Corruda, Corrudago. 115. B
 Costarū fracturis sanandis,
 54. C
 Cotyla. 9. D
 Cotylodon. 109. D
 Coxarum doloribus. 58. C.
 59. B. 130. C. 118. A
 Crapulæ subsidia. 10. D
 Creobula. 116. D
 Cretice. 113. A
 Crinon. 120. C
 Crinopodionton. 104. D
 Crifion uel Cirsion. 114. B
 Crista gallinacea. 101. B
 Cruditati discutiendæ. 105. C
 Crurū ulceribus succurren-
 dis. 59. C
 Crias. 111. A
 Chrysometas, Chrysoctarpos
 118. D
 Cucumis syluaticus, uel an-
 guinus. 121. C
 Cucumis. 84. B
 Cucurbita. 83. A
 Curari quī queant tantū non
 cæci. 21. A
 Cussimezara. 121. C
 Cyathus. 10. A. & 12. C
 Cyclæ pisces. 94. B
 Cyclamini synonyma & ui-
 res. 104. C
 Cydoneum malum. 89. D
 Cydonia. 16. B
 Cymæ. 115. D
 Cynanche. 93. D
 Cynocautmata. 70. C
 Cynocephalion. 115. C
 Cynochale. 104. D
 Cynoglossa. 111. D. 118. C
 Cynoglosson. 100. A
 Cynomazon, Cynozolon.
 121. A
 Cynosbatos. 115. D
 Cynosorchis. 104. B
 Cyparissas. 120. C. D
 Cyparisson. 101. B
 Cypiron. 109. A
 Cypressus nigra. 106. C
 Cyrata. Cyradæ. 75. B
 Cyssanthemon, Cyseron au-
 thumon, hiseron anihimon
 104. C
 Cyssos. 122. C
 Cyssophyllon. 104. C
 Cytinus. 89. A
 Cytream malum. 90. B
D
 DAmasinos. 106. D
 Damon medicus. 71. D
 Danaë. 112. B
 Daphne Samothracia. Ibid.
 Daphne Alexandrina. Ibid.
 Daphne Minthrios, Daphni-
 tis. Ibidem
 Daphnites, Daphne. 106. C
 Daphneides. 112. B
 Dardana. 108. B
 Dardanon. 105. A
 December singularem habet
 curationem. 23. A
 Decembris dieta. 8. D. & 9.
 C. 23. A
 Decoctioni iuuandæ. 125. B
 Dendroides. 120. C
 Dendrys. Ibidem. D
 Dentaria. 102. A. 114. A
 Dentium molariorum dolor
 17. D. 26. A. C
 Dentibus conducens medici-
 na. 24. C
 Dentioni infantium quæ cō-
 ferant. 26. D
 Dentium usus. 7. C
 Dentium tres ordines. Ibid.
 Dentes sublati reuocari non
 possunt. 7. C
 Dentium uarijs doloribus
 emendandis. 25. 26. 34. A
 Dentiū laxatio. 8. D. 107. A
 102. B. 115. B. 118. B. 116. A
 Dentiū doloribus quæ in ge-
 nere obseruanda. 26. A
 Dentes quo pacto fiant cari-
 didi. 25. B. 26. C
 Dentium rheuma. 25. B. D
 Dens si cauus sit. Ibidem, &
 26. C. 34. B
 Dentes inuolatos qua ratio-
 ne sanare possis. 25. 26. C
 Dentes quomodo cōfirmari
 di. Ibidem. D
 Denterobos. 120. B
 Dentifricium. 26. A. C
 Dentricis tithymalis. 120. C
 Deploratum noli suscipere.
 2. B
 Deuoto defixoue resoluēdo.
 102. D
 Diacalaminthos antidotum.
 85. C
 Diagentianæ antidotū. 41. C
 Dialion. 110. D
 Diameron confectio ad oris
 uulnera & anginas. 28. C
 Dia amygdalon medicamen-
 tum. 91. B
 Diana artemisiæ inuentrix.
 103. D
 Diacordi confectio. 51. C
 Diatessaron hepaticon. 41. C
 Diatessaron nephreticū. 55. B
 Diaula. 118. A
 Dicea. 105. D
 Dicomeneos. 113. C

Dictamnnum. 113. A
 Didaxagria. 107. A
 Dielia. 102. A
 Dietam quā singuli menses.
 expetant. 8. B. C. D
 Digestionem stomachi quæ
 faciant. 37. A. 38. A
 Digestiui descriptio. 39. A
 Digitus Veneris. 114. A
 Diglosson. 112. B
 Dimoron. 117. B
 Dinupula. 114. A
 Diocles. 84. C
 Diocydon medicamentum.
 84. D
 Diodela, Diodera. 116. A
 Diosatis. 101. B
 Dioscyamus. 102. A
 Diphies. 110. B
 Dipfacos. 113. A
 Dipsas. 106. B
 Discopela. 114. A
 Dochela, uel Dochlís. 114. A
 Dochela. 106. C
 Dorcidion, uel Dorcadion.
 113. A
 Dorcadion. 104. A
 Dorigenios. 105. D
 Drachma. 10. A. & 12. C
 Drachontæ nomina & uirtutes.
 104. A
 Dragma. 9. D
 Drama. 69. A
 Drocila. 101. A
 Drycolaphos. 105. D
 Drys, Drysites. 106. A
 Ducone. 117. A
 Dulbela. 108. A
 Duricies si qua in corpore fu-
 erit. 100. C. 107. D. 108. D
 109. D. 110. A. 121. C
 Dysentericis utilis trociscus
 25. A. 33. D. 46. C. 48. 49
 Dysentericis quæ dieta obser-
 uanda. 95. D
 Dysenterix letales notæ. 8. A
 Dysenterix curandæ. 47. B
 C. D. 48. 49. C. 100. B. D.
 105. A. 109. A. 114. B
 Dysuriæ medicandæ. 102. C
 116. B. 122. A

Dysuriæ mortifera signa. 8. A

E

Benitis, Libanitis. 112. A
 Ebenotrichon. 111. A
 Eboice. 117. A
 Ebrietatis remedia. 10. D
 125. A
 Ebulus. 117. A
 Echidnos. 102. B
 Εἰλεος. 53. C
 Εἰσαγόμενοι qui. fo. 1. A
 Elbunios, Eubolum. 113. A
 Elardia. 104. C
 Elaterion. 121. C
 Eldia. 113. A
 Elcinadium ad hepaticos.
 40. & 41. D
 Elcimadium ad tussim. 30. D
 Electrum. 80. D
 Elegma nephreticum. 55. B
 Elelisphacos. 119. C
 Elementis quatuor corporis
 & eorum uirtutes. 6. A
 Elephantiasis depellendæ. 61.
 A. 117. A
 Elephatosis, Elephas. 108. B
 Elelina. 114. C
 Eligma ad ptyricos. 32. A
 Elitis, Elebatis. 114. D
 Elleborites. 108. A
 Embrio quomodo singulis
 mensibus sese gerat & absol-
 uat. 7. B
 Emenypso. Ibidem
 Emericos, Emerotos. 107. D
 Emeticos. 111. D
 Eminion. 104. A
 Emionion. 118. C
 Emmanes. 102. A
 Emplastrū colicæ & nephre-
 ticæ. 51. D. 55. C
 Emplastrum ad hepar. 40. D
 Emplastrum diascotium. fol.
 68. D
 Emplastrum Claudiani. fol.
 79. B
 Emplastrū lumbricis necan-
 dis. 44. D
 Emplastrum ad synanchen.
 27. C. 28. A. B
 Emptonē. 111. D

Encatismata, uel enchemata
 108. D
 Enema diacastoreum. 50. B
 Enema diargopissum. Ibidem
 C. 51. A
 Enemion. 111. B
 Enula rustica, uel hinnula ru-
 stica. 112. B
 Enula. 31. B
 Entaticon, Eriton. 104. B
 Ephesia. 103. B
 Ephestion. 105. A
 Ephimeros. 113. A
 Epidempticorū dieta. 93. A
 Epilepticis curandis. 65. A
 Epiphora oculorum. 19. D.
 20. A. 111. C. 115. A. C. 116.
 C. 122. C
 Epithema ad hepar. 40. D
 41. C. D. 42. A
 Epithema diapecanū. 54. B
 Epithema ad splenem. 43. C
 44. A
 Epithema diapsicon. 16. B
 Epithema pectoris phlegma
 resoluens. 32. A
 Epithemum in dolore stoma-
 chi. 36. A. D
 Epithema nauisæ constrin-
 gendæ. 37. D
 Epithema ad coeliacas. 46. C
 Epithema caldion, didion.
 49. C
 Equapium. 120. B
 Eradium. 88. A
 Brasistratus. 1. B
 Eriphion. 116. B
 Erisceptrion, Irisceptrion.
 101. B
 Eruca. 84. A
 Eruscus. 115. D
 Ethui, Epier. 111. A
 Euiscus & laurus seminis mo-
 lestior. 56. C
 Eugubis. 106. C
 Eululion. 113. A
 Eupatorion. 109. D
 Eupeplios. 112. B
 Eupetalon. Ibidem
 Eupolis, Epantemon. 121. D
 ἑξάκομος, Eruca. 84. A
 Exacos

- Exacodes, 89. C
 Exaucaumata, 61. A
 Extrahendis ijs quæ corpori
 infixæ sunt, 80. A
 Exupera, 113. D
 F
Faba Aegyptiaca, 10. A
 Faba Latina, Ibidem
 Faba Græca, Ibidem
 Facies quomodo ulceribus
 purganda, 17. A
 Faba lupina, 102. A
 Fabij Clementis unctio, fol.
 69. B.
 Falliculosa, 111. B
 Faredines, 72. C.
 Fastidio stomachi tollendo,
 36. C, 37. B, C, 125. A
 Fastidium ex ægrimonijs,
 37. C
 Faucium tementiũ curatio,
 26. D, 27. D
 Fauciũ asperitatẽ quid emẽ-
 det, 27. B
 Fauciũ dolori in genere qui-
 bus medendum, fol. 27. B,
 114. B
 Faucibus limpidandis quæ
 conferant, 27. C
 Faucium uisura & uulnera,
 Ibidem, 28. A
 Fauces cancro occupatæ, fo.
 28. A
 Faucium summum antidotũ
 31. B
 Febres, 16. C, 64. C
 Febribus præsens remediũ,
 35. D, 38. A, 39. B, C, 63. B,
 100. C, 103. C, 105. B, 108.
 119. D, B, 121. C, 124. D
 Febrium dieta, 97. B, C, D
 Febrium quatuor tempora,
 latitudinesue, 6. C
 Febribus calidis interciden-
 dis, 62. C
 Febribus periodicis meden-
 dis, 63. B
 Febrientiũ signa letalia, 7. D
 Febrifugia, 108. A
 Februarij dieta, 8. D, & 9. C
 Felenon agrion, 102. D
 Fel terræ, 62. A, 107. D
 Felicina, Felix, 115. A
 Feminibus ex equitatu uexa-
 tis quid adhibendũ, 57. C
 Fera, ferraria, 113. D
 Ficus, 90. D
 Fimus uitulinus cholerae me-
 detur & melancholiae, 46. A
 Fistulae quomodo sanandæ,
 72. C, D, 73. A, 100. D, 105
 B, 110. B, 121. A, 125. B
 Flammula Veneris, 102. D
 Furfures in urina, 4. B
 Furfures meientium curatio
 4. C
 Furfurum capitis medela,
 15. C, 105. C
 Furunculis medicandis, 76.
 C, 79. D, 103. A, 105. C
 Foeniculum, 85. D
 Fomentum ad dolorem sto-
 machi, 36. A
 Fornicatio uerendorũ, 57. B
 Fracturae pellis remediũ, 7. C
 Fragi herbae uirtutes, 108. C
 Frigore exusta, 77. D, 105.
 B, 121. D
 G
Gallicrus, 109. D
 Gargarismi descriptio,
 14. B
 Gardiadiana, 114. A
 Genæ unde appellatae, 7. B
 Genuculorum dolori meden-
 do, 59. B
 Gentianæ nomina & uirtu-
 tes, 104. B
 Gerbaste, 106. B
 Gerebotanos, 101. B
 Gesomphalos, 109. D
 Ginga, 102. A
 Gingiuarũ uirtia, 23. D, 24. B,
 C, D, 26. D, 115. D
 Gladiolum, 110. B
 Glaucias, 84. C
 Glaudulis medendis, 75. B
 Glechos, 116. D, 117. B
 Glorophis, 102. D
 Gludis, 113. C
 Glycyside, 113. C
 Gnidius coccus, 121. A, B
 Gonoreronos, 104. D
 Gonos Ammonos, 118. A
 Gonos Apollonos, 116. D
 Gonos herois, 104. D
 Gonos Hori, Gnoshuris, fo.
 109. D
 Gonos ælurs, 109. B
 Gonoschrons, 110. D
 Gonosephestu, 103. B
 Gora descriptio, 24. C
 Grynnon, 121. C
 Gulæ dolor, 29. B, 101. A
 Gyras, 111. A
 H
Hæma Ammonos, 118. A
 Hæma Athenas, 106. C
 Hæma arenos, 120. A, 122. B
 Hæma gales, 111. D, 113. D
 Hæma heracleos, 107. D
 108. A
 Hæma Ibeos, Hæma Tita-
 nos, 115. D
 Hæma Hermis, 113. D
 Hæmacronu, 103. B
 Hæmatites herba, 110. D
 Hæmatites lapis, 20. A
 Hæmantrops, 105. B
 Hæma taurus, 109. D
 Hæmestriasis, 112. B
 Hæmorrhoidarum fluxus in
 naribus quæ pacto sila. 23. C
 Hæmorrhoidarum letalia si-
 gna, 8. B
 Hæmoptoicis curandis quæ
 necessaria, 32. D, 33. A, B
 Hæmoptoicorũ dieta, 96. C
 Harenæ detrahendæ, 55. C
 Harundini extrahendæ, 80. A
 Hastula regia, 107. C
 Hedera Chrysocharpos, 65. C
 Hedera nigra, 118. D
 Hedyosinas, 116. D, 122. C
 Helena, 118. B
 Helioscopos, 120. C, D
 Helioscorpion, 113. B
 Heliostraphon, 109. A, 110.
 D, 113. B
 Heliotropij nomina & uirtu-
 tes, 110. D, 113. C
 Heliuros, 110. D
 Hepar latus dextrum tenet,
 5. B
 B 3

I N D E X.

- Helxine. 114. C
Hemicranæ quomodo succurrendum. 16. D. 17. A
Hemicrania. 13. B. C. 19. C. 111. C
Hemina. 9. D. & 12. C
Hemitritani. 6. B
Hemytriteo depellendo. 63. A
Hepati curado. 39. B. C. 40. 41. 42. 43. B. 101. C. 106. B. 107. D. 122. A
Hepatis duricia. Ibi. C. 74 C
Hepatis locus. 5. B
Hepaticorum diæta. 95. A. C. 96. B
Hepaticorum letalia signa. 7. D
Hephesia. 105. A
ἠπαπλευροσ. Hepataneuron. 100. A
Hepatiphyllon. 122. B
Heracleos. 114. A
Heraclea. 110. D
Heracleoticon. 122. D
Heraclia. 114. D
Heraclion. 111. B. C
Herasdacryon. 101. B
Herba capillaris. 110. C
Herba scelerata. 102. D. 103. A
Herculanía. 103. D
Hermionios. 111. D
Hermodactylon, Hermubotane. 101. A
Herpyllos. 119. A
Herpyllon mega. 120. B
Herpyzos. 102. B
Hiberis. 105. C
Hiera artege. 36. C
Hierabotones. 113. D
Hieracios. 107. A
Hieranthemis. 105. D
Hierathorine. 124. A
Hierax. 82. B
Hieribulbum. 105. D
Hierobotanes herbæ nomina & uirtutes. 101. B
Hinnula campana. 118. B
Hinnula. 102. B
Hippocrates medicinam absoluit. fo. 1. A
Hippocrates iudex omnium causarum & quæstionum, siue rationum. 1. A
Hippocrates rationalem primus medicinam tradidit. 1. A
Hippofelynon. 120. B
Hirudinis pullus deuoratus anginae præseruatiuum. 28. C
Holestitis, uel Lestitis. Ibi. D.
Holocyros. 106. C
Holofatrum. 85. D
Homerus. 6. D. 110. C
Homo trina ratione contentur. 6. C
Homines mente imperita & curiosi. 5. C
Hominis uenefici morsus. 80. D. 81. B
Hoptoris, Hypene. 111. A
Hordiolum iuxta oculum natum. 21. D (125. A)
Horroribus tollendis. 63. C
Humani corporis ratio. 5. A
Humerorum doloribus quæ profint. 29. C
Humorū capitū, totiusque corporis purgatio. 14. D. 15. A
Humoralis in alium mutatur. 5. D
Humorū capitū. 7. C
Humorū conceptacula. 2. C & 3. 1
Humores quatuor. 3. A
Humorum natura. Ibi. D.
Humorum dominium. Ibi. D.
Humorum emunctoria. Ibi. D.
Humores per quatuor dominantur atates. Ibi. D.
Humorum effectus. Ibi. D.
Humorum pulsus. Ibi. D.
Humores agritudines pariunt. 3. C
Hydos. 107. D
Hydra. 21. A
Hydragodos. 114. A
Hydragogos. 106. C
Hydrastina. 121. D
ἰδρωμελον. 89. D
Hydrophonia. 80. B
Hydropicis medicamē. 35. B 43. B. 117. B. 124. D
Hydropisis species eoque morbo arcendo. 65. B. 106. B 109. C. 122. C
Hydrops quid. 122. C
Hydropicorum diæta. 96. B
Hyemis iceptio, finisque. 2. D
Hymnoticum ad somnum. 64. d
Hyophthalmos. 112. C
Hyoscyamus. 102. A
Hypnoticos. 102. A
Hypoglossion. 112. B
Hypolysson. 103. B
Hypofarcha. 122. C
Hypoticon collyrium. 48. A
Hypoticon gorgon. Ibi. D.
Hyppocices. 20. B
Hyppomanes. 110. C
- I
Anuarij diæta. 8. D
Ibeos onyx. 107. A
Ibica, uel Abica. 106. C
Ibisci nomina & uirtutes. 108. D. 109. A
Ibiscus. 121. D
Ictu pugnis aut manus læsa. 71. C
Iecori conducens medicamentum. 37. D. 38. B. D. 39. A. D. 40. 54. A. 55. C. 102. B
Ieiuno ab iniectioe cauendum. 51. C
Igni sacro medendo. 76. D 115. C. 122. C
Ileos uitium. 53. D
Illecebra. 120. A
Imeleta. 106. B
Impetigeni curanda. 78. D 110. A
Incontinentiæ urinae compescenda. 57. B
In deliquio iacentes qui resusciantur. 9. D
Infans quare uagiat recentetæditus. 7. C
Infans si contristatus fuerit. 105. B
Infans in utero mortuus. 117. C
Infans antequam ædat dētes, uagit. 7. C

Infans

- Infans figurā hominis induit
 quadragesimo die. 7. B
 Infantū uentri stringendo.
 47. A
 Inflationis stomachi remedia
 36. A. C. 37. A. 116. B. 117.
 D. 120. A
 Inguinalis. 112. C
 Inguinū uitis iuuandis. 57.
 C. 102. B. 112. D. 116. C
 Infana herba. 102. A
 Infania seu capitis dolor ex
 sole. 13. C
 Infans & mēte motis qui suc
 currendum. 64. D
 Intellectualis introducendi
 ratio. 1. D
 Interaneorū uitia qui cauean
 tur. 42. B. 43. C. 44. B. 51
 D. 53. B. 100. B. 106. C. 121.
 Interaneis nō potest sine (D
 locorū notitia occurri. 5. A
 Intertrigines. 57. D
 Intestini lapsi dolorum signa
 8. A
 Intestini doloribus medēdis.
 48. D. 53. A. C. 103. C. 108.
 C. D. 117. C. D
 Intestini uulneribus condylo
 matis, usuris, & rhagadijs
 succurrendis. 52. D
 Intestina rupta. 53. B
 Introducendi modi quatuor.
 1. A
 Introducendi definitiuus mo
 dus. 1. B
 Introducendi diuisibilis ra
 tio. 1. B
 Introducendi complexiuus
 modus. 1. B
 Intubus. 83. D
 Intybus syluaticus. 110. D
 Iobonfos. 107. A
 Ion agrion, Irsinos agrion.
 114. D
 Ionitis. 105. B
 Ippiron. 109. A
 Isatis. 114. B
 Itineris labor ne sentiat. 103.
 Iulij dieta. 8. C
 Iunij dieta. 8. C
- Iuramentum medici. 1. B
 Iustini potio lapides frangit.
 4. D
 Ixeia. 121. A
- L
- Labiorum uitia. 23. D.
 115. D
 Labiorum fissuræ. 24. A. D
 Labrū Veneris. 106. B. 113. A
 Lacethon, Lachnis, Laci
 thros. 102. D
 Laccar herba. 39. B
 Lachanon Basilicon. 103. B
 Lachrymis oculorū stringen
 dis. 20. B
 Lactilago. 106. C
 Lactis copiam puerperis fa
 cientia. 82. A
 Lactis post partum abundan
 tia dolorem mammis infe
 rens. 35. C
 Lactuca leporina. 121. C
 Lactuca marina. 120. C
 Lactuca syluestris. 107. A
 Lagopus. 112. D
 Lagocymion. Ibidem.
 Lampago. 118. C
 Lapathum, Lapatium. 103. D
 26. A
 Lapatium agreste, alio nomine
 rumex. 26. A. 83. B. 103. D
 Lapidis in uestica curatio.
 4. B. 5. A
 Lapidis notæ in uestica. 4. B
 Lapidibus eijciendis. 55. A
 Lapilli in urina signum calcu
 li in uestica. 4. B
 Lapis quomodo frangitur in
 uestica. 4. D
 Lassus ex itinere. 125. A
 Lassitudini & languori ab o
 pere contractis. 110. B
 Laterculus. 102. A
 Laterum doloribus quæ con
 ducāt. 29. C. 54. A. 104. D
 Lathyrus. 121. B
 Latitudines morborum qua
 tuor. 6. C
 Latitudines febrū medicus
 non ignoret. Ibidem.
 Laurago. 112. B
- Laurio idem quod serpillum
 24. D
 Laurus Alexandrina. 112. B
 Laurus & Euiscus sceminis
 molestior. 56. C
 Lax. 120. A
 Lentigines à facie qui pur
 gandæ. 105. D. 121. A
 Leompodion, Leontopeta
 lon, Leontinō, Leonchosre
 mon. 102. D
 Leontocharos. 112. A
 Leontopodij nomina & uir
 tutes. 102. D
 Leporis pes, Leporis cum
 num. 112. D
 Lepus marinus, & qui eius
 ueneno succurrať. 81. D
 Lepræ curatio. 79. A
 Lepræ inueteratæ medela.
 Ibidem. 121. A
 Leptophyllos. 103. D
 Lethargi indicia. 64. B
Λιθαργ unde. Ibidem.
 Lethargiæ curandæ quæ ne
 cessaria. Ibid. 116. C
 Lethargicorum dieta. 93. A
 Lethe, Lethusa. 111. B
 Letalia singulorum membro
 rum indicia. Ibidem.
 Letalibus signis apparētibus
 medicus nullū adhibeat re
 medium. 7. D
 Leucaconthos. 111. C
 Leuceoros, Leoninus pes.
 102. D
 Leuchantos. 117. B
 Leucomata. 21. C. D. 22. A
 Leucophlegmatia. 65. B
 Leucrion. 118. C
 Lia, Leucophyca, Leuco
 Libra. 9. D (pris. 103. B
 Libri Hippocratis triparitā
 habent doctrinam. 2. A
 Libros diuersimode astutia
 ueterū orsa est. 1. C
 Licapnum. 102. D
 Lichena. 60. D
 Lichenis arcendis. 60. D
 Licinia herba, uel Lustrago,
 101. B

I N D E X.

Licys agrion uel sicos agrios
118. A. 121. C
Lienis tumori. 55. C
Lienteria subuenienda. 49. C
Ligea. 102. A
Ligula. 39. A
Lilium, Lirion. 120. C
Lingua bubula. 109. B
Lingua Macedonica. 118. C
Lingua canis uel canina.
118. C
Linguae ulcera. 24. A. C
101. A
Limentum Armozos. 68. D
Linozostis arren. 114. D
Lippitudinis remedia. 20. C.
21. C. 104. B
Litiāsi conducens potio,
50. A
Liuia regina. 16. A
Liuores oculorum quomodo
tollas. 21. D
Liuores recentes uel tumo-
res. 79. C. 119. C
Lomentum pro farina. 31. B
Lonchitis. Lonchis. 111. D
Lothometra. 114. A
Lumbis dolentibus curandis
54. C. 55. D. 124. C
Lumbrici quomodo purgan-
di. 44. C. D. 47. C. 53. C.
54. B. 82. C. 100. C. 108. B.
110. A
Lumbricis necandis, exclu-
dendisq. 113. C. 118. C. 119.
C. D. 121. B
Lunaticorum remedium. 103.
B. 112. A. 113. D
Lupinum. 121. B
Lustimachios. 114. C
Luxationi. 110. D. 120. C
Lymnites. Lymnostis uel Ly-
mnestor, Lymnesion. 107.
Lystra. 10. A (D
Lyxoperita ambrosia. 63. B

M

Malachis agria. 109. A
Malache, Malua rusti-
ca. Ibidem.
μαλχρονοστηλα. 6. B
Maculis oculorum recentibus

qui succurratur. 20. A. C. 21
D. 22. A
Maculae tibiarum ex ictu re-
centes. 59. C
Maculis de corpore eximen-
dis. 78. D
Mañ dieta. 8. B
Malagma ad splenen. 43. A
Malagma spleneticis, hydro-
piciis, hepaticisq. conferens.
43. B
Maleuolus si quis deuotaue-
rit hominem. 115. B
Malua agrestis. 15. C
Malua. 82. D
Malua erratica. 189. A
Malum. 89. B
Malum terrae. 105. B
Malum granatum. 88. D
Mala punica. Ibidem
Mamillarum nucleoli. 35. A
Mamillarum duricie curan-
da. 35. C
Mamillarum ex abundantia
lactis post partum dolor.
Ibidem.
Mamillarum tumori remedium.
35. D. 105. A
Mamillarum dolor seu can-
cer. 15. B. 35. C. 121. D
Mammale. 106. C
Mammarum uisura. 19. B
Mammae ne crescant. 35. D
Mandalia. 16. C
Mania herba. 102. A
Manifolium. 108. B
Manlius Cornutus. 60. D
Mantia. 115. D
Manuum doloribus, id est Chi-
ragrae qui succurrendum.
68. C
Mararia. 106. B
Maronion. 107. D
Martis manus herba. 101. A
Martij dieta. 8. B
Marubium. 109. D
Mater Herculania. 114. A
Matricalis. 113. D
Matricis passiones cuiusmo-
di, pesto sedanda. 16. A. 51.
C. D. 53. B. 110. C

Matricis aqua. 55. C
Measpho. 104. C
Mecon ceratitis, Mecon a-
grion, Mecon Rhoeas. 111. B
Meconitis, Myrtite, Myrsini-
ta Mutilago capraria, Me-
con, Meconion. 120. C
μικρον. 102. A. 111. B
Medicinae autores primi qui
fuerint. 1. A
Medicinae autores. 1. A
Medico quae disciplina ne-
cessaria. 1. D
Medicus qualis esse debeat.
1. D
Medicus alienos casus, suos
ducit. 1. A
Medicus disciplinarum & uir-
tutum minime expers. 1. A
Medicus quae in domibus a-
guntur calet. 2. A
Medicus sit subtilis, suavis &
iucundus in fabulis. Ibid.
Medici fama multi, sed opere
pauci. Ibidem.
Medicus carnifex. 30. A
Medico caute agendum. 2. B
Medicos praeterita cognosce-
re, praesentia scire, & futura
praedicere oportet. 2. C
Medicorum laudes. 12. A. 80
D. 86. D. 99. C
Medicus philosophus esto.
1. B. 2. A
Medicus esto modestus &
sanctus, minimeq. super-
bus. Ibidem.
Medicus pauperes & diuites
iuxta curet. Ibidem.
Medico nulla par gratia re-
penditur. 2. A
Medici contraria adhibendo
uel mortem, uel diuturnum
morbum conciliant. 6. B
Medico quae in primis cog-
noscenda. 2. B
Medicus memor sit iuramen-
ti Hippocratis. 2. A
Medico conuenit noscere se-
bres. 6. C
Medicus semper timeat. 9. C
Meiere



- Meiere qui nequeunt, quomodo curentur. 4. D
 Melancholia quos morbos pariat. 6. B
 Melancholicorum dieta. 93. C. 49. D
 Melancholicis utile medicamen. 46. D
 Melecapron, Melocarpon. 105. A
 Mellitana. 109. D
 Melonis coctio difficilis. 84. B
 Melophyllos. 116. A. 122. B
 Melosmos. 112. A
 Melothros. 114. A
 Mel utilissimum quod. 12. C
 Mel uulnerum mundificatiuum. 7. C
 Menae falsa. 28. D. 45. A
 Menem. 104. B
 Meneon. 113. C
 Mensium obseruatio. 8. B. C. D. 9. B. C. D
 Menstruis prouocandis. 115. A
 Mensurae ac pondera. 9. D
 Mentagra. 60. D
 Mentha. 85. C. 122. C
 Mentha agraria, Mentamoria non. 118. A
 Mentha Veneria. 120. B
 Mentaltrum, mentha. 116. D
 Mercurialis. 114. D
 Meronopus. 119. A
 Mespilus arbor, & eius poema. 90. B
 Messicia. 109. D
 Μετρη. 9. D
 Meu, Men, Mion, Mu. 55. B
 Miconium pro papauere albo. 20. A
 Militaris. 116. A
 Militaria herba. 101. B
 Millefolium. 116. A
 Mina. 12. C
 Miser diuinum. 104. D
 Mistron. 10. A
 Mithridatis antidotum. 80. D. 82. C
 Mollicines. 118. B
 Modi introducendi quatuor sunt. 1. A
 Modius. 9. D
 Moeosaphrodites. 117. A
 Moier. 116. B
 Moloche agraria, Cretex. 108. Moly. 110. C (D
 Mora syluatica. 115. D
 Morborum interiorum letalia signa. 8. A
 Moribus & disciplinis excellere felicissimum est. 1. B
 Morum culpa artem corrumpit. 1. D
 Morsui serpentium aut hominis medicando. 81. B. 100. C. 102. C. 105. B. 116. A. 117. B. 118. C. 125. B
 Morsui canis rabiosi, aut non rabiosi curando. 80. A. B. 100. D. 125. B
 Mothmutis. 120. D
 Mulcetra. 110. D
 Muliere mortuum pecus in utero habente. 113. A
 Mulier ut cito pariat. 119. A. 124. D
 Mulier certo tempore concipit. 7. A
 Mulieribus ac Venere abstinendum podagrico. 69. D. 70. C
 Mulier si obticuerit. 117. D
 Mulierum locis dolentibus. 122. D. 125. A
 Mulieribus quae partu laborant neque purgantur. 114. C. 117. D. 120. B. 124. D
 Mulier concipit uiri semine, & suo sanguine. 6. D
 Multilago terrestris. 112. B
 Multiradix. 108. A
 Muralis. 114. C
 Muris aranei morsibus curandis. 81. A. 101. D
 Mus in uesica lapidem rumpit. 4. D
 Mustellago. 106. C. 112. B
 Myacanthon. 115. B
 Myos. 104. D
 Myriophyllos. 116. A
 Myrobolanum. 71. D
 Myrtopetalon. 104. D
 Myxa uel myra. 92. B
 N
 Napaum. 87. D
 Narce, Narethpronio. 140. B
 Narcissus, Narce. 111. D
 Narium carcinomata. 105. B
 Narium ulcera eorumque curatio. 22. D. 24. C
 Narium graueolentia seu polypus. 23. A. 119. A
 Naribus sanguinis profluuium patientibus quomodo succurrendum. 23. B. 116. B
 Narium stillatio ex humore. 23. D
 Nasturtium. 83. D. 105. C
 Natura non leue adiutorium sibi inuenit. 5. A
 Nauseae stomachi quo pacto succurratur. 36. C. D. 37. B. D. 117. C
 Ne in nauis nauseas. 117. D
 Neiasar. 103. B
 Nemaictinas. 121. C
 Nemecon. 102. D
 Nemenespa. 106. C
 Nepeta. 85. C. 116. D
 Nephelios. 108. B
 Nephreticorum dieta. 96. D
 Nepita. 118. A
 Nero. 23. D. 79. D. 85. B
 Neruis concisis quae curatio. 72. B
 Neruis quae conducant. 29. D. 66. D. 70. C. 100. C. 103. C. D. 109. B. 121. D
 Nession. 107. D
 Nessioesefade. 110. C
 Nileos. 102. D
 Nisine. 110. D
 Nodis podagricis soluendis. 69. B. 71. B
 Nomae. 72. C. 73. B. 106. D. 113. B
 Norios. 115. B
 Nosprafon, Nostrosun. 109. D
 Notion. 121. C (D
 Nouembris dieta. 8. C

- Nouembris alia obseruatio, 9. B
 Numerus septies multiplicatur in conformatione partus, 7. A
 Nux maior, 101. A
 Nux, 91. D
 Nymphaea, 114. A
 Nymphaea, 105. D
 O
 Obseruanda in uniuersitate quæ sint, 12. A, B
 Obulus, 10. A, 12. C
 Occursus malos ne timeas, 121. B
 Ochthos, 119. D
 Ocimoides, 121. A
 Octobris diæta, 8. C
 Oculus pullinaticus, 76. B
 Oculorum scabritudo, 21. A
 Oculorum uitrijs medendis, 19. C, D, 20. A, 21. A, B, 22. 105. A, 106. A, 107. B, 108. B, 115. A, 122. A
 Oculorū tumores, Ib. 20 A
 Oculorū cicatrices & fistulæ 19. D, 20. A, 12. C, D, 22. A
 Oculorū caligines seu maculæ, 20. A, C, D, 21. A, 22. A, C, 107. A, 122. A, 124. B
 Oculi sanguine suffusi, 25. C
 Oculorū aciei quid conferat, 21. D, 108. B, 116. D
 Oculorū pili adulterini quomodo tollant, 22. B, 121. C
 Oculi lachrymosi, 124. B
 Oculorū passioni quæ diæta adhibenda, 93. D
 Oculorum aciei quid conducatur, 21. D
 Ocymī uitia, 25. B
 Ocymum, 122. B
 Odor, 6. D
 Oenanthe, 111. C
 Officium medicī, 1. D
 Oleium cibarium, 44. D
 Oleum ex nucibus, 92. A
 Oleum molinum, 89. C
 Oleū rutaceū quī fiat, 52. D
 Oleum uetus ad manū esto, 12. B
 Oliua, 117. A
 Olus atrum, 120. B
 Olympias Thebana, 82. D
 Omentis læsis quī succurrat, 53. C
 Onicante, 103. B
 Onite, 88. A
 Onitis, 122. D
 Onyx, 104. D
 Onocardion, 106. B
 Operatio, medicī peritiā aut inertiam prodit, 2. C
 Opetis, 105. B
 Opium, 111. B
 Optalmontiphonos, 109. C
 Orbicularis, 104. C
 Orchis, 104. B
 Oriclana, 114. C
 Origanum, 122. D
 Origanī tria nomina, 88. A
 Orobethron, 102. D
 Ororiza, 108. D
 Orozelos, 106. C
 Orphis piscis, 93. D
 Oris uitia, 23. D, 24. 101. A, 106. D
 Oris uulnera & ulcera quibus emendantur, 24. A, B, 27. C, D, 100. D
 Oris halitus, Ibidem.
 Oris uistura, 24. B, C, 27. C
 Oris putredo, 24. C
 Os saliuosum, 24. D
 Orthos, 101. B
 Oscedini tollendæ, 106. D
 Osireoscaphe, 115. C
 Ossa omnia restaurari possunt, exceptis dētibus, 7. C
 Ossa omnia medullam nō habent, præter dentes, 7. C
 Ossibus in corpore fractis, 104. B
 Ossium fracturis sanandis, 79. D
 Osta anthropæ, 103. B
 Ostriago, Oristriago, 106. D
 Ostryaca uel Ostriaca, 109. A
 Oualidia, 106. A
 Oxicratum, 33. B
 Oxigaron uentrē malaxans, 45. B
 Oximel ad incidenda phlegmata, 31. D
 Oximel squilleticum, 41. C
 Oximel quī fiat, 12. B
 Oxiporiū ad ptyricos, uel purganda phlegmata, 32. A
 Oxiporiū diaciminos, 37. A
 Oxiporium contra nauseam stomachi, Ibid. B
 Oxiporiū ad synthesium, 32. D
 Oxiporium amaurenticon, 52. D
 Oxylapathon, 107. D
 Oxytonon, 111. B
 P
 Pæderos, 120. A
 Pæonia, Pæonion, 113. C
 Palalia, 104. C
 Palati uistura seu faucium, 27. C
 Pallido color quī inducatur, 63. A
 Panax Chironia, 118. B
 Panax Helenion, 118. B
 Panaces, 122. D
 Pancarpos, 121. A
 Pancratios, 109. C, 121. A
 Pandion, 124. A
 Panis siue paniculis depellendis, 74. D, 75. B
 Paniculæ quæ in inguine nascitur medendæ, 104. A
 Panion, 104. B
 Pantheceratas, Pantatera, 113. C
 Papauer album, nigrū, agreste, syluaticum, 111. B
 Papauer, 84. D
 Papauer palustre, 114. A
 Papauerculus, 102. D
 Papulæ noxiæ, quæ tertia die occidit curatio, 76. B, 78. B
 Paralias, Parapliō, Platyphyllos, Persites, 120. C, 121. A
 Paralysis diæta, 98. A
 Paralyticis curandis, 66. C, 107. A, 125. A
 Parafynanche, 95. D
 Pareoron, Paroëpon, 110. D
 Parietaria, 114. C
 Parocimi, seu panaricij dolor 60. B

60. B. 109. C
 Parotidū curatio. 19. B. 74. A. 100. D. 101. C
 Parthenicon. 103. B
 Parthenios. 105. D. 114. C. D
 Pastinaca. 81. A. 87. C. 114.
 Pectini curando. 102. B (C
 Pectore affecto plurimos in-
 de morbos gigni. Ibidem
 Pectori medendo. Ib. 117. D
 Pectus phlegmate plenum
 quomodo purgandum. Ib.
 B. 35. A
 Pectus frigoris impatiens.
 30. A
 Pectoris dolor & curatio. 3. d
 Pectoris doloris indicia. Ib.
 Pectoris dolore neglecto qd
 sequatur. 4. A
 Pectus contritum. 16. C
 Pedalinon. 104. D
 Pedes si ex itinere tumuerint
 100. D
 Pedibus confortandis. 69. C
 Pedum. 60. A. 83. B. 109. C
 Pedum dolori aut tumori ac-
 comoda. 59. D. 67. C. 102.
 B. 103. C. D. 107. D. 122. B
 Peganos. 116. B
 Peganos orinos. 121. D
 Pellis fracturæ seu rupturæ
 medela. 71. C
 Pentacœnon. 101. A
 Pentaphylli nomina & uirtu-
 tes. 101. A
 Penterobon. 113. C
 Pepon. 84. B
 Perdicalis. 114. C
 Perfectam hominis formam
 infans in utero accipit qua-
 dragesimo die. 7. B
 Periplemonicis & ptyficis
 medicina. 29. B
 Peripleumonicorum dieta.
 95. A
 Peripneumoniacorum leta-
 lia indicia. 7. D
 Poristereon, Pecorobō, Pan-
 chromon, Pempsempre,
 Phersephonion. 101. B
 Peristereon Orthos. 113. D
 Persephonion. 111. B
 Persepollens. 103. B
 Persicum malum. 90. A
 Personatiæ nomina & uirtu-
 tes. 108. B
 Peruica, uictoriæ foliū. 12. B
 Pes leoninus. 102. D
 Pessus. 122. D
 Pessus Liuianus. 16. A
 Petalon. 104. D
 Peucedanon. 118. A. 121. C
 Pexasis. 103. B
 Phalangius & eius remedia.
 81. B. 101. D. 119. A
 Phacos. 119. C
 Phasganon. 110. B
 Pheorion. 102. D
 Pherambros. 121. C
 Phersephonion. 101. B
 Philaterion. 103. B
 Philophares, philophes. 109.
 Philtrodote. 113. D (D
 Philtrodotis. 111. D
 Phlebotomia quibus mensi-
 bus fieri conueniat. 9. B
 In phlebotomia quæ conside-
 randa. 9. C
 φλεβοτομία. 9. D (2. D
 Phlegmatis sedes in capite.
 Phlegma in hyeme crescit. Ib
 Phlegma quos morbos creet
 2. D
 Phlegmata quō purganda.
 31. D. 32. A. 35. B. C. 112. B
 Phlemon. 102. B
 Phopere. 118. C
 Phreneticis sanandis. 64. D.
 118. B
 Phreneticos signa. Ibid.
 Phreneticorum ratio uictus.
 92. D
 Phrenetici signa letalia. 7. D
 Phrygia, Pirgia, Phrygitis.
 111. D. 118. C
 Phthirialis curatio. 15. C. 82.
 A. 83. A
 Phuxaspidon. 112. A
 Phytionion. 104. A
 Picris. 107. A
 Pictis. 112. B
 Pili in oculis nascentes quī
 efficiendi. 21. C. 22. B
 Pinastellum. 118. A
 Pinea nux. 92. A
 Pinus. 40. B
 Piper apium uel piperatium.
 102. C
 Pira. 88. C
 Pisces aspratiles. 93. C. 95. B
 Pistatium. 91. D
 Plagis medicandis utcunque
 impactis. 113. A
 Planetæ febres. 6. B
 Planta agathon. 117. B
 Plantago siue plantagina.
 100. A
 Plancia. 55. C
 Plato ait eum posse de rebus
 dicere qui earum notitiā ha-
 beat. 1. B. Quo loco uide nū
 pro discere dicere legendū
 Platyphyllon, uel Plau- (sit,
 tiphilon. 102. D
 Plectronias. 107. D
 Pleuresis curatio. 54. A. 55.
 C. 94. B. 109. B
 Pleureticorum qui cibus esse
 debeat. 94. A. B
 Pocastrum. 120. A
 Podagræ depellendæ. 67. A.
 68. 69. 70. 79. D. 100. C.
 106. A. 108. D. 114. D. 121.
 D. 125. B
 Podagræ non nimis calidæ
 epithema. 16. C
 Podagræ quibus abstinen-
 dum. 69. D. 97. B
 Podagræ frigidæ propellen-
 dæ. 70. A
 Podagræ quibus rheumati tollen-
 do. 20. B
 Podisis. 56. D
 Polentæ descriptio. 12. C
 Polion, Polium. 112. A. 119. A
 Pollutionis antipharmaca.
 11. A
 Poludo, Henitos. 117. B
 Polycarus herba. 69. B
 Polygonaton, Polycarpon.
 104. D
 Polygoni nomina et uirtutes
 104. D

- Polyneuron, 100. A
 Polyodios, 107. D
 Polyonymos, 114. D
 πολυπωνδία, 7. A
 Polypus seu narium foetor,
 23. A
 Polytrichon, 110. B, 111. A
 Poma, 10. B
 Pompedulon, Propedula
 101. A
 Pompeius Magnus, 80. D
 Pondera & mensura, 9. D, &
 10. A
 Ponom, 103. B
 Poplitibus laborantibus cer-
 uicem fricare remedium,
 29. C
 Porriginis cura, 15. C, 105. C
 Porrum, 85. A
 Portulaca, 120. A
 Potiones quo pacto in singu-
 los menses preparari conue-
 niat, 8. D
 Praecordiorum dolori curan-
 do, 38. C, 122. A
 Praegnantia a pulegio cauend-
 um, 118. A
 Praescientia futurorum fidem
 tribuit, 2. B
 Prapapilio, Propedilio, 102. D
 Prasion, 109. D
 Praxagoras, 84. C
 Priapiscos, 104. B
 Prionites, 124. A
 προβατικη, Verbena, 42. D
 Probation, 100. A
 Prochos agrios, 118. C
 Profluuium mulierum restrin-
 gendo, 112. C, 115. D, 116. D
 Prophete, 102. A
 Proserpinaca, 104. D
 Proserpinæ herba, 26. A
 Profopites, Profopes, 108. B
 111. B
 Pruriginis arcendo, 77. D,
 78. B, C, 125. A
 Prurigo ani uel ueretri, 119. D
 Prygia, Pyrgys, 118. C
 Pseudodictamnium, 113. A
 Pseudoselinon, 101. A
 Psic hotrophon, 124. A
 Psilothrum, 80. C
 ψυχιδι, 6. C
 Pteron Ibios, 101. A
 Ptilanæ maritimæ, 94. B
 Ptysi medendo, 31. D, 32. B, D
 Ptysis, 15. A, 53. D
 Ptylicorum sedando rheuma-
 ti, 32. C, 124. B
 Pulegium, 117. B
 Pulegium agreste, 116. D
 Pulmoni medendo, 34. C, D
 37. D, 55. C, 93. D
 Pulmonis situs, 5. B
 Pulsus humorum, 3. B
 Puluis ad catarrhum & rheu-
 ma capitis, 14. D
 Puluis ad rheuma dentium,
 25. D, 26. A
 Puluis ad synanchen, 27. D
 Punctiones aurium, 17. D
 Punctioni sedandæ cerotum in
 infantibus, 35. C
 Purgationibus expellendis,
 125. B
 Purgatoria capitis, 14. C
 Purulenta expuentibus, 32.
 A, C, 33. A, 34. D, 100. B,
 124. B
 Pustula malæ, 76. B
 Pustula uolatice, 78. B
 Pustulis laborantium letales
 notæ, 8. B
 Putagonon, 110. D
 Putredinis oris uel palatus &
 gingiuarum curatio, 24. B
 Putredinis aurium curatio,
 18. B
 Pyrine, 124. A
 Pythagoras, 90. D
 Pythonios, 102. A
 Pyxionice, 105. A
- Q**
- Quadrifide corporis ele-
 menta uires acquirunt,
 5. C
 Quartana curandæ, 63. D,
 97. C, 100. C, 109. B, 118. C
 124. D
 Quatuor bilium genera, 9. A
 Quatuor sunt modi introdu-
 cendi, 1. A
 Quatuor tempora sunt quæ-
 tuor elementa, 2. C
 Quercula, 106. A
 Quinquefolium herba, 101. A
 Quinque sensuum claritas, 6. C
 Quatuor sensus in capite,
 Ibidem,
 Gudubbal, 102. D
 Quotidianæ curandæ, 63. C,
 97. B, 124. D
R
 Radiolus, 115. A
 Radix siue Sandix nau-
 tica, 102. C
 Radix Macedonica, 102. B
 Ramicibus medendis, 57. B
 Ranarum morsui, 105. D,
 109. B
 Ranarum adeps, 17. B
 Rapa, 87. D, 106. D
 Rapum terræ, uel rapum por-
 cinum, 104. C
 Ratio uictus quolibet anni
 tempore utilis, 2. D, 10. B
 Ratio humani corporis, 5. A
 Raucedinis medicamina,
 29. A
 Regio morbo pellendo, 61.
 D, 101. D, 115. C, 125. A
 Remenia, 102. A
 Renum dolori accõ modum
 medicamẽ, 40. B, 51. C, 52.
 A, 74. D, 124. C
 Renum inflammationi quæ
 dieta conueniens, 96. D
 Renibus sanandis, 54. D
 55. B
 Rhagadijs medendis, 52. D
 Rhapsani uirtutes, 82. A
 Rhapsani natura, Ibidem
 Rheuma capitis, 14. D, 18. D
 Rheumati ptylicorum secan-
 do, 32. C
 Rheuma oculorum & poda-
 græ, 20. B, C
 Rheuma ori aut gingiuis mo-
 lestum, 24. C
 Rheumati dentium quæ ad-
 hibenda, 25. D
 Rhœas, 111. B
 Rhopalon, 114. A

- Rhosalinos. 102. D
 Riborasta, peribobasta, fol.
 108. B
 Rosa fatuina. 113. C
 Rosa lunonis. 102. C
 Rubæ curandæ. 77. B
 Rubus. 115. D
 Rufi capilli quemadmodum
 denigrentur. 16. C
 Rumex & lapacium agreste
 eadem herba. 26. A. 103. D
 Rupturæ medendæ. 106. A
 Rufinarina. 124. A
 Rutæ uires. 82. A
 Ruta hortensis. 116. B
 Ruta montana. 121. D
 S
 Abina. 115. B
 Sacellum. 43. B
 Sagares pancratiaſtes. 79. D
 Saluía. 119. C
 Saliua equi. 40. B
 Sancromaton. 104. A
 Sanguinaria. 104. D. 109. D
 Sanguinem de naribus eijci-
 endum. 23. C
 Sanguis in pectore. 2. D
 Sanguis crescit uerno tempo-
 re. 2. D
 Sanguinis sedes in corde. 3. A
 Sanguinis profluuium ex na-
 ribus. 23. B. C. 101. B
 Sanguinis ex præcisa uenula
 nimis profluētis restrictio.
 27. A
 Sanguinem reiicientium cura-
 ratio. 33. B. C. D. 43. C. 48.
 C. 53. D. 100. B. 104. D
 Sanguinem de stomacho uel
 uena emittentibus. fo. 33. D
 109. A
 Sanguinem tussiendo eijci-
 entes. 32. B. C. D. 34. D
 Sanguinem reiicientium leti-
 fera signa. 8. B
 Sanguis quos morbos pari-
 at. 6. B
 Sanguinē exereantibus quæ
 adhibenda. 33. B. C. D. 43.
 C. 54. B. 100. B. 104. D.
 109. A
 Sanguini ex uulneribus sisten-
 do. 72. B. C
 Sanitati custodiendæ quæ cõ-
 ueniat uictus ratio. 98. B
 Sanitati corporis conseruan-
 dæ. 61. A. B
 Sapho. 106. B
 Saphtho. 102. A
 Sapor. 6. D
 Sarcocolla. 107. B
 Satanaria, Sataria. 118. B
 Satureia. 84. D
 Satyrionis nomina & uirtu-
 tes. 104. B
 Sauina. 115. B
 Saxifraga. 118. C
 Saxifragum. 110. C
 Scabiei arcendæ. 77. D. 78.
 B. 79. B. 110. A
 Scapulis læsis uel dolentibus
 quæ conducant. 29. D
 Scardia. 105. B
 Sceon, Seheon. 104. A
 Scia letalis nota. 8. A
 Scia sanandæ. 57. D. 58. 71.
 A. 106. A. 111. A. 118. A. C
 Sciaticis utile medicamē. 55.
 Sciate. 106. B (B. 113. D
 Scilla, Scilla rubra. 109. C
 Scolibrocus. 110. C
 Scolopendron. 110. C. 111. D
 Scolymos, Scoliprochos. fo.
 118. A
 Scorpionaca, Sorpinaca. fol.
 104. D
 Scorpion. 121. C
 Scorpionū morſibus meden-
 dis. 100. C. 113. B. 122. B
 Scorpionocton, Scorpion, Scor-
 piū uia, Scorpionis ura. 110. D
 Scrupulus. 9. D
 Scrupulus medius. 10. A
 Scyrosi uentris uel stomachi
 curandæ. 74. B
 Secundæ doloribus. 100. D
 Secundæ si à partu nō sequā-
 tur. 17. D
 Selenogonos. 113. C
 Selenion. Ibidem
 Selinon agrion. 120. B. 122. B
 Selinophyllon. 110. B
 Semen si fluat. 116. D. 120. A
 Semine abundantibus reme-
 dia. 11. A
 Semeth. 105. C
 Semmeor. 106. B
 Semperuiua, Semper floridū.
 122. D
 Senata. 106. A
 Sensuū quinque claritas. 6. C
 Sensus quatuor in capite. 6. C
 Sentice uel sentix. 115. D
 Septembris dieta. 8. C
 Septemb. alia obseruatio. 9. B
 Septeneruia. 100. A
 Septifolium. 122. B
 Serapion. 104. B
 Seri immodico usu lienem
 consumi. 42. A
 Seriphum. 119. B
 Seropodion. 124. A
 Serpentaria. 102. B
 Serpentiū morſibus medican-
 dis. 81. B. 100. C. 101. B. C. D
 104. A. C. 106. A. 107. C.
 108. B. 109. B. 113. B. 114. B.
 118. A
 Serpentis percussioni. 120. C
 125. B
 Serpentibus fugandis. 118. B
 Serpillum. 88. B. 119. A
 Serpillum maius. 103. B
 Serpillū Gallice laurio. 24. D
 Serrata. 124. A
 Sesamon agrion. 110. D
 Sextarius. 9. D. & 12. C
 Sextius Niger. 81. D
 Sicophyllon. 108. D
 Sideritesis. 110. D
 Sideritis. 106. C. 114. C
 Signa eorum qui lapides ha-
 bent in uesica. 4. B
 Signa quæ in laborantibus le-
 talia. 7. D
 Signum in papula letale. fo.
 76. B
 Siliqua. 10. A. 91. A
 Simpeax. 100. A
 Singentiana. 102. C
 Sirium. 103. B
 Sifymbriion. 120. B
 Sitis quomodo sedanda. 38. A

- Sitis ex hydropisi, fol. 66. B.
 109. C
 Solago maior. 113. B
 Solago minor. Ibidem. C
 Sole capitis dolorē inducens
 te quō succurrendū. 13. C
 Solis nimio ardori succurren-
 do. 63. B
 Somi. 119. B
 Somno asciscēdo. 64. C. 111. C
 Sophosph. 105. B
 Sorba. 90. D
 Sozusa. 103. B
 Smyrnion. 120. B
 Sparagos agrios. 115. B
 Sparagus noster. Ibidem
 Spasmus. 117. D
 Spasmi tres species. 6. B
 Sphalangionum morsui me-
 dendo. 119. A
 Spicula. 106. C
 Splen ubi positus. 5. B
 Spleni quomodo succurren-
 dū. 42. 43. 117. B. 124. C
 Splenis duriciēs. 43. A. B
 Splenis dolori medicamen-
 tum utile. 38. B. 40. B. C.
 107. C. D. 108. C. 111. D.
 114. A. 118. A. D
 Splenicis conducens medi-
 cina. 35. B. 74. C. 104. C
 Splenicorū diēta. 96. A. B
 Splenicorum mortifera si-
 gna. 8. A
 Splenion. 111. D. 112. A. 118. C
 Spomelides. 92. B
 Stariorus. 106. B
 Staltice, stractice. 102. D
 Statuaria. 104. D
 Stella quæ te tueatur, quæ sit
 117. A
 Stemphis. 104. D
 Stephanos Alexādr̄s. 112. B
 Stephanos aphrodites. 120. B
 Stergethron. 122. D
 Stercus leporinum. 53. C
 Stirsozila. 108. A
 Stoëchis, Stergethron. 109. D
 Stomacho calefaciendo quæ
 conferant. 36. C
 Stomacho confortando. 36.
- C. D. 37. A. 40. B
 Somachi duricia. 16. C
 Stomachi doloribus succur-
 rendis. 35. D. 36. A. B. 38. B
 D. 56. A. 74. C. 82. B. 103.
 D. 104. B
 Stomachi inflationes & uen-
 tositates. 36. B. C. 117. D. &
 120. A
 Stomachi deliquium & fasti-
 dium quī tollendum. 36. C.
 37. B. C. 38. A
 Stomachi carbunculus. 37. C
 Stomachi tensura, siue defe-
 ctio. Ibidem. D
 Stomachi ardor. 38. A
 Stomacho frigido quæ sit ob-
 seruanda diēta. 94. B
 Stomacho fastidiēti quæ diē-
 ta. Ibidem. C
 Stomachus os uentris appel-
 latur. 5. B
 Stomachi sedes. 5. B
 Stomachi febrientis ardori
 medendo. 62. C. 63. B
 Stomacho conducens medi-
 cina. 24. A. 30. A. 35. A. 110
 A. 112. C. 115. A. 116. B. 120. B
 Stranguriæ curandæ. 56. D.
 102. C. 103. C. 111. C. 120. B
 Stratiotice. 116. A
 Stritionos. 105. D
 Strophī. 106. C
 Strumis discutiendis. 19. B.
 75. B. 79. D. 109. D. 110. C
 Sublabium. 118. C
 Sugillationibus curandis, fo-
 108. A
 Superba. 106. A
 Supercilium Veneris. 116. A
 Supercilium terræ. 111. A
 Surditas. 18. A. D
 Surdis quī succurrendum.
 Ibidem. D. 19. A
 Suspiria & singultus quibus
 emendentur. 35. A. B. 37.
 D. 38. D. 53. D. 82. A. 93. D.
 108. D. 124. B
 Syderatis subleuandis. 71. B
 Syderitis. 101. B
 Sydion. 47. D
- Sylitho. 109. C
 Symphiton. 112. B. 77. A
 Symphoniaca. 102. A
 Synanche. 27. C. D. 28. A. B
 93. D. 107. A
 Synaache lactēs si laboret, qd
 faciendum. 28. B
 Synechon ephestion. 102. D
 Synthesi curandæ. 32. D
 Syntrophyllon. 115. D
- T
- T** Actus. 6. D
 Tagetes. 103. C
 Talorum uitij tollēdis. 59. D
 Tempora quatuor, sunt qua-
 tuor elementa. 2. C
 Temporibus quatuor siue lati-
 tudinibus causarum. 6. C
 Temporū uariationi nostra
 respondent corpora. 1. D
 Temporū odorū seu Hemis-
 cranea. 16. D
 Tenesimo laborantib. 45. C
 Terdum. 112. C
 Terminalis. 121. D
 Terræ capillus. 111. A
 Terralis. 120. B
 Tertianæ typus. 124. D
 Tertianæ febris diēta. 97. C
 Testibus & ramicibus me-
 dendis. 57. B
 Testium alter si decidat, ibi. C
 Testiculus leporinus. 104. B
 Tetanicorum diēta. 65. A
 Teucrion. 106. A. 111. D
 Texinon, Teuxitenon. 105. A
 Thaboris. 106. A
 Thalassomellis confectio,
 45. B
 Tharbalodathion. 100. A
 Thafarica, ibidem,
 Thebeotis. 101. A
 Themonestion. 101. A
 Thephis. 104. D
 Thereon. 104. A
 Theriacam optimam sine Na-
 po confici non posse. 87. D
 Theriaca Antiochi. 88. B
 Thermos orinos. 121. B
 Thiophenges. 113. D
 Thodona. 114. A
- Thoraci

I N D E X.

- Thoraci crasso phlegmate
 pleno quid succurrat. 30. A
 Thoraci purgando. 100. B
 Thorybetrō. 102. D
 Thyariza. 124. A
 Thymiamatis descriptio. 18. C
 Thymiatitis. 101. A
 Thymus. 88. A
^{βύσση}herba. 45. C
 Thyphonon, Theriophonō.
 104. A
 Tibiarum uitij succurrēdis.
 59. C
 Tinearum curatio. 15. D
 Tineis ac lumbricis purgan-
 dis. 44. B. 53. C. 108. B.
 121. B
 Tinnitus aurium. 17. C. 18. A
 Tithymali species & uirtutes
 120. C
 Titumen. 103. B
 Titothos. 104. C
 Tonillarum uitium quale.
 27. B
 Tonillarum medelæ. 27. B
 106. D
 Tormalis. 104. B
 Torminibus medendis. 44.
 D. 53. C. 56. d. 100. d. 106. C
 Toffes. 72. C
 Toxatis, Toxitesia, Toxobo-
 lon, Theonisis. 103. B
 Tzanuchi. 109. B
 Tremulis quæ obsint. 70. D
 τρεπίπλη. 6. C
 Tres modi honestæ tractatio-
 nis. 2. B
 Trichomanes. 110. B
 Trichophyes. 111. A
 Tricocta mespila. 90. B
 Trigonon. 101. B. 113. D
 Trigoricum. 88. A
 Trimphalites. 104. C
 Tripolion. 112. A
 Tripolon. 9. D
 Triffago, Trixago. 106. A
 Tritum. 120. C
 Trocisc. diasparmatō. 48. C
 Trociscus ad dolorem den-
 tium. 25. A
 Trociscus ad suspiriū. 35. B
 Trociscus hepaticus. 41. B
 Trociscus ad auriū dolorem.
 18. A
 Trocisci ad humorem capitis
 exiccandum. 15. A
 Trouiscoselia uel Trociscose-
 liacon. 105. D
 Troxima seu Taraxacō. 96.
 Tulcis. 9. D (D
 Tumori antequā apostema
 fiat. 75. B
 Tumori pedum ex itinere.
 100. D
 Tumorebus sedandis. 72. C.
 73. D. 74. A. 76. C. 79. C.
 100. B. D. 102. B. 103. C.
 107. C. 108. A. 116. B. 121. d
 Tumores ex luxu. 107. C
 Tussilago. 119. C
 Tussis remedia. 30. A. 32. C
 82. A. 110. A. 111. C. 112. C
 122. D. 124. D
 Tussis cum crasso phlegmate
 quomō curari queat. 30. A.
 34. D
 Tympanites. 65. B
 Typhonos. 109. C
 Typhonton. 102. A
 Typicus qua ratiōe prius fri-
 gus patitur quā febrem.
 5. C. D
 Tyro medicinae qualis esse
 oporteat. 1. C
 Tyro medicinae quadrato sit
 corpore. 1. C
 Tyro medicinae sit ingenio-
 sus. Ibidem.
 V
 Valentia. 103. B
 Valerius Paulinus. 69.
 Varis tollendis. 78. B (B
 Vdonaulion. 114. C
 Venæ qui, quæq̄ & quando
 incidendæ. 9. A
 Venis induratis. 101. C
 Venarum incisio. 9. B
 Venenis prohibēdis, datisq̄
 expellēdis. 80. D. 113. B. D.
 82. A. 104. A. 105. B. 106.
 B. 108. B. 125. B
 Ventositates stomachi. 36. B
 Ventriculi situs. 5. B
 Ventriculus escarū omnium
 receptor. 5. C
 Ventri post fluxum stringen-
 do cataplasma. 36. D
 Ventri molliendo. 37. A. 64.
 C. 121. C. 104. C. 115. A
 Ventris torsiones. 44. D.
 53. C
 Ventris dolorū letalia signa.
 8. A
 Ventris distemperantiæ die-
 ta. 95. C
 Ventris dolor & curatio. 4.
 A. 124. C
 Ventris dolorem (nisi curet)
 quid suscipiat. 4. A
 Ventris uitij medendis. 100
 B. 101. A. 107. B. 117. C
 Ventris prouocatorium. 46
 A. 112. D. 120. D. 124. C
 Ventrals coeliaci. 46. B
 Ventri sistendo. 46. D. 47.
 A. 100. B. 111. B. 112. D
 Vētris ori stringēdo. 44. B
 Venus nociua pectori, pul-
 monibus, capiti, neruis.
 10. D
 Venus post cibum, ante so-
 mnium utilissima. Ibidem.
 Venus post cibum, ante so-
 mnium ad generandum uti-
 lis. Ibidem.
 Veneris effectus. Ibidem.
 Venere abstinentibus quid
 accidat. 11. A
 Venerem stimulantia. 82. A.
 D. 84. A. D. 85. A. 87. B.
 C. D. 91. B
 Venus inimica podagricis.
 69. D. 70. C
 Venerius actus. 10. D
 Verbena ^{πρωβαλάνη}. 42. D
 Verbenaca herba. 101. B
 Verendorum uitia. 57. B
 Veris inceptio & finis. 2. B
 Veris uictus ratio. 2. D
 Vermes ulcerum quomodo
 necandi. 73. C
 Vermes auriū qui necentur.
 18. B

I N D E X.

Vernilago. 121. A
 Verruca. 57. B. 78. B. 107. C. 121. A
 Verrannus. 110. D
 Vertiginum capitis medela. 13. A
 Vertiginem patiētibus quæ usurpanda 64. D
 Vertipedium herba. 101. B
 Vesica laborantium letifera signa. 8. A
 Vesicæ uitium sequitur hydrops. 4. B
 Vesicæ uitijis medendis. 56. A. D. 100. D. 103. C. 109. A. 115. B. 117. B. 118. D. 124. C
 Vesicæ uitia. 4. B (D)
 Vesicæ doloris indicia & curatio. Ibidem. 55. C.
 Vesptilionū sanguis. 42. B
 Veterum astutia diuersimoda de libris orsa est. 1. C
 Victoriæ nomina & uirtutes. 112. B
 Victus ratio uniuersal. 98. B
 Victus ratio quolibet anni tpe utilis. 2. D. 10. B. C. D
 Victus ratio hyemali tempore. 10. B
 Vigentia. 116. A
 Vinum ex Cydonijs. 89. D
 Vini uirtutes. 10. C
 Vino externatis. 122. A
 Viperalis. 116. B
 Viperarum morsibus. 102. C. 108. A
 Viperinæ herbæ nomina. fo. 102. B
 Visceribus tumētibus. 55. C
 Visus. 6. D
 Vitalis. 122. D
 Viticulæ. 83. B
 Vitis cana. 118. C
 Vitis alba. 114. A
 Vitiflora. 111. C
 Vlcera. 109. D
 Vlcera cicatricem nō trahentia. 73. A. 104. B

Vlceribus, cācris, nomis, uermibusq; arcēdis. 72. C. 101. C. 107. B. 108. A. C. 113. B
 Vlcerata sordida. 73. A. B
 Vlceri iuxta oculum seu nates nato. 100. D
 Vlcerum capitis cura. 15. D
 Vlcerata chiroia. 103. A. 105. D
 Vlciolaria. 114. C
 Vlaphanos. 121. A
 Vmbelicus Veneris. 109. D
 Vncia. 9. D
 Vnefera. 107. D
 Vnguentiana. 102. C
 Vnguentū diacedrion. 69. B
 Vnguibus scabris quæ adhibenda. 83. B
 Vngularum dolori curando. 60. C
 Vocis raucedini quæ confesrant. 29. A. B
 Vomendum post æquinoctium, aut euacuandum. 10. C
 Vomentes crebro sani sunt. 5. B
 Vomentes choleram & phlegma euomunt. Ibidem
 Vomitu capiti fit magna reuelatio. Ibidem, ubi perperam legitur reuelatio.
 Vomitu mouendo. 120. D
 Vomitus remedia. 37. D. 38. A. 39. A. 124. B
 Vomica. 73. C
 Vra. 104. B
 Vra scorpis. 110. D
 Vrinam non continentiu medela. 57. B
 Vrinæ sanguinolentæ. 55. C. 56. B
 Vrinæ prouocadæ. 55. A. 82. A. 56. B. C. D. 101. C. 116. B
 Vstilago. 121. A
 Vstilago rustica. 113. A
 Vsturis curandis. 77. B. D
 Vsube. 106. C
 Vua laborantibus quæ signa letalia. 7. D

Vua taminia siue canina. fo. 114. A
 Vuæ uitijis quibus succurrent dum. 26. D. 114. A. 115. D
 Vua ne molesta sit, quibus cauetur. 27. A
 Vulnera seu ulcera quæ ferunt. 59. C. 72. C. D. 73. A
 Vulnera aurium. 18. A. C. 19. A
 Vulnera quæ ex se nascuntur. 111. D
 Vulneribus recētibus & neruis concisis cōglutinandis. 71. D. 72. B. 101. D. 109. B. 113. B. 116. A. B
 Vulneribus curandis. 71. C. 79. B. D. 100. B. D. 106. C. 107. B. 108. B. C
 Vulturis nerui de alis & pedibus. 29. C
 Vulturis de capite ossa. 13. B

X

XElechion. 102. A
 Xeron polyticō. 72. A
 Xeron diatessaron. 73. B
 Xeron caroteten. Ibidem
 Xeron catapastaton. Ibidem
 Xeron melantium. Ibidem
 Xeron Theodori. Ibidem
 Xenocrates. 82. D
 Xilophiron. 112. B
 Xiphion. 110. B
 Xirocollirium. 92. B
 Xylolotos. 101. A

Y

YV. 78. B

Z

Zacia uel Zarithea. fo. 104. D
 Zenis. 118. C
 Zimicum. 113. D
 Zizipha. 90. C
 Zona seu Circinus. 76. D
 Zoster genus sacri ignis. fo. 77. A
 ZOTIKH. 6. C
 Zygis. 119. A
 Zyred, Zonusten. 103. B

F I N I S.



SORANI EPHESII VE

TVSTISSIMI ARCHIATRI ET PERIPATETICI, IN ARTIS MEDENDI ISAGOGEN, PRAEFATIO.

Qui primi medicinae autores.



EDICINAM quidem inuenit Apollo, amplificauit Aesculapius, perfecit Hippocrates: quem mihi hominis ducem, & iudicem omnium causarū & quaestionum oportet accipere, tanquam parentem & inuentorem omnium bonorum operū, per quem Logica nobis, iuxta rationem, est facta traditio, & tanquam uisibilis facta doctrina, ut per eam meliores fiant & acutiores, qui introducuntur ad Medicinam, quos Graeci *εισαγωγικοί* appellant. Et propterea incipientibus discere medicam artem, exordiar discere qui sit optimus modus doctrinae, atque de apta aetate introducendi, deque studio, & eius moribus: deinde artem, postea speciatim de ipsa Medicina. Modos in aphorismis reperies quatuor, Intellectualem, complexiuū, diuisibilem, & definitiuum. Intellectualis dicitur, eo quod intellectu, id est contemplatione tam uirorum quam mulierum aegritudines exequitur & considerat. Complexiuus, quod omnia complectatur, id est comprehendat, nihilque intactum relinquat. Diuisibilis, eo quod corpus humanum per partes diuidat, earumque aegritudines particulatim declarat. Diffinitiuus, quod cuncta definiat, recteque determinet. Nos uero in hoc opere magis definitiuo utimur (licet ab alijs non sumus extorres) quippe quia optimus is est modus introducendi. Caeteraque breuiter cuncta definit, recteque determinat, nihil relinquit, unde quasi renumerare possit. Ne tamen animus lectoris incaute ingrediatur, & sequentia operis iudicet, non te lateat quod modum tractatus quidam praecedat prooemialis, qui uere introductorius breuis habendus est. Est autem duplex: partim de eo qui sumit artem, partim de arte. Nos Platonem imitantes, quae sequuntur iungamus. Ait enim Plato, de omnibus quae in tractatu inueniuntur, eum posse discere, qui peritiam habet earum rerum de quibus quaeritur.

a



SORANI EPHESII IN

SIGNIS PERIPATETICI, ET VETVSTISSI

MI ARCHIATRI IN ARTEM MEDEN

DI ISAGOGE SALVBERRIMA.

Tyro medicæ artis qualis esse oporteat. CAPVT I.

Undecim anno
rum etas ad di
uinam medici
næ arti auspici
candâ idonea.



STVTIA ueterum in opusculis librorum di
uersa posuit principia: Nos tamen principium
sumimus ab eo qui imbui arti medicinæ inchoat.
Sit autē ætate quidem illa, ex qua maxime è par
uis homines transeunt ad magnitudinem, quod
est in annos undecim. Hæc em̄ ætas est apta ad
sumendam sanctam artem medicinæ: corporis
autem magnitudinem talem habeat, ut neq; pin
guis sit, neque breuis admodum: & ut iuuentu

Disciplinarū
& uirtutū nō
fit expers me
dicus.

tem liberaliter agat, & senectutem utilem atque facilem ducat, natura &
animo sit studiosus, & ingeniosus quidem & acutus, ut citius intelligat, &
docibilis sit, fortis autem, ut possit per diem labores sustinere: quoniã un
dique horrenda & tanq; insuauia, & alienos casus suas facit esse tristitias.
Disciplinarū autē & uirtutum cæterarū, minime sit expers, sed & circa mo
res habeat diligentia: iuxta enim Erasistratū felicissimum quidem est, ubi
utræq; res conueniunt, ubi & in arte sit perfectus, & moribus sit optimus.
Si autem unum de duobus defuerit, melius etiam uidetur, esse bonū, quàm
artificem perfectum, mores habentem malos, & improbum esse: modesti
siquidem mores quod in arte deest, honestate repensare uident. Culpa au
tem morū, artem perfectam corrumpere atq; improbare potest: Nec non
& naturæ rerum scientiam habeat, ut omnino huius rei non expers esse ui
deatur. His igitur omnibus ornatus esse debet, qui medicinæ tam arduam
artem auspiciaturus est.

De iuramento medici. CAPVT II.



Vrare etiam debet, qui artem medicam, & naturæ scientiam
uult inchoare, ne ab errore quenquam alicuius lædat effectus.
Ea itaque ratione per sacramentum iuramenti sumat doctri
nam, Grammaticam, Rhetoricam, Arithmetiçam: Astrorum

Cum astrorū
motu, & anni
temporibus no
stra permutan
tur corpora.

quoque ratio sumenda est ut cognoscat eorum ortus, & occasus & motus,
& tempora anni, quia cum ipsis & nostra corpora permutantur, & eorum
mobilitate & perturbatione ægritudines in hominibus cōmouentur.

Qualis esse debeat medicus. CAPVT III.

Officiū medici



Erspiciamus autem qualem oporteat esse medicū: Sit ergo mo
ribus ornatus & modestus, cū decenti ac debita honestate, nec
desit ei sanctitas, nec sit superbus, sed pauperes & diuites, ser
uos & liberos pariter curet. Vna enim apud omnes est medici
na

A na. Mercedem autem siquidē dentur, accipiantur & non recusentur: si autem non dentur, non exigantur, quia quantum quisque dederit, non potest ulla exæquare mercede beneficia medicinæ. Domos autem quas ingrediatur, ita ingrediatur, ut ante oculos habeat curam tantummodo laborantis. Memor etiam sit iuramenti Hippocratis, ut ab omni culpa se absteineat, maxime à uenereo & corruptibili actu. Ea quæ in domibus aguntur & dicuntur, tanquam mysteria celanda existimet. Sic enim sibi & arti ampliorem laudem acquirat. Habeat etiã digitorū elegantiam & subtilitatem, ut suavis omnibus uideatur, & in tangendo subtilior appareat: hæc enim & ipse Hippocrates dixit. Nihilominus autem sit & in fabulis iucundus, & nō sit expertus philosophiæ. Sit etiam modestus moribus, ut utræque res conueniant simul sibi, cum artis perfectione, quantum possibile est, & bonitas morum.

Quod operatio, medici peritiam aut imperitiam prodit.

Medico nulla
par gratia re
penditur.

CAPVT IIII.



Aciamus autem initium à quodam exemplo. Cōmuniter contendunt & luctantur homines, quū aliqua necessitas impulerit, & qui didicerunt, & qui nō studuerūt: sed statim ipsis motibus cōprobantur hi qui didicerunt, maxime si facere non recusant. Simili modo medicinam quamplurimi tractant. Denique aut succum pti sanæ, aut melicraton, & qui non sunt medici, dare possunt (quoniam ipsa natura interdū indoctis etiam peritorum tribuit efficaciam) Sed ipsa operatio, & ipsius rei honesta tractatio longe in eo apparet qui peritus est, & facile improbat imperitū. Hippocrates quoque ait: Medici quidem fama multi, sed opere ualde pauci. Honestè aut opus ipsum tractabitur tribus modis, ut præscientes scilicet eorū causas qui omnino à uitijis oppressi sunt, & nullo modo curari possunt, minime suscipiamus. Aut eos suscipiamus in quibus ualida natura non nimis est præcipitata humoribus: aut ea quæ facimus, eo ordine faciamus, ut ad solam utilitatem, totam operis efficaciam dirigamus. Quapropter & libri eius tripartitam habent doctrinam, & in primis ^{† σωφιστικῆ} positã. Aptissima quippe omnium synoptica est inspectio uel uitiorum probatio, qua dignoscitur quid in arte existat bonum. Nam quod omnes sanos facere non possumus, minime & hoc uitium arti ascribitur, omnibus quidem auxiliari nō datur. Præscientia tamen prædicendi futura, puram fidem tribuit, ut merito credantur nobis ægrotantium corpora. Vult enim Hippocrates, & præterita medicos cognoscere, & præsentia scire, & futura prædicere. Nec minus etiam [†]cautissime agendū est. Ne præsumamus eum qui deficit uiribus, quiq; ad desperationē uenit, secare: uel poteris eis dare potionem aut somnum, aut uentris purgationem. Nec aliqua res [†]agenda est, quæ ad mortis causam ex potionis occasione transferri uideatur. Similiter nec ossa secemus, nec ^{ἀπόσασιν} faciamus, nec aliud quicquid quod non naturaliter permittitur, pro utilitate fieri posse. Multos enim inuitantes, medicamini uidemus fidem credere, & in mala opinione apud omnium ora uersari, quod dederint quidem potionē somnij causa, uel

† Sennoticam
positã, aptiss.
aut sennoca.

† cautis

† agenda

C alterius cuiusque rei, sed ob imperitiã inspectionis maximũ intulerunt periculũ, & fidei suã circa certas partes medicinã plurimũ derogatũ est, quoniam mortis euentus nõ iuxta rationẽ potionis, sed propter vires defectas cõtingit. Rectissimũ ergo est huiusmodi homines qui defecti sunt uiribus, nõ quidẽ deserendo existimare, sed alijs medicinalibus rebus curare, quã in culpã uenire nõ possunt, ut & artis humanitas & perseuerans medici peritia possit stare. Qui autũ uult nostram artẽ discere optime, is debet uniuscuiusque rei doctrinam & corporũ naturam, & singularium partium operationem cognoscere. Qui autem non ita doctus est, sed experientiam tantũ sine aliqua ratione exercuerit, & inhoneste artis professionem risui deditur, & sine doctrina rationabili egerit, alienum medicinã opus adhibere uidetur, quantũ ad ipsam artem spectat. Vbi enim ratione dñjudicat, necesse est eum ad incommoda pergere, qui sola experientia sui aliqua ratione utitur. Ratio enim breuiter ad utilitatem perducit, & tanquam cœcam imperitiã, id est experientiam ducit. Quemadmodũ etiam doctrinam percipimus, dicendum existimo.

Quæ in primis cognoscenda.

De quatuor anni temporibus.

CAPVT V.

Humorũ conceptacula.



D

Quatuor tempora hæc sunt quatuor elementa. Sicut corpus hominis in quatuor partes diuidimus, ita & anni circuli erit nobis quadripartita diuisio. Phlegma in capite, sanguis in pectore, cholera rubea in uentre, cholera nigra in uesica: hæc omnia crescunt suis temporibus. Sanguis crescit uerno tẽpore, hoc est primo Vere, cholera rubea in æstate, nigra autũ & phlegma in hyeme. Si omnia infra dicta tẽpore suo adhibueris, incolumis perseuerabis, nec medicis indigebis.

De uictus ratione quolibet anni tempore utili,
hyemisque inceptione & fine.

Scimus autem & quando & qui humores in hominibus crescunt, hyemis tempore ex die VIII. Idus Nouembris usque in VIII. Idus Februarij phlegma crescit, ex qua nascitur catarrus, destillatio uuæ, tussis plurima, punctio laterum. Oportet ergo uti calidis & plenioribus cibis, sinapi, appio, eruca, pipere, agrimonia plurima. Confert corporis exercitatio, meracum bibere, raroque lauare, caput sine intermissione purgare, ueneri denique non parcas.

Veris.

Ver incipit ab VIII. Idus Februarij usque in VIII. Idus Maij, hoc tempore crescit sanguis, & febres, & humores dulces. Oportet uti rebus frigidis, amaris, & siccis, & quæ uentrem soluant, minimũ ieiunare, assidue laborare, tepidum bibere oportet.

Æstatis.

Æstas incipit ab VIII. Idus Maij usque in VIII. Augusti, hoc tempore nutriuntur cholera rubea, quæ facit febres acutas, caupon, sinochus tertiaris. Utendũ ergo rebus frigidis, nimis dulcibus & suauibus, & bene olentibus, quæ facile digestionem admittant, frigidũ bibere & aquosum oportet, cum

A ret, cum uenere coitum non facere ex toto, quia & uirtus uiri minuitur, & stomachi dolor, ac debilitas & tremor totius accidit corporis, ieiunia minime exequaris.

Autumni.

Autumnus incipit ab VIII. Idus Augusti usque in VIII. Idus Nouembris, hoc tempore nutritur cholera melina, ex qua nascitur pituita stomachi, typicas facit febres & acutas, nigrum fel augetur, uenis crassitudo consequitur. Oportet uentrē purgare, & detrahere humores, & uti rebus relaxatorijs, sæpe uomitum prouocare, minime ieiunare, à uenere quoque & frigida abstinere. His omnibus suis temporibus utere, & per totum annū integrū salutem transibis sine auxilio medicorum.

De humoribus.

Nunc uideamus de unoquoque humore, ut in humano corpore fieri uel generari habeant, uel qui hominem reddant. Corpus enim rationabiliter ex quatuor constat humoribus, scilicet, sanguine, phlegmate, & utraque cholera, quæ dominantur in suis locis. Sanguinis uirtus est circa cor, cholera rubea dominatur in dextro latere in epate, quod iecur uocamus. Cholera uero nigra in sinistro latere est, scilicet in liene, quod græce *ωλίπ* appellatur. Phlegmatis autem alia pars in capite, alia in stomacho est. Sanguis calidus & humidus est & dulcis. Cholera rubea amara & uiridis & sicca est. Cholera nigra acida & sicca & frigida. Phlegma frigidum & humidum colore millinū. Hæc omnia in suis temporibus, ut denotatur superiorius crescunt, & dominantur siue per diem uel noctem. Sanguis dominatur ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam. Cholera rubea ab hora diei tertia usque in horam nonam diei. Cholera nigra ab hora diei nona usque in horam tertiam noctis. Phlegma ab hora noctis tertia usque ad horam noctis nonam.

Emunctoria humorum & ætates.

Hi etiā habent respirationes per singulas corporis partes. Sanguis per nares, Cholera rubea per aures, Cholera nigra per oculos, Phlegma per os & nares. Hi quatuor humores per quatuor dominantur ætates. Phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur usque in annum 14. Exinde cholera rubea dominatur cum parte sanguinis usque in 35. uel 4. dein à quadragesimo quarto uel trigesimo quinto anno maxima pars sanguinis dominatur cum cholera nigra usque ad suam ætatem. Tabes etiam faciunt in unoquoque homine, & mores. Sanguis facit pueros moderatos, blandos & formosos. Cholera rubea facit iracundos, acutos, ingeniosos, & leues, macilentos, & multum comedentes, citò digerentes & uentres solubiles. Phlegma facit corpora composita, uigilantes, & intra se cogitantes, canos citò producētes. Cholera nigra facit subdolos, auaros, & perfidos, tristes somniculosos, inuidiosos, & timidos: qui habent uirtutem calidam, dominantur in superiori parte: qui uero frigidam, in inferiori. Hi uero quatuor humores pulsus habent suos. Sanguis facit pulsus plenum & æqualem, & humidum, Cholera rubea citatum & tenuem, tardum & segnem. Cho-

Occasiones
ægritudinũ.

Clera nigra tenuiorem, asperum, percutientẽ. Phlegma facit pulsum minus plenum, humidum & æqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habent ætatibus. Si unus ex his minuitur aut decrefcit, longã facit ægritudinẽ. Simili modo si quis augmentare & excedere cœperit, ad longam ægritudinem perducit, si imperitum medicum habuerit, qui non intelligat ex quo humore fiat ægritudo. Scias autẽ Meccenas, quod si fuerit per culpam sanguinis ægritudo, succurrere debes frigidis cibus & acidis & siccis, quia sanguis calidus & humidus est & dulcis. Si ex cholera rubea est, da ei frigidum & humidum & dulce, quia cholera rubea, amara & ignea est. Si ex cholera nigra, da ei calidum & humidũ & dulce, quia cholera nigra est acris & frigida. Si ex phlegmate nata est ægritudo, da ei assidue dulce & siccũ & calidũ, quia phlegma frigidum & humidũ & salsum est. Et quũ hoc factum fuerit, perduces ad propriã sanitatẽ ægrotum. Si uero facilius commodis fruamur, & incõmoda uitemus, percurrentia uitia in signis naturalibus cognoscamus, cogita quod mortifera emendemus.

Caput hoc ace
phalon esse ap
paret.

Quibus uitijis caput obnoxium.

CAP. VI.

D



†scophas
†zilophas

Am quasi uertigo & tenebræ caput adtentant. Solent etiã illud uarij dolores attingere. Supercilia prægrauantur, aut tempora pulsibus micant, aut oculi mane lachrymis fluunt: aut caligo impedit uisum, aut sonant aures. Quando ergo aliquid tale sentit, caput purgare debet, sed leuiter, aliquo grauiore medicamine, origano uel delicet Indico, id est de India: & hysopo coma in mulsa cũ melle lentissimo debet infundi. Quũq; illa fecerit succũ, ex eo ad dimidiũ heminæ in uino oportet sereno & calido die ieiunum gargarizare & expuere. Qui hæc facere neglexerit, huiusmodi incõmodis subiacebit. Grauuatur auditus, & interiore auriũ parte humor erumpit. Fit creber motus & sonitus, inde lipitudines, & diuersa oculorũ uitia: inde ulcera & alopecia capitis, & fluenta capillorũ. Inde scrophulæ, quas Græci χροϊδάδες uocant. Inde suffocationes, inde uua stillat, qui morbus plurimos excitat: inde dentium dolor & cruciatus.

De pectoris dolore & curatione.

CAPVT VII.

†experrecti.



Iuero à pectore incõmodum surgit, solet his agnosci indicijis. Primũ capitis & pectoris sudor existit. Fit quasi crassior & plenior lingua: saliuã amara & salsa sentitur. Scapulæ & latera grauantur, oscitatur assidue, tremunt interdum brachia & manus. Interpellat etiam sicca tussis. Nocte sentitur, & experti à somno, mens tristis & nubila est post soporem. Algor pectus infestat. Contra hoc ergo tale remediũ succurrit. Si quis post cœnam plenus, cibum & potum maxime dulcem uomat, ut materiã simul phlegmatis & fellis amittat: sed sic, ut ante raphani radices minutas edat. Item nasturtiũ & sinapi folia terna atq; herbæ rutæ pariter trita sumenda accipiat. Deinde aquam tepidam super bibat, & sic prouocet uomitũ. Tunc ille humor noxius, qui uel amarus uel
salsus

A falsus sentitur, reiectus plurimū subleuat. Certe si non potest uomere. Ne stomachus lædatur ieiunet die tota, & si necesse fuerit & alia, usq; dum humores malos conficiat: quia assidue uomendo solet stomachus corrumpi. Qui autem ista cōtempserit, his morbis obnoxius erit, aut melancholicus erit, aut lateris dextrī doloribus uexabitur, aut grauedine somni opprimetur.

De uentre. CAP. VIII.

Hæc signa præmittit. Venter ipsius torquetur, & corruptione ciborum cum potu eijcit escam. Genua deficiūt. Corpus omne adgrauatur & dolet. † Cura torpescunt, & occulta febris grafsatur. His ergo significationibus sic oportet occurri, ut uenter ipse molliatur. Salubre est autem, si lappatij foliorū in aqua decoctorū succus bibatur, uel ipsa ut holus in cibo sæpe sumatur. Nā & mercurialis herba ad eum modū decocta si bibatur, plurimum iuuat. Similiter & cauliculas brassicæ in aqua coctas, addito melle & sale: & decoctionē eius usq; ad heminam unā, utilimū est bibere ieiuno, temperato cum uino. Qui hoc adhibere cessauerit, aut ciliacus fit, aut uentris resolutione lædatur. Inde dysenterici, inde sciatici, inde podagrici, inde coxæ dolor, inde morbus articularum, inde hæmoroides circa anum, quæ ex uentris uitio erumpunt.

† Crura.

De uitij uesticæ. CAP. IX.

Quum uero ex uestica imminet morbus, nec minus ipsa solet ipsdem nunciari indicijs, nam multa sentitur inflammatio, & frequenter uentris uentus emittitur ructatu, color pallet atq; grauuatur, urina fit sordida & liuida, & uix exiet. His cognitis talis erit medela: Fœniculi & appij radices in uino albo atque odorato madefacies, & ex eodem uino cyathos duos, tantundem aquæ calidæ misces, & ieiuno potui dabis. Quod si hoc non fecerit, obnoxius erit hydropisī.

Notæ lapidis in uestica.

Signa eorum qui lapidem in uestica habent. Natura eorū subtumida est, pruriginem patiūtur in ano, & mingere nō possunt: nascitur hac causa infantibus magis quàm iuuenibus, qui minores lapides mingunt.

Cura.

Sumito petroselini semen, appij semen, betonicæ radicē, saxifragæ, zinziberis, ellenij radicē, sifelenij, baccas lauri, urticæ maioris, semen asani, radicem spicæ, roris marini, costi hortulani radicem, cardonis radicem, agarum, marubium album, singulorum dragmam unam: mellis modici, tere omnia, dabisq; quando febricitat manè & sero in uino.

Meientes furfures.

Sunt præterea qui furfures mingunt, qui per urinam in calice natant, signa hæc si uideris, scias lapides maiores esse in uestica. Natura eorū si fuerit manibus fricata, intus redeunt lapilli, & confricatione in labijs uesticæ fit scabies, & emittunt illos per urinam, uel furfures.

Cura.

Dulcia comedant, & lac caprinum mox mulctum bibant, si nō feбриunt caneros fluuiatiles comedant.

Antidotum ad hæc: semen appij, cuminū melantiij, siselij æquo pondere cum lacte, manè, & mellis coclearia singula commisce omnia calida, da bis manè ieiuno coclearium unum, olera manducent, maluas, pastinacas, asparagos, & porros: cibi uero loco oua sorbilia, & succū hordei cum dulcore & pipere quotidie accipiant, balneisq; utantur.

Antidotum ad uesicæ proclulsionem exploratissimū. Sume saxifragiæ, spicæ, betonicæ, squināti, cinammi, carpobalsami, costi, absynthij, ciceris, succi liquiritiæ, acori, hyperici, reupontici, chameleontis, petroselini, daucci, yreos, oppopanaci, ana unciam unam, confice & utere. Item petroselini, saxifragiæ, appij simul bulliat, & sanabit. Item saxifragiæ, azari, gummi, betonicæ, piperis, ana unciam unam, mellis libram unam, uini quantū res postulat, quæ quidem in balneo bibant.

Curatio doloris uesicæ.

Ad uesicæ dolorem cura talis est, inunge oleum rutaceum per clystere frequēter ægroto in mare. Fœminæ uero matrix infundenda erit, & extrinsecus pectinem & inguinem ex oleo cyprino calido, & cum lana succida fasciabis. Aliquando admiscebis castoreum, si forte plus calidum fieri oportet. Item clystere ex decoctione fœnugræci aut radicem maluæ cum oleo mixto & calefacto: & si uesica stricta fuerit, subtili uomento relaxare & iterum adducere oportet.

Ad frangendum lapidem succus radicis ualet.

Vesicæ uero patienti calculum, adrianum si dederis cum apozimate, radicem alexandri & seminis ozimi, aut bruscinæ, aut plenipugilli cicerorū rubeorum, curabitur. Similiter potio Iustini, cum uino calido si dederis, facit. Filoanthos potio calculos frangit. Mus quoq; in uesica lapidē rumpit.

Ad petrā uesicæ, saxifragia, grana solis, petroselini, quinquefolij, asparagi, brucinæ, agrimonia, in uino coquantur, ad tertiam redeant, & postea cola, & adhibe paululum mellis, & garioffilorum unciam unam: da bibere manè tepidum quasi phialā unā. Sumito item stasifragiæ uel saxifragiæ, tapsiæ radicē, sparaginis radicem, petroselini, appij, piperis, singulorū unciam unam, grana solis, solidum unum, Alexandri solidum unum, leuistici solidum, mane quantum sufficit.

De his qui meiere nequeunt.

His qui mingere non possunt, oleastri radicem, ciminumq; & cepulas terito, & in oleo coquito, ac super pectinem ponito.

Item paritariam tere, & calefacta super pectinem fascia applicata mirifice confert. Pasce item hircum triennem, uel uetustiore[m] etiā, per nouem dies, aut per mensem ad summum, de aniso, & leuistico & de folijs hederæ ac lauri, uel apio & petroselino, & postea occide in die Iouis luna decurrente, & collige sanguinem eius, & sicca diligenter, ministraq; drachmam

unam

Amuleta cōtra
calculum in ue
sica.

A unam in balneo per triduum, puluerizatum subtilissime, uel si potes cum apozimate nardi & cinnamomi, & cicadarum siccarum puluere dato, mirabiliter prodest, & cum omni celeritate lapides frangit & expellit. Hircus uero de quo mihi iam dictum, pascatur circa cal. Augusti, uel post calendas uel etiam ante. Item apprehende leporem in die Iouis similiter luna decurrente, & occide ipsum, & eius sanguinem collige, & inuolue pellem eius in ipso sanguine, & in furnū mitte, uel in aliū quempiā locū ut cōburatur, & puluerem delicatissimum confice, & de eo cōmisce cum petroselini puluere, & anisi & leuistici, & utere in balneo cum uino per triduum & fiat uaporarium siccum cum uino & de molaribus lapidibus.

De abstinentia. CAP. X.

Quamuis senseris aliquod uitium corporis, statim abstineas à cibo & potu, quousq; senseris febrem posse superari, & si necessitas fuerit usque ad decimum diem, semper exiguum & paruum cibum sume, & sumas ouum forbile, & succum de simplicibus & digestibilibus, uinumq; album ac lene parçè non dilutum: & postquā senseris beneficium, postero die balneum ingredieris, & cibo firmo uel potu utaris, ut corroborares stomachum, quarum & obseruationum & refectionum rationem habendam præcipimus, ne quid omnino uitij corpori tuo accedat, sed perpetua sanitate stabilis sis totus.

De uomitu. CAP. XI.

Qui frequenter uomūt, semper sani esse solent. Non enim modicum adiutorium sibi natura inuenit. Scimus enim uomentes non solū choleram, sed & phlegma dolorificū mouendo eumere, unde capitis fit magna reuelatio, deinde molē cibi & potus cōuenit uomere, ut nō plenitudo nascatur, uel corruptela, postea escas dulces sumendas & calidas propter uenas & cōstrictionē uentris censeo.

De ratione corporis uel uiscerum. CAP. XII.

Ne ignorans quispiam medicus rationē organi uentris uel uiscerum, cōtraria adhibens homini, mortis terminum ponat, rationem ostendo. Neq; enim facile potest quibuslibet causis intera neorum occurrere, nisi loca & signa cognouerit, cuius organi ratio talis est. Pulmo utraq; partes pectoris superiores continet, cooperiens cortes capitibus fimbriarū suarum. Stomachus autem, qui os uentris appellatur, positus est inter utraq; partes hypochondriorum, id est in medio costarum mollium, utrarumq; partium. Ventriculus est positus sub stomacho inter lienem & iecur. Epar uero latus dextrum tenet, & ex obliquo extenditur ad partem uentris, & cooperit uentriculum, sub se quidem habet inhærentem uesicam fellis rufi, quod uentriculum cooperit, & cum hoc hepate calefacit. Splen uero positus est sub costis, mollis in parte sinistra. Et ideo nunc dicendæ sunt quatuor elementorum rationes, quemadmodum ex supradictis gignantur, uel ubi sedes habeant &

C quid quum exuberauerint, faciant, & quemadmodum inter se mutantur. Non solum in uirtute anmantium, uerumetiam & in homine, unde quadridide corporis elemēta, hoc est fel, sanguis, humor & phlegma uires acquirant, ex quibus principia omniū causarum gignuntur, quibus etiam loci sedes [†] habeant, uel quomodo immutantur. Cuius rei ratio talis est, Ventriculus est escarū omnium receptor, & totius corporis prærogator, in cuius capacitate cibus & potus mixtus conuenit, & uentriculus escas quibus pascitur ipse intercurrentibus uenis, hepaticis donat. Partem pinguiorem in phlegma & mysterio artis naturæ cerebello largitur, ex quo uentriculo pars quædam humoris supra scriptis neruis ac nodis aspergitur, ut possint sua quæque membra implere officia. Partem tanquā hepatis condonat, ut dixi, secūdo [†] calore quū cocta in sanguinē uertitur. Necessè est quod hepar aliter ac ualet ex quo cor & uenæ sanguine implentur, cum superna tamen quendam humorem, cuius humoris renibus paruus mancus cōceditur, ne abundans supradictus humor constrictus, renum nodos dissoluat. Pars tamen quæ residua fuerit & superflua, hepatis, uesicæ, ad aucto colore, quod fel appellatur, transit ex parte uersus [†] in cholera rufam, ex quibus coloribus operante calore & nigra cholera nasci permittit, fecisque [†] sordicia ex sanguine & hepate uenientis partem, melancholicum faciunt humorem, partē dimittit spleni. Sed quia sunt homines imperita mente & curiosi qui forsitan dicent: quamuis quotidianarius, seu tertianarius, siue quartanarius faciat liquores, faciat uim ipsam morborum ut quotidianarius, quotidiano frigore arcetur, uel tertianarius cur intermisso die, siue quartanarius biduo interposito maximè frigore maceratur. Hæc itaque supra dicta electionis adieci, stilo conscripsi, autoritate constructus, prudentiæ medicinæ doctorū. Nā non ambigo quenquam posse scire ex exuberatione phlegmatis quotidianarium siue melancholia, hoc est atra bile quartanariū confici. Cuius certa ratio est, & non penè flexæ uolubilitatis habens rationem & nō difficilem sapientiam. Cuius rei intellectus sic apparet, ut superior textus exprimit. Cotidianus cibus concoctus primo ex ipso phlegmate nascitur, & quia in decoquendo cibus non longi temporis spacium est. Ipsa quia causa cotidiani phlegmatis frigore cotidie uexantur. Ergo ut dixi ex cibus phlegma nascitur, & phlegmate operante secundo calore sanguis creatur. Ex quo sanguine, tertio [†] calore instante cholera rufa gignitur, & inde tertianarij, die interposito, frigore macerentur. Simili ratione ex cibus phlegma, & ex phlegmate sanguis, & ex sanguine fel rufum, ex quo quarto calore decoctum cholera melina nascitur, unde fit ut biduo interposito quartanarij uexentur, sed simili ratione. Si curiosius quispiam requisierit qua ratione omnis typicus, prius frigus patitur quàm febrem. Quæ febres calidæ sunt & res calidæ frigora facere non debent. Cuius rei talis reddenda est ratio, quia omnia suprascripta elementa non ex suis locis per corpora effunduntur, nisi cuius exabundauerit ultra naturam una quam res abundare, ut ipsa exuberationis causa calor efficitur. Quum de loco suo per corpus fuerit effusus

[†] habeatur

Ventriculus receptaculū uini.

[†] colore

Nolui candidissime lector his omnibus fidem meam interponere.

[†] in cholera rufa.

Homines mente imperita & curiosi.

[†] colore

fusus

A fusus & acrius corpus eius obripilans alget, & tam diu pauendo, timendo patitur quandiu increuerit calor ex commotione corporis, & omne quod fuerat effusum in caloribus consumitur, quod frigus recidere possit, & sic fit, ut post frigus calor dominetur, sicut superius dixi de eo cui quod perdit dies, per diem iterum acquiri ut sit aliud quod effundat. Similiter diem intermissum, uel biduo interpositum tertianarius uel quartanarius alimentum suum acquirat tarditate acquirendi, sicut superius demonstratum est: hæc ergo ratio diligenter est edicta, quantum arbitror, quæ res frigus facit ante calorem.

De quatuor elementis corporis, & eorundem uirtutibus.

CAPVT XIII.



Nunc me conuenit dicere quos morbos inferant superius memorata elementa corporis, id est phlegma, sanguis, humor & fel, quod non profusione sermonis, sed magistra comprehensione demonstro. Phlegma quod primo gignitur, frigidam & humidam habens uirtutem. Cotidianarios ut dixi facit, & interrupto quodam humore, facit pedum tumorem. Perpetuitatem corporis seruans sine ulla collectione: non ut apostematibus euenire solet, huius uero phlegmatis humor uicinum sibi epa & stomachum & pulmones facilius lædit, & lateris exicat dolorem, rheumatismo nato, & capitis scotosin infert, & podagrã, & schiã & dolores capitis comouet, & parotidas nasci permittit. Sanguis uero periculosior in finem calidiorem & humidiorẽ habens uirtutem. Hic facit sinochos phlegmati mixtos, solas uero amicas ingerit mortes, & uitæ *Spasmitres species.* ociosæ opisthonicos & tetanicos, & emprosthonicos, & apoplexias: paralytim itẽ & plethoricos facit. Cholera rufa calidã & siccã habet uirtutem & tertianarios, ut dixi, facit, & caufon, & sinochos, & acriores dolores lateris comouet: uel quũ torquet acrius quã quod phlegma facere nouit. Nam & acredine sua, exulcerãdo intestina, uel exurendo dysentericos efficit & erysipilas incendit, necnon & apostemata nasci permittit. Cholera nigra, quam *μελαγχολία* uocant, id est fecem sanguinis excocti, frigidam & siccam habet uirtutẽ, hæc facit ictericos, & quartanarios, & uentris periculosam duriciem & ulcera pascẽtia, & caneros, & ulcera iuncta cancris. Quæ quidem cholera nigra si per uomitum aut per uentrem fuerit effusa ex ipsa exulcerationis causa tota cum facilitate infert mortẽ: Melancholia autem, id est sanguis excoctus, morbum conciliat regium, uentrisq; periculosam duritiem. Phlegma uero choleribus rufis mixtum hemitritanos facit, quos tacito Galenus cotidianam & tertianam coniunctam dicit. Nam usq; adeo manifestum est ut tertiana ex choleribus rufis oriatur, & cotidiana ex phlegmate. Planetas autem appellam febres, quas non unus sed plurimi humores infestant, & ex ipsa ægritudine simili uarietate uexantur: sed omnẽs quas superius memorauerim febres, non nisi die cretico medicis conuenit nosse, idq; etiã clinicis, ne per ignorantiam non intelligendo contraria adhibeant, & periculum faciant mortis, seu homini uicto *μακροδόσημα*, id est longam ægritudinem conciliant.

De quatuor temporibus siue latitudinibus omnium causarum.

CAPVT XIII.

Latitudines
aegritudinū.

Cire quoque debet medicus, quatuor esse tempora omnium causarum, maximè febrium: nempe initium, augmentum, status, & declinatio. Quæ si non intellexerit medicus, grauius homines lædit. Scire debet item medicus, quid in initio, quid in augmento, quid in statu, quid in declinatione debeat ægrotanti adhibere, id est in quo tempore curet, in quo cibum uel potum ministret, & in quo ab hisdem abstineat, & quando dormire æger debeat, uel in quo tempore uigilare sciat, et in quali cubiculo iaceat.

De trino uirtutum numero.

CAP. XIII.



Trina itaque ratione continetur homo, atque diuiditur. Virtus namque animæ quæ regit totum corpus dicitur ζωτική, ψυχική, & ψυχική. Zoticæ est uirtus uitalis, quæ facit uitam membris uel corpori toto, in corde consistens. Treptice est uirtus quæ partem tribuit membris corporis. Psychice sedem in capite, id est in cerebro habet, quæ sensum facit, motumque præbet & intellectum nutrit.

De quinque sensuum claritate.

CAP. XV.



Nam quatuor sensus in capite sunt, quum tamen & ipse quintus inde sit, puta uisus, auditus, odoratus, sapor & tactus. Qui sensus quinque hoc modo probantur: Visus similitudinem, uel colorem omnium, uel cuiuslibet materiæ proprietatem demonstrat. Auditus sonos uel uoces cuiuslibet rei intellectui tradit. Odore intelliguntur ea quæ de odoratu sunt, puta bene olentia, graueolentia, stiptica, austera, pontica, putida. Sapore intelliguntur amara, dulcia, acra, salsa, ambusta, stiptica, lenia. Tactum intelligimus cuiusque rei molliciem uel durtiorem, uel ponderis uel leuitatis, uel aspritudinis æstimationem docet, quia nequicquam tangimus nisi scire potuerimus, & quid scimus nisi quod ante uideamus, uel audierimus, uel gustaremus? Sed nunc de ista tractasse satis est. Vnde magis ut cœpimus breuiter percurramus, quia multi medicorum hæc ignorat de symptomatibus: rursus redeamus per omnia ut inueniamus uniuscuiusque causæ originem. Hæc enim sola ratio poterit tribuere tibi, ut scias congruam uniuscuiusque causæ diligentiam uel curationem.

De conceptu & feminis coagulatione.

CAP. XVI.



Nam concipit mulier natura uolenter uiri semine, & mulieris sanguine, quamuis ipsum uirile semen sanguis sit, unde & maiores nostri hos uere cognatos consanguineos uocant. Vnde summus quoque autor Homerus sic ait: Hic nanque tuo semine, id est sanguine gloriosior esse: & scimus quosdam qui dicunt quod semen sanguineum sit, quum sanguis rufus est, & semen candidum. Certam rationem ostendo, quemadmodum mare colore cyaneo sit, dum est in eo tranquillitas

A quillitas. Si quod illi natura tribuit tempestat in saxis uel in scopulis col-
 lissum spumam candidam facit, & quemadmodum uinum coloratum, si in
 calicem coagitatū fuerit spumam efficit albam: Simili modo & sanguis ad
 hos suorū membrorū repercussus, spumam facit albam. Necessē est quū
 uiri semen, & mulieris sanguen superuenient aut declinant, unaq; conflu-
 ant, formantur in utero, sed temporibus corroborentur. Nam si quotiens
 cum mulieribus coitū facimus, mulieres ipsæ conciperent, greges nos in-
 fantum sequerentur, id quod Græci *πολυπαιδιστον* appellitant. Certo autē tem-
 pore mulier concipit, aut incipiente sanguine aut deficiente. Sed quidem
 ait: Ego cum muliere menstrua habente coitū feci, & non concepit in ute-
 ro, quia maior pars fuit sanguinis, & minor seminis. Deleta est illa minor
 pars seminis à maiore parte sanguinis. Infantem temporibus cōponi atq;
 collocari manifestū est, septimo numero, septem spacijs cōtineri, septimo
 mēse nasci. Septimo anno infanti dētes cadere, & bis septimo pubescere,
 & nucleantibus māmīs, semē generare, ter septimo barbam habere, septi-
 ma die in ægritudine periclitari. Quid aliud nisi septē stellās, sydera, astra
 omnia ministrare sic & infantem in utero materno formari atq; componi.
 Est autē numerus septies multiplicatus, in confirmatione partus.

Quī embrio singulis mensibus sese gerat & absoluat.

CAPVT XVII.

B




Ationem & perfectam hominis formam siue figurā hominis,
 infans in utero accipit, & quadragesimo die, hos ante numeros
 ut partus edatur, septies multiplicari oportet. Ita ergo quicun-
 que in utero materno figuram hominis accipit, in tricesimo die
 septimo in se nascitur, ergo septies duplices fiunt dies CCCX. qui faciunt
 menses septem. Si quis autem die quadragesimo figuram hominis accepe-
 rit, nono mense intrante decimo nascitur, hoc est septies quadragenī faciūt
 dies CCLXXXI. qui faciunt menses nouem, & dies decem. Ita ergo, ut di-
 ximus, septimo aut decimo mense qui nati fuerint uitales erunt: qui autem
 non impleuerunt numerum, legitimus partus non est. Manifestum est in-
 fantem in utero temporibus formari. † Intēdite prius iactus seminis nostri
 in utero materno, generat umbilicum, & facit risin, hoc est congregationē
 sanguinis. Secundus mensis expressionem corporis facit. Tertius mensis
 corpori tribuit animam. Quarto mense unguis accipit & capillos inducit
 & mutum facit infantem, ideoq; foeminæ naueant. Quinto mense induit
 foetus similitudinē seu patris siue matris, aut adulterum demonstrat. Sexto
 mense adducit confirmationem neruorū. Septimo mense medullas conso-
 lidat. Octauo mense ossa & neruos confirmat. Nonus mensis maturū mo-
 uet iufantem omnīū rerum beneficijs factum ad unguem decq; tenebris ad
 lucem producit. Infans autem sic continetur in utero, summa pars capitis
 clunibus † continuatur: genua autem oculis sunt apposita, unde & concaui
 exeunt, unde & genæ dicuntur. Denique aliqui aut dolore aut pro iniuria

† forte, Intran-
 te prius.

† continetur.

C ad genua se prosternunt, & statim lachrymæ ex oculis mouentur. Quare *Quare uagiat infans recenter æditus.* infans dum tangit terram uocem dat: eo quod in suetam tangit terrã, & tenuis spiritus à luce concutitur. Ergo mulieres quæ in nauibus pariunt, mutum pariunt. Cur ergo infans non loquitur, sed uagit aut balbescit? Certa ratio est, quia dentes nō habent: dentes enim nostri adiutores sunt linguæ organum genus sunt, quorum modulatrix est lingua. Infans enim quandiu dentes non habet uagit, aut ubi duos uel quatuor dentes habuerit, balbescit, uel mussitat: at ubi impleuerit os, loquitur. Dentes autem nostri dati sunt ad præcidendum uel frangendum omne quod edimus, quorum priorum sunt gemini. Sequentes dicuntur canini: tertio militares, quos nos molares dicimus. Dentes uero nostros quid esse putamus? omnia ossa medullam habent, dentes autem medullam non habent. *Omnia ossa medullam habent præter dentes.* Omnia ossa confirmantur & curantur. & ad locum suum reuocantur: dentes autem sublatis, ad locum suum reuocari non possunt. Sed dentes nostros qui uiciat humor nequissimus est, quia caput descendit uiscus. Humor ergo capitis quū semel in cutem diffuderit, in ea facit phlegmones, & heresyphilas, alopitias, parotidas, chiradas, uulnera, dolores, ulcera, uertigines oculorum, & aurium feruorem & lippitudinem, naribus polypum, gingiuarum inflammationem, dolorem dentiū & denudationem, ita ut aliquid calidū & frigidum in ore continere non possit: ita si quis aliquid gustauerit, statim morsus cum sanguine sequitur: quorum passionum curas & diligentiam singulorum in sequenti sigillatim exponam.

Quæ signa in laborantibus letalia. CAP. XVIII.

D *Prognostica.*  has ualetudines nullū adhibeāt medici remediū, nullū quærant autorem medicinæ, quum hæc signa uiderit. Capitis dolor si fuerit, & tumor in facie subito nascitur sine ullo dolore, & si sinistra manu & in pectore superscriptus fuerit tumor, & si nares sibi assidue scalpet, uicesimo tertio die morietur. Phrenetico si ambo genua rosea facta fuerint solida cum inflammatione, ipsa die morietur. Oris uitia si fuerint nata, & buccæ in labore fuerint, & in collo uenæ sint extensæ, & papulæ fuerint super ipsas uenas perrubeas, uel albæ natae fuerint, uel somnus tardus fuerit, & lauacrum desiderauerit, uel uaporem calidū, quinquagesimo secundo die morietur. Affectio hæc infestat illos qui satis calide amant lauare. Vix cui uitia fuerit, si sub lingua papula apparuerit instar pediculi porcini, & lauacrum siue uaporem desiderauerit, in ipsa passione morietur. Febrientibus acute si inter duos digitos in manu tumor niger in modum horbilæ uisus fuerit, & si dolor erit ab initio ægritudinis & lauacrū affectauerit, tertio die discedet. Stomachus cui doluerit, & acute februerit, si in dextro pede pustula ei nascatur acerrima, & nullum desiderium habuerit, uicesimo secundo die morietur. Peripneumoniaco si unguis de pollice manus nigrescūt, & in fronte papula sanguinea nata fuerit & sternutatur frequenter, septimo die morietur. Epar cui doluerit, si in collo eius natae papulæ fuerint quatuor iunctæ unius coloris, & pollice pedis

A dis pruritus fuerit, & urina ueluti sanguinea exierit, intra septem dies morietur. Choleribus quis laborans si iuxta umbilicum ei natae fuerint tres papulae in modum ciceris, una alba, alia rubea, tertia subliuida, eadem die morietur. Ventrif dolore si quis fuerit tortus, & in supercilium eius papula in modum auellanæ colore atro infra cilio, intra quatuor dies morietur. Splenetico si furunculi multi in sinistra manu nati fuerint, & per nares sanguis quasi spumofus fluxerit, duodecimo die morietur. Schiæ coxendicis uel dolor si fuerit alicui, si in sinistra parte rubor spissus sit, & sine labore, & olera cocta desiderauerit, uicesimo quinto die morietur. Dysentericus, si post aurem sinistram papula in modum orobi nata fuerit, cum siti ad modum frequente, uicesimo die morietur. Sanguis ex quacunque causa ex creatibus si maculae ei natae fuerint, sicut solet per omne corpus instar Aegyptiæ fabæ, eadem die morietur. Interaneis causis qui laborant, si papula dura in aurem ei nata fuerit albo colore, & uenter abundans fuerit uicesimo die morietur. Intestinum cadens si cuius doluerit, quod medici radicem dicunt, & dexter cubitus ei liuidus fuerit, & uinum satis desiderauerit, quinto die morietur. Vesicæ dolor cui fuerit, si sub axilla sinistra papula seu pustula nascitur, & quasi uideatur grauius dormire, decimo quinto die morietur. Dysuria, hoc est urinae difficultas cum infestari, si in sinistra aurem furunculi in modum lenticulae quamplures nati fuerint, & in ipsa ægritudine oculos sibi fortiter fricauerit, undecimo die morietur. Sanguinem reiicientibus si in gutture eorum ordio laniati fuerint, uel de ore eius saliuæ per mentum descendit, uicesima die morientur. Haemorrhoidas habentes, si in plantis eius pustulae multae nigro colore suffusae suboriantur, uicesimo octauo die morientur. Pustulas habentes & uulnera, aut fistulas, aut canceromata, uel quaelibet apostemata, si supra ceruicem, aut supra umbilicum, aut iuxta cor, uel iuxta mamillam papulae in modum lenticulae multae eis natae fuerint, & dulcem cibum desiderauerint, quadragesimo die morietur.

Quam nam singuli menses dietam utiliter exigant.

CAPVT XIX.

Martius.



Ense Martio dulcibus utendum est, dulcia oportet tum bibere, acriores cibos comedere, assiduum balneum uisitare, sanguinem non minuere, solutionem uentris nullam admittere, nam ipsa frigora attenuat.

Aprilis.

Mense Aprili sanguinem expedit minuere, potionem solutionis accipere, carnes recentes comedere, a radicibus abstinere, calidum usurpare, balnea calida usitare, dolorem stomachi purgare, unguento catastico usitare.

Maius.

Mense Maio calido conuenit usitare, caput purgare, uenam hepaticam incidere, potionem solutionis accipere, balneis calidis usitare, cataplasma

C in capite ponere, turbulentos oculos sanare, holeribus frigidis nō uti, acrum comedere, & lactucas non tangere.

Iunius.

Mense Iunij singulis diebus mane aquam frigidam bibat, uinum quantum uolueris, neque ceruisiam neq; medum bibeat, lactucis quis usitetur.

Iulius.

Mense Iulij uenere abstinere oportet, neque sanguinem minuere, saluia & ruta usitari, potionem ad soluendum non accipere.

Augustus.

Mense Augusto maluis & caulis abstine, acria comedito, ceruisiam & medum recens noli bibere.

September.

Mense Septembri omnia quæcūq; accident edito, quia tunc omnis esca cū tēpore suo confecta est, bucellas item in lacte infusas ieiunus comedito.

October.

Mense Octobri racemis uti cōfert, mustum bibere, quia & corpori prodest & solutionem efficit: porris item plurimis utendum est.

November.

Mense Nouembri cinamomum bibere est utile, & balneis nullis lauare caputq; nullū comedere, quia tunc sanguis coagulatus est, & de calore humorem mouens: uenam deniq; hepaticā incidere, & genibus uentosas imponere.

December.

Mense Decembri bonum est studium impendere, uenam capitalem incidere, uentosas imponere, quia in eo tempore omnes humores præparantur: caules noli manducare.

Ianuarius.

Mense Ianuario tres gluppos de uino ieiunus cotidie bibe, alijs uero portionibus quæ uentrem laxant non utere.

Februarius.

Mense Febuario de pollice manus sanguinem minue, purgatorijs utere, sic tamē ut ante accipias ad deponendum diagridium confectum & statim calidum intres balneum, & quando omnia membra desudata fuerint cum aqua calida & uina bibito.

Quonam pacto in singulos menses potiones præparari conueniat.

CAPVT XX.



Xponimus atque ordinamus qualis per unumquenq; mensem, & tempus, potio de herbis sit optima homini & salutifera ad bibendum, quæq; totum corpus saluum reddit. Caput deniq; & pectus & omnia interiora illæsa custodit, per omne etiam tempus superfluum opprimit & detergit humorē. Cuius compositio hoc modo conficitur. Mense Martio mitis saluiæ unciā unam, piperis dragmas treis, cinnami unciā unam, gariofilorum dragmas duas & semissem, piperi dragmas treis, zinziberis dragmas duas, spicæ unciā unam, mellis mos

A despumati phialas treis, uini fortissimi phialas triginta: confice ut mos est, ut præclara & suauis potio sit ad bibendum, & singulis diebus ieiunus bibere uel ante cibū uel post cibū, & multa salus operatur in corpore huius, si in toto mense Martij hæc sedulo peragere non negligis. Cæterū in mense Aprili in hanc potionem absinthium quoq; & omnia quæ supra memorauimus, immisce. In mense Maij leuisticum & omnia ut supra. In mense Iunij betonicam & cætera ut supra. In mense Iulij gamandream cum omnibus quæ mox memorata habentur. In mense Augusti plantaginis radicē & cætera prædicta. In mense Septembris agrimoniam misce, & reliqua quæ diximus cuncta. In mense Octobris quinquefoliū &c. In mense Nouembris millefolium &c. In mense Decembri poma de spino albo &c. In mense Ianuarij saluiam & pulegiū & omnia præfata. In mense Februario lauri baccas & costum, omniaq; cætera ut supra.

Quæ, quæq; & quando uenæ incidendæ. CAP. XXI.



Noccipitio propter querelas capitis incidimus usque ad [†]tos, mēsurā quatuor digitorū ab aure. De [†]analogia in ambobus tēporibus, propter effusionem nullam. De sublingua duas, propter rheuma gingiuarum, uel uitia oris, uel dentium. De media fronte unam incidimus, propter capitis dolorem & alienationem, phrenesimq;. De naribus item propter grauitatē capitis. De collo duas, propter abundantia humorū in capite uel in oculis, aut gingiuis. De manibus unā **B** secus digitum minimum, propter inflammationē splenis. Super pollicem uenam incidimus propter inflammationem pulmonis & tussim rheumatizantes. De subtalo pedis duas, propter podagram, & propter affectionē nephreticam, uel propter sciaticam, uel mulieri cuius menstrua nō ueniūt, aut non cōcipiunt. De subdigito pollicis pedum duas propter indignationem testiculorū. De brachio tres, cephalicam nempe, meson & hepaticā.

[†]ossium
[†]angiologia

De quatuor bilium generibus. CAP. XXII.



Holeræ sunt quatuor in homine: fulua, rubea, nigra, pleumatica. Vulua ascendit tempore Veris per stomachū. Rubea ascendit tempore æstatis, & iacet in sinistro latere. Nigra ascendit hyemis tempore per sinistrum latus. Pleumatica ascendit tempore autumnī, & in plemonem in homine. Cholera uulua dulcis curatur appio & sceniculo. Cholera rubea betonica, agrimonia, centaurea minore emendatur. Cholera nigra costum, gingiber & alia cum melle & calido uino, cū herbis hortulanis, aromaticis, & cataplasma in latere sinistro ad stomachum efflagitat.

Cholera
idea.

De alia mensium obseruatione, phlebotomiaq; utili & necessaria. CAP. XXIII.



Primū est per singulos menses studiosè obseruare quæ multi autores scripserūt. Mense Aprilis uena quæ mediana dicitur, de brachio incidenda est, propter thoracem atq; pulmonem. Mense Septembri uena lateris ob pleuresim & hepatis infirmi

c

C tatem. Mense Nouembri bonū est gersas & cucurbitulas, quas uulgo uentofas appellitant, imponere; quoniam tum omnes humores parati sunt. Mense Decembri uenam cephalicam incide propter uitia capitis, & oculorum infusionē. Mense Februario uenā de pollice; quia tum febricitat terra, & omnia quæ in ea sunt. Reliquis uero mensibus non est tempus & oportunitas phlebotomiæ, nisi forte uehemēs urgeat necessitas. Nam si necessitas fuerit, neq; diem, neq; tempus, neque horam incisionis expedit expectare, nisi à x v. cal. Augusti usq; in III Nonas Septembris. Istis namque diebus sanguinem diminuere officit. Oportet autem phlebotomoriū incisio semper cum cautela fieri, perinde atque Hippocrates quoq; docuit. Ait enim: Si medicus esse uolueris semper time, & non inculpabere. Porro in phlebotomia considerare oportet ut aliquibus in pondus II & semis aut multum III, aliquibus secundum ætatem, secundum uires, secundum mutationem coloris sanguinis fiat. Quod si à principio exierit niger, usque ad rufum sanguis effluat. Quod si spissum fuerit & crassum, usque ad tenuitatem aquosam, neq; tamen usque ad λεπθυμία. Quod si in emissionem sanguinis quis infrigidatur, uel cholera in cerebrū ascendere significat, uel phlegma nimium conclusum esse in stomacho, nō habens exitum. Quod si sanguis proprius tollatur, nocet; si alienus tollatur, adiuuat; & si λεπθυμία contingat, talem diligentiam adhibe: Hyeme plantas ac facies in calida fouebis, æstate in frigida. Naribus etiam apponendi sunt odores, pulegiū aut menta, uel balsamita, per fusoq; latere aceto. φλεβοτομία mentem syncerat, memoriam præbet, uescicam purgat, cerebrum t̄exiccat, medullam calefacit, auditum aperit, lachrymas stringit, fastidium discutit, stomacho proficit, digestionem inuitat, leuiorem uocem producit, sensum coercescit uenire, somnū fugat, anxietatem tollit, proprium sanguinem nutrit, & extraneum eijcit: longiorem quoque uitam ministrat; omnes mali succi collectiones, pestiferas ualetudines, & ζῦμα profligat, deponit. dolores, febris sagittas, & uarios morbos prohibet; uenerem excitat, caligines tollit &c. φλεβοτομία oportet his qui in acutis morbis t̄mamigandū laborāt, propter capitis læsionem, & oculorum infusionem. Quia quemadmodū nec cœlum semper potest esse serenum, nec mare tranquillum; Sic & corpora nostra integra semper prosperitate frui non possunt.

Qui in deliquit
iacēs reficiatur

D

T̄exiccat

† Quid uocis
sit conijce.

De mensuris & ponderibus. CAPVT XXIII.



ΜΕΤΡΟΝ id est mensura. Cadus, siue ut Romani uocant, urna, amphoram habet unam, semiamphoras duas. Amphora uero quā metreten pleriq; dicunt, continet modios treis. Modius habet congios duos. Congius habet senos sextarios xestas ue. Sextarius capit cotulas binas. Cotula heminam unam habet, & acetabula duo. Hemina habet tripolion II. Tripolion unam heminā mediam, hoc est tulcis II. Tulcis capit librā unam. Libra habet uncias duodecim. Vncia dragmas octo. Dragma scrupulos tres. Scrupulus diuiditur in obulos duos.

Obulus


A Obulus in filiquas tres. Siliqua habet grana ordei quatuor. † Mistron hoc † Mitron. est cochleare. Cochleariū habet auellanā unā. Auellana drachmas duas. Drachma filiquas septem. Solidus habet scrupulos quatuor. Cyathus cuthus'ue lysterā habet quatuor. Nux maior habet dragmas quatuor. Faba Aegyptiaca continet scrupulos duos. Faba Latina habet scrupulum dimidiatū. Faba Græca scrupulus unus. Scrupulus medius, grana ciceris duo.

SORANI EPHESII ISAGOGES IN
ARTEM MEDENDI
FINIS.



D. ORIBASII SARDIA.

NI DE VICTVS RATIONE, IN QVOLIBET
ANNI TEMPORE UTILI.

B  **P** T I M V M etiā fuerit per singula anni tempora, uictus rationē obseruare. Hyemis quidem tempore laborare & pleniore cibo uti oportet, & maxime quando aëris qualitas sub Aquilonis imperio consistit; Notho autem flante labor similis sit, sed minor cibus & potus, & totū corpus in humido tempore siccū reddere debet; Similiter quem admodum & in frigido aëre calidius reddere per laborem. Abundanter autem edant carnes & holera quæ sint acriora, & uino meratiore utantur. Intrante uero primo Vere, aut per uomitū, aut per uentrē euacuentur. Sed & alij secta uena sanguinē mittāt secundū consuetudinē cuiusq; , uel animi uoluntatē. Etenim perscrutanda sunt multorū sapientū dicta medicorū de flebothomi ratione, ut quod unicuiq; secundū naturam expedit cū ratione fiat. Die autem in primo Vere, & labor & cibus subducendus est. Potiones autem sunt addendæ, propterea quod calidius tempus ab hyemis tempore. Per æstatem autem quiescere à laboribus expedit, & cibos minuere, & his maxime frigidis uti, & potiones abundantius assumere, & omnia adhibere quæ infrigidare & humectare possunt. In autumno autem quia omnino inæqualis & inordinatus est, & quia diuersas infert passiones, multa in eo debet esse obseruantia, ne aliqua indigestio fiat in corpore, ne qui in matutinis horis frigidus est, & in meridie ignitus lædat. Poma uero non ad saturitatem edantur, quia *κακοχυμίας* & uentositatem generant. Et nisi ante alios cibos accipiantur & corrumpunt cibos, frigidiore autem fa

Aër cauendus

Ccto aëre, cum ratione calefaciendum est corpus. Appropinquante autem hyeme, bene utiq; se habet. Et post æquinoctium uomere oportet aut euacuare, ne aliquid ex prædictis superfluum sit retentum, quod in hyeme fieri possit noxium. Sic enim & per hæc sanus poterit transigere annos.

DE VIRTUTE VINI.



Portet autem cognoscere curiosius de sanitate humana, & de uini uirtute, & ueneris actibus, similiter & qualiter expedi-
ant, docere. Vinum igitur recalescere facit, qui in nobis est, calorem naturalem, per quem digestiones in nobis fiunt: & sanguis bonus quo nutrimur ministrat ubiq; utiliter. Propter quod per ægritudines extenuatos, pinguiore reddi: facit enim & apertio-
rem acceptorum ciborum, & phlegma extenuat. Cholera autem per urinas expurgat, & animam suauem reddit, mentem & sensum alacriores facit, & uirtutem præstat, si mensurate bibatur: quod si absq; mensura præsumatur uinū ut inebrientur, ita ut alienentur, & stomacho grauentur, læduntur mox: fugere ergo oportet præter mensurā uini potionem, quia nimis ministratū nō iam resuscitat calorem, sed extinguit ipsum calorem: Vinum etiam animi uigorem subducit. Per tempora enim multa leuiter oportet bibere, propter urinarum curationis abundantiam, & ut sudoris motionem faciat, utilissimum est eis uomere mulsā accepta, ut neque modica ab eo læsio fiat in conuiuio bibentibus, & non cibo fatientur. Bibens autem intermixtam brassicam coctam manducet, & amygdalas: Per hæc enim ebrietas eleuatur. Sed & uomentibus nullo modo est nociuum. Optimū est absynthiū accipere ante uini potionem: utilissimū enim est quod digerit crapulam. Si autem mordicationē patiuntur de uino, aquam frigidam sorbeant, & postera die absynthium bibant, & deambulent & fricentur, & balneo utantur, & minore cibo utantur, & inuncti recuperabuntur.

DE VENERIIS ACTIBVS.



Venus nociua est pectori & pulmonibus & capiti & neruis. Mutat cognitionē ad mansuetudinē, ut etiam melancholiam amantis & maniam inducat, eroton & animositatem minuunt utique meretrices. Qui autem utuntur uenere, cauere oportet nimiam repletionem cibi, & magis uini, & inanitatem post uomitum factā, & post uentris purgationem factam, & quibus uoluntarie solutus est uenter. Caueant autem & in digestionem post laborem factam, & si qua accedit ægritudo, aut certe suspecta est ut accedat. Cæterum in autumno Veneri cōmisceri oportet, & non in alijs temporibus, in quibus pestilentia dominatur. Tempus autem utilissimum cōmixtioni est post cibum, ante somnum. Post somnū enim mox componitur corpus, id est ciborum operatio in sanguine. Hoc etiam tempus & ad generandū est utile, propter quod mulier mox addormiscens continet semen. Ex uenero igitur actu rarius & frigidius & siccius & imbecillius fit corpus: Quæ cōspissant & calefaciūt & humectant & cor

A & corroborant, oportet his operibus sociari. Aliqui aut̄ semen multum ca-
 lidum congregantes, si urgentur ad uenerios actus, & emanantes nimi-
 um, ipsum corpus imbecille habent, & stomacho resolutū, & extenuan-
 tur & desiccantur, & cauos faciunt oculos. Abstinentes igitur à uenere,
 capite grauantur, & indelectabiles fiunt. Post hæc iterum per somnum se-
 men proſciunt. Oportet igitur quibus nimium semē abundat, nihil aliud
 adhibere, quàm ea quæ corrumpunt hoc, nempe cibū & medicamentū, hi
 & post balneum ungantur oleo roseo, & milino, & omphacino, melius est
 si impinguetur oleo, ut non decurrat. Addere etiam & succum aliquem fri-
 gidum oportet: fit autem celerius, si in mortario refundatur, & sic addatur
 succus, & cum manu misceantur diutissime. Est autem frigidus succus de
 herba semperuiua factus, aut de uua canina, aut cotilidonibus et psillio. In
 æstate uero aut lactucæ succus, aut lini semen. & in alijs temporibus alijs
 alijs utantur. Nam hæc cocta in aqua & frigidata faciunt succum. Lamina
 autem plumbi lumbis superposita, prohibet somniatibus semen,
 & herbæ subtus strata, quæ frigidæ sunt, sicut ruta, & sum-
 mitates teneræ frondium agni arboris, & mollia folia
 eius strata. Sed & semētis agni & rutæ come
 ista profunt. Custodire uero oportet ne
 quis nimiū lumbos infrigidet,
 ne his nimis infrigidatis
 lædantur renes.

ORIBASII SARDIANI DE
 VICTVS RATIONE,
 FINIS.

VINCENTIVS PIMPINELLVS
in laudem Plinij.

Per quosdam poteris faciles cognoscere Musas:
Per quosdam coeli sydera nosse potes.
Atq; aliquis numeros docet, & perquirere quantum
Distet ab alterutro cardine uterq; polus.
Quisq; suam scripsit qua polluit arte: sed unus
Plinius arguto pectore cuncta dedit.
Tamen bene qui medicas collegit sedulus artes,
Phœbigena ut fieri qui uelit esse queat.

PETRVS CVRSIVS CARPINETANVS
in laudem eiusdem.

Mille dedit morbos homini natura sub uno
Corpore, mille datos hæc monumenta leuant.
Indignata igitur Caium natura mederi
Tot potuisse malis, dixit, & ingemuit.
Crimina mille hominum, totidem meruere dolores,
Mille hominum hic sanat uulnera, mille mala.
Crimina si pariter tollat, sine crimine fas hunc
Dicere, & arte homines uincere, & arte deos.

AD LECTOREM.

Admonitum te uolo candide lector, in hoc Plinij opere,
quicquid hisce ueribus — — inclusum offenderis, id non ha-
beri in uetustissimo manuscripto exemplari, quo usi sumus.
Nec certò adfirmare uolumus omnia illa esse Plinij, maxime
propter dictionis uarietatem. Quare liberū hac in re tibi iudi-
cium relinquere placuit potius, quàm temere quicquam defi-
nere. Cætera quæ ad nostram æditionem attinent, in præfatio-
ne operi huic præfixo fusiùs comperies. Vale.



C. PLINII SECVN

DI IN LIBROS DE RE MEDI-
CA, PRAEFATIO.



Requenter mihi in peregrinationibus accidit, ut aut propter meam, aut propter meorum infirmitatem, uarias fraudes medicorum experiscerer, quibusdam uilissima remedia ingentibus praecijs uendentibus, alias curare ne scientibus, cupiditatis causa suscipientibus. Quosdam uero comperi hoc genere grassari languores, qui possent paucis diebus, uel etiam horis repelli, ut in longum tempus protraherent, & aegros suos diu in reditu haberent, sauiioresque ipsis morbis existerent. Quapropter necessarium mihi uisum est, undique ualitudinis auxilia construere, & uelut breuiarium colligere, uti quocumque uenissem, possem huiusmodi insidias uitare, & hac fiducia ex hoc tempore iter ingredi, ut sciam si quis mihi languor inciderit, non facturos illos ad me aditum, nec capturos occasionem. Ante omnia autem tuto in promptu habenda, quae subito desiderata difficilima uidentur, sicut oleum uetus, quod si ad manum non fuerit celerrime fieri potest, deferuefactum enim uel recentissimum, & odorem & uires uetustissimi praestat. Et si forte curatio exegerit aquam marinam, quae in mediterraneo solo aut loco non erit sollicitudini causa tolletur. Sextario salis & semis in quatuor sextarios aquae coniecto, temperatum mare representat. Sextario uero salis & semi: si plus adijciatur, exuperat sal aquam, nec liquari potest. Oximel faciemus, duobus cyathis mellis in aceti sextario reso-



Clutis. Talassomeli quemadmodum conficiantur dicemus, quum ad usum eius uenerimus. Polenta aliquando opus erit, quam sic parari oportet. Ordeum aqua perfusum una nocte siccatur, deinde in uiginti libras ordeum adijciuntur tres libræ lini feminis, & coriandri feminis libra una, salis acetabulum unum, tunc mane torretur, & in mola frangitur. In omnibus deinde curationibus meminerimus utilissimū esse mel, in quo apes mortuæ sunt, quo uti si contingit effectuosissimum erit, ad lanam succidandam. Aequè meminerimus optimum esse uti collyrio, iubebimus quoque in quibusdā remedijs uti cinere uel auium uel animalium aliarumque rerū. Ergo omnia huiusmodi generis debebunt cremari in olla noua addito operculo, circumlinitaque argilla. In omnibus gargarizationibus calidis utimur. Oportet & pondera medicinalia, atque mensuras nosci: Drachma tres scrupulos habet. In aliō codice de arte medica legi ita: Drachma est pondus denarij argentei, Obolus quoque denarij pars est sexta, Cyathus drachmę decē, Ace tabulū drachmę quindecim, Cochlear dimidia drachma, Mina drachmę centum, Sextarius uero medicinalis habet uncias decem, Hemina drachmas quinque. Hæc sunt ferè quæ in uniuersitate obseruanda sunt.

*Pondera me
dicinæ.*

Nunc singulis membris sua remedia applicabimus, procedente opusculo. Tertianis & quartanis & huiusmodi malis quemadmodum occurratur, sicut in notitiam nostrā uenit, tractabimus.

Orsi à capite eiusque malis.

C. PLINII SECVNDI

DE RE MEDICA LIBER PRIMVS.

13

Capitis ægritudines & medela. Cap. I.



A P I T I S dolor leuatur, si de porri sectiui succo coclearia duo, & unum mellis permixtum infundatur, uel in nares uel in auriculas. Veteres dolores & uertigines, betæ nigræ succo, tēporibus inlinito, emendant. In dolore utilissimū est caput ungi succo intubi cū rosaceo, aut myrtino aut acetum fronti imponitur, aut ruta ex uino bibitur, & tritæ succus instillatur capiti cum aceto

† aut rosacea corona de pulegio, prodest imposi-

† aut rosaceo. Rosacea quoq; corona, & de pulegio.

B ta. Pollinem siliginis admixto oui albo, simul & quiddam salis albi cōspargi oportet, fronti; illini, & super fascia pedali alligetur. Anetū uti de horro sublatum est, decoquitur ex oleo, & succo eius dolor unguitur. Sepillū quoque decoctum in aceto inlinitur fronti & temporibus, & si difficilis somnus sit, amygdalino oleo caput perungi oportet. Tempora in dolore alio elixo inliniuntur. Nucleorū Persici farina, cum melle & aceto capiti inlinitur. Nuclei item amygdalini triti, fronti utiliter imponuntur, & etiam in febre. Baccæ quoq; lauri impari numero in oleo cōtritæ, capiti instillantur. Si à sole doleat, cupressi folia contrita, cum ploenta imponuntur. Hederæ folia mollissima quæq; trita cum aceto & rosaceo aduersum omnem dolorem fronti inliniuntur. Herba quæ in capite statuæ nascitur collecta, in alicuius uestis panno & lino rufo inligato confestim dolorem sedat. Parnacis radix in oleo conteri, & caput perungitur. Veretrum in rosaceo decoctum & cōtritum capiti instillatur. † Rucedano ex oleo & aceto trito hemicrania inungantur. Ossa de capite uulturis sub collo alligare prodest. Gallinaceus pullus inclusus abstinet nocte & die, sed & is qui languet, Deinde eiusdem gallinacei uel plumæ uel cristæ alligantur collo dolentis. Surculus etiam ex nido milui puluino subditur, nescienti ægro. Murenarū pelium cinis ex aceto fronti inlinitur. Cocleæ matutino se pascēti caput, arundine præciditur, & in linteo licio alligatur, colloq; suspenditur. Fracto capiti tela aranea imposita ex oleo & aceto, non recedit nisi sanet dolorem. Aqua pota quæ superfuit de bouis aut asini potione, remedeatur si ter potetur. Ceruini cornu cinis, inlinitus ex aceto & rosaceo prodest. ➤ Ad capitis dolorem. Mentam uiridem & laudanū cum aceto tritum fronti inducito, curat mirifice. Cui caput à dolore findi uidetur, facies succum ex folijs hederæ, & admisce oleum & acetum, unge nares & statim dolor sedabitur. Hederæ nigræ succū cum oleo rosaceo & uino mixto tempera, & fronti illini, sanat cito. Aduersus omnes dolores capitis, uel ne à sole doleat. Hederæ folia mollissima terra ex aceto oleo rosaceo fronti illini. Hirundinis nidi aqua diluti lutum fronti & temporibus illinitum dolorem ca-

Vide num legendum sit ueritatem. † pigano forte legendū, peucedano.

Hactenus è codice uetusto, at quæ proxime sequitur, è Romano exemplari petita, paritè ab hac dictione abhorreere uidentur.

d

Capitis sedat. Si ex frigore caput doluerit, herinum oleum aut laurinum cum myrrha calidum capiti illitum, & lana intincta supposita, mire sanat. Mali terræ radicem cōteris, & cōmiscet cum oleo rosaceo, & ex eo caput & tempora perunges, continuo dolor releuabitur. Mentastri folia in cibo sumpta & in aqua decocta & ea potui data, dolorem capitis sedare manifestū est. Os de capite uulturis erutum & ex uino potui datum, statim dolorem sedat. Ad dolorem capitis & insaniam. Quancūq; plurimæ causæ sunt, dolores capitis quæ faciunt. Nam si sol acerrimus caput percusserit, subito mens aufertur, & uelut infans efficitur homo, aliena loquēs, & nullū agnoscens: quod quum uideris, statim eum in obscuro loco collocari & compri mi facies. Vinum is uel puscam, nec ipse odoretur, nec qui ei ministrat, bibat. Post hæc facies excoqui anetum in aqua, & ex ipsa calida caput ei foue bis septies in die, & ter in nocte: lumen uero, nec diem uideat, nec ignem. At ubi cœpit resipiscere, offeres ei lumē lucernæ. Postea oleum rosaceum calidum impones ei in cerebrū cum lana, & ligas ei die ac nocte, sæpiusq; mutabis. Quum iam cœperit conualescere, tunc eum produces ad lumen, & dilutum uinum bibat, sed ante oximel in aqua calida accipiat, postea rosatum, & sic uiuum hoc modo quasi de morte suscitabis hominē. **R**es enim est saluberrima & experta. Confectio ungenti ad capitis dolorem, siue ad hemicraniam. Euforbij unciam unam teris in mortario, addis cæræ tres, olei optimi libram unam, facis cerotum lini igne solutum, & inde permiscet euforbium.

Hic planè alteratur & stilus & medendi ratio, unde à neoterico quopiã addita hæc suspicor. Priscis enim simplicia magis in usu fuerunt, nostris frequentius cōposita.

Ad Catarrhum uel abundantiam humorum capitis remedia, & quid sit Catharrus. Cap. I I.



D

Portet, diu permanente capitis dolore, præcipue sine febre, materiam detrahere per nares, uel per os, quæ res etiã auribus uel dentibus diutius dolentibus prodest. Brassicæ succus naribus infusus, caput purgat, doloremq; mitigat. Betænigræ radicis succum minus quàm dimidium coclear, & mellis coclear mixtum in nares infundis, ita ut palatum transeat, & pituita omnis decurrit, & quū uis cessata, oleum in os accipiat. Trifolium in aqua decoctū, & ea aqua potui data, pituita extrahet. Sinapis unciam unam, rapæ seminis unciam unam, piperis grana. xx. nasturtij seminis, erucæ, origani, & appij seminis tantundem ex aceto & melle colliges, & ex aqua calida per dies septem gargarizabis. Origani item uel hyssopi, & herbam conilã in mellitissimo multo triduo macerabis, deinde coqui facies, & sereno cœlo tepidum ieiunus per triduum gargarizabis. Sinapis coclearia duo excoque, & mulsi cyathum unum admisce, & calefacies, & in ore diutius continebis, tunc aperto ore pituita defluit. Maluæ semen & uino nigro contritū, gargarizas tepidum, & pituitam capitis extrahet. Mellis heminã unam, sæpe heminam unam, aceti acerrimi sextariū unum, sinapis unciam unam, hyssopi tonsi & cribrati unciã unam, origani tonsi & cribrati unciã unã, simul omnia coques,

A coques, ita ut pinguedinem aquatoris mellis accipiat, & colatum diligenter gargarizabis ad solem quandiu potes. Hysopi unciam unam, origani unam, chymi unam, stafisagriae unam, pulcij unam, sapae optimae sextarium unum, aceti heminam unam, omnia infusa, tertia die coques carbonibus lentis, donec unam partem decoquas, & duae remaneant. Hinc quartam partem contra solem hora tertia gargarizas, postea recentem teneas, sic humoris abundantia restringitur, & ieiunes usque ad horam nonam. Cretici hysopi fasciculum unum, & satureiae siccae fasciculum unum, mittes in ollam noquam, adde aquae fontanae sextarium unum, & passi cretici unum, decoquesque ad tertias, & calidum gargarizabis, ita ut purgato capite, os mellicrate tepido tertio colluas, ac postea ita facies de aqua fontana. Hysopi fasciculum & origani fasciculum in sapa optima per triduum macerabis, hoc colatum ut potionem bonam calidam contra solem triduo gargarizabis. Hoc si per singulos menses seruaueris, sanus eris non solum capite, sed etiam pectore & stomacho. Si caput phlegmate uel frigoribus plenum fuerit, aut catarhus obtinuerit, mittis in ollam rudem sapae sextarios duos, aceti sextarium unum, hysopi, origani, pulcij, fasciculos singulos, & coques ad tertias, & exinde per triduum caelo sereno tepidum gargarizabis, sed pridie radicem piretri contra solem mastices ieiunus usque ad horam diei sextam. Item stafisagriae grana trigintaquinque cum paucis granis mastice commasticabis, & aperto ore omne phlegma capitis proijcies. **B** Betae rubeae radix contusa linteolo tenere exprimitur, & succus naribus trahitur, mirifice purgat. Hederae succus aeris teritur flore, hic naribus infusus acerrime purgat. Sed quia ustulat oleo rosaceo infundis, & statim lenit. Item stafisagriae unciam unam, piretri unam, pulegij unam, origani duas, hysopi duas, aceti acris sextarios duos, sapae sextarium unum, haec omnia pridie infusa aceto & sapa, die alia decoquuntur, donec uirtus herbarum excoquatur postea colatur, & tantum mel adijcitur ut acetum temperetur. Alia pinguior, origani unciam unam, hysopi unam, stafisagriae unam. Thymi semiunciam, iris semiunciam, piretri semiunciam, pulegij unciam unam, fenugraeci uncias duas, caricas numero quinque, sapae sextarium unum, aceti sextarios duos, sinapis unciam unam. Cum pice uirginea pauca grana mastice tota die mastica, ut phlegma prouoces, altera die caelo sereno gargarizabis. Item gargarismus qui conficitur sic. Grana sinapis uncias duas mareas toto die in aceto dulcorato, stafisagriae acimos triginta, comarum hysopi uncias duas tolles, & omnia simul teres, addes mellis despumati uncias sex, & conteres cum aceto dulcorato sufficienter, exinde per triduum caelo sereno gargarizabis, uterisque uino modico aquato & dulcibus cibis. Res est saluberrima abstinere & a uino, & a clamore, balneis & uento & frigidis, ita tamen ut post paucos dies uentriget. Purgatorium capitatis ad omnes humores deponendos de toto corpore. Hysopi unciam unam, origani unam, sinapis uncias duas, stafisagriae unam, mastice unam careni sextarios tres, caricas pingues numero triginta. Aliud ad purgan-

Quum caput
phlegmate uel
frigoribus pleo-
num.

Gargarismi de
scriptio.

Purgatorij ca-
pitis.

† pingites

C dum caput. Radices betæ rubæ de granulis eius succus cochleariū unū, olei rosacei miscebis cochlear dimidiū, & substinens implebit os suū oleo aut lacte, deinde resupinabit in scamno contra solem, ita ut caput ei dependeat atq; ad se spiritum retrahat, donec iniecta res in nares cerebrū contingat, qui post paululum releuatus inclinato capite sedeat, ut illi humor decurrere ualeat. Aliud purgatorium capitis: Manum plenam hyfopi in aqua sextarijs tribus coques ad medietatem. Deinde mittes heminam mellis & aceti cyathum dimidium hyfopumq; auferes & gargarizabis contra solem cælo sereno. Si plus purgare uolueris, Sinapis puluerem cum oximelle cōmisces, & contra solem gargarizabis. Purgatoriū capitis tempore æstiuo. Defruti heminam, aceti cyathum, hyfopi comā. Hæc omnia pridie infundes, alio die in cacabo rudi feruere facies, & tepidū gargarizabis & postea de uino ueteri austero tepidum semel gargarizes, & os laues.

Quibus æstate
caput purgan-
dum.

Purgatorium
in hyeme.

Hyeme. Sinapis puluerē coclear unū, mellis coclear dimidiū mitte in calicē, & eundē misce calidū, post hæc cola & gargariza tepidū, postea aqua mulsa os laua, & gargariza semel, et ne rauescas oleo frequēter, post cura & gargariza. Nitrum rubicundū cum aceto acerrimo teres diligenter, & imple totā cutem capitis pridie fero, & ieiunus laua: si aut uespere, mane inducito, deinde infusas uel die tertia ptyšanas decoques, ut succus spissus fiat: quibus additis oua recentia numero sex uel nouem, & cōmixta simul tepefacies in calore balnei, & exinde caput laua. Ferutij unciam tunfam

D & cribratam, & in linteo subtili ligatam contra solem naribus admouebis. In sole fricari cutem balsamo uel pice liquida statim prodest. Itemq; piretro & costo. Item duabus æquis partibus piperis albi partem dimidiam, stafisagriæ drachmā unam, origani drachmas duas, nitri drachmā unam, tundes & cribabis, cōmisces & dabis in nares ei qui patitur, ut ad se ipsum ducat, & statim liberabitur: sed & in ore compresso mirabiliter humor detrahatur. Puluis ad rheuma capitis. Samsuci uncias sex, sinonij seminis sex, balaustrij duas, gallæ alexandrinæ quatuor, spicæ celticæ unam, gallæ curiauiæ duas, afronitri matronalis combusti libram unam. Hæc omnia tunde & cribra, & sic utere. Caput uero de aquæ rore decocto laua.

Puluis ad rheu-
ma capitis.

Puluis ad nos-
tāgōp.

Alius puluis ad catarrhum, gallæ alexandrinæ unciam unā, lini unam, rosæ siccæ unam, hæc omnia tundas & cribres, & sic mittas in caput. Cytini uncias duas, sycione duas, gallæ duas, croci unam, aloës unam, spagnum duas, rosæ siccæ sex, balaustri duas: hæc tunsa & cribrata uteris. Sapa Constantini, nitri rubei assi unciam unam, gallæ duas, costi tres, celticæ laudani, spicæ Indicæ, mirrhæ iris poliaris, myrti siccæ folij, croci acaciæ afronitri uncinarū corticū malogranati sicci uncias tres, cassiæ unam, sapa gallicæ libras quinq; & uncias duas. Omnium specierum puluis ex aqua lupinorum coctorū colligitur, de quo facies pillulas quas quum uti uolueris, in uino resolues. Balaustræ uncias duas, myrrhæ duas, sandaracæ unā, aloës tres, cytini tres, laudani tres, folij tres, costi tres, rosæ siccæ tres, spicæ nardi duas, sarcocollæ duas, sapa gallicæ libram unā, in uino stiptico sapa sola

ues

A ues: Deinde collige quæ sunt sicca, facit ad catarrhum & humores exiccandos. Confectio trocisci ad humorem capitis exiccandum. Styratæ uncias tres, laudani tres, bdellij tres, myrthi tres, folij tres, enulæ tres, acatiæ quatuor, cannæ aromaticæ duas, amomi duas, costi duas, gallæ de cerro duas, laudanum uero & myrrham & styratæ infundes in uino ueteri, & teres & admisce alijs speciebus, & factos trociscos siccabis in umbra & uteris. Et ita ut trociscum in puluerē redigas, & sic inter capillos spargas. Sapa Constantini Simonij uncias duas, rosæ unam, cypri unam & semis, balauſti unam, costi unā, cassiæ unam, libani duas, oppij unā, amomi unā, folij unam, spicæ unam & semis, myrrhæ unam, aloës unam, sandaracæ semunciā, agante Aegyptiæ duas, sapæ galliæ libram unam, aqua de lupino. Ad catarrhum das beneficium, myrrhæ drachmam unam, stircis drachmas quatuor, teris cum sapa, & facis catapocias ad magnitudinē erui & dabis in lecto secundo siue tertio, & quum acceperit, sorbeat de ipso carento temperato cochlearia quatuor. Est quidē Catarrhus humor fluens ad nares, ad fauces, ad pulmones, unde catarrhus dictus est à fluore. Græci enim hunc fluorem dicunt, à quibusdam alijs speciebus & nominibus catarrhus appellat. Ad nares factus Coriza, ad fauces Branchus, ad pulmones Ptyſis. Ex quibus deprehendimus ad nares factum catarrhum, & grauedinem ad os. Constrictione narium & frontis coniungi fluori humores tenues, aut crassos, aut uirides cum sternutationibus continuis & odoratis difficili sensu. Ad fauces ex pruritu quodam faucium cum titillatione uoce obscura, aut irata cum sensu præfocationis, & transuorādi difficultate cum tussicula. Ad pulmones cum grauedine thoracis cum tussicula uehementi, cum sputis spumosis aut pinguibus aut purulentis.

Cephalargiæ remedia. Cap. III.



A D cephalargiam, cerebellum uulturis cochlear dimidium ex uino bibat, quod si bibere nō patietur, ipsum tritum cum oleo uetustissimo & modico cedriæ cōmixtum exinde frontem unges & in nares mittes. Si quis autē cedriæ odorem nō sustinet, balsamum pro ea mittet. Est enim res saluberrima & experimentata. Item ad dolorem mamillarū quæ de cancro dolent, cuius signa hæc sunt: Si dolor de humero exit, facies linteolum latum digitis quatuor, ut ab humero usq; ad mamillam ubi dolet pertingat, & induces medicamentū quod conficitur sic: Amoniæ uncias tres, adipis anseris unam, therebentinæ quatuor, butyri decem, libani duas, olei ueteris decem, succi uelini seminis decem, addis & uitellos ouorum numero octo, ut quum necesse fuerit uteris. Quod si necesse fuerit, secure conficies medicamentum hoc quod secamentum non sentiat, strigni unciam unam, succi camiæ unam, succi mandragoræ unam, croci unam, policis unam, torpedinis sanguinis unam, turturis marinæ sanguinis unam, figatum perdicis cum felle aut certe de uulture totum insimul cum alijs speciebus facies inductorium, & uteris quousq; uelis ut non sentiat, & ita accedis ad curam.

Descriptio trocisci ad succum capitis.

Et hoc caput spurium esse uel cæco apparet.

De pthiriasis & porriginis curatione. Cap. IIII.

C
Hoc morbo
Herodes et Syl
la perierunt.



† Porriginis
† terra
† limides

Phthiriasi & porriginis, quæ plerumque in perniciem solent conuertere, sic succurrendum est. Perunguntur bulbis tritis ex uino, item sulphure ex uino, item per se ex cedro illiniuntur, allium cum aceto & nitro tritum infricatur, farina feniculi cum uino & nitro porriginem purgant, & furfures. Ex aceto idem præstat radix uera tri in oleo decocta, trita, suffusaque. Hyssopum ex oleo tritum, & instillatum capitis phthiriasi medetur & pruribus. Oua ex uino & oleo cypriano & cedro elixa, pruritus, scabiemque tollunt. † Pruriginis discutiuntur felle ouillo illito cum † creta cymolia, donec inarescat, † lentes & alia capitis tetra animalia quæ nocent, lotionem aquæ marinæ necantur. Item si illinatur samia terra cum nitro & oleo, nitrum alumini mixtum, capiti infricatum porriginem tollit. ► Ad furfures capitis. Aqua ubi betæ fuerint decocta cum aphronitro caput lauabis. Et sero quum dormitum uadis ex earum succo mixto rosaceo caput perunges. Ad porriginem & furfures. Semine nasturtij cum adipe anseris tritum & mixtum abluat, & furfures capitis efficit. Betæ uiridis succo caput quod porriginosum lotum frequenter in balneo celeriter emendatur. Maluæ agrestis, hoc est euisci manipulum in aqua marinæ sextarijs sex ad tertias decoques & uteris. Calchantum sulphur uiuum aphronitrum æquis ponderibus cum uino ueteri teris & uteris. Hellebori item albi uncias tres, sulphuris uiui duas, calchanti tres, compone & uteris. ◀

Ad ulcera in capite manantia. Cap. v.



† fota urina
tauri


† macerata
† ulcera

† vetus codex
hanc lectionem
habet: Prodest
et resinæ pitui
næ libra mixta
cum ceræ albo
libra, et in oleo
decocta, ita ut
in ocoopi modo
perungatur pi
stillo mixtam.

Ulcera in capite manantia tanquam proprius morbus præcipue infantibus nascuntur, sed et uiros & mulieres si coeperint grauer infestant, quæ † felle taurino efficacissime sanant. Vitulino felle cum aceto tepefacto illiniuntur. Seuum uituli cum sale utilissimum est. Testarum muricium purpurarum cinere ex melle illiniuntur. Allium cum sua ueste comburitur, cinisque eius ex oleo imponitur. Menta contrita & apposita siccatur. Oleum amygdalinum cum uino mixtum expurgat. Galbanum cum melle illinitur, & folia rubi in quo mora nascuntur contrita imponuntur. Mysum tritum cum uino in lana superponitur. Malua † terra tica in urina humana trita, ualde desiccatur. Omnia capitis † uulnera quum purgata sint iucundissime ad cicatrices perducuntur hoc ceroto. Spuma argenti tunisæ & cribrata libra una, cerusæ optimæ libra una teruntur, & ceræ albæ tantundem ex olei rosati libra una remittuntur, & refrigerantur. Deinde raditur & miscetur cum spuma & cerusa, adijciuntur ouorum quatuor lutea & cruda. † Resinæ pictumæ libræ sex, ceræ albæ uncia sex in oleo decoquuntur, ita ut pistillo misceantur & ocoopi modo perungantur. ► Ad tineas. Stercus porcinum combures super testam mundissimam, cui trito admisces acerrimum acetum, & facto medicamento lauas prius caput sustinentis ex uino, post hæc superlines, quo si usus fueris frequenter, capilli ei ut sanos nascuntur. Ad tineas capitis uel uulnera nubes raucidas ustulatas cum corucibus distemperas cum aceto, & imponis, similiterque stercus anseris. Ad

A Ad eos qui caput humidū habēt, picis drachmas xl. resinę siccæ drachmas xl. ceræ drachmas xl. striptiriæ humidæ drachmas uiginti, aceti cocile drachmam unam. Item confectio catarchici piperis denarios decem & octo, scamoneæ optimę candidæ coctę unciam unam & semis, amei denarios decem & octo, feniculi seminis denarios quindecim, appij seminis denarios octo, carei denarios nouem, epythymi denarios octo, agarici denarios nouem, dabis uero in potione denarios sex, teris species singulas & cribras & colligis in hemina mellis despumati, soluis autem potionē istam in calidæ aquæ coclearibus duobus, & addis coclear unum liquaminis & aliud aceti, & ita dabis. Reficiat qui accipit buccellam panis infusam in uino puro. Pessus Liuianus qua utebatur Liuiā regina faciens ad secundas & tumores & duritias & inflationes, & quibus de loco mouetur matricis, & ad omnes passiones matricis. Adipis anserini uncias quatuor, aneti seminis uncias quatuor, hyssopi & cerodiæ quatuor, gallaciæ quatuor, adipis leonini quatuor, ursini quatuor, strutionis quatuor, medullæ ceruinæ quatuor, butyri recentis quatuor, sagapemi quatuor, myrrhæ & stactis quatuor, folij quatuor, silini quatuor, coconidij quatuor, terebynthinæ quatuor, dymini quatuor, masticæ quatuor, olei amareceni quatuor. Adipem autem soluens igni lento ceram admisces & uteris. Pessus Liuianus.

De alopitia & eius curatione. Cap. VI.

B  Lopitiæ magnam foeditatem afferunt, & propter hanc seruorū precia diminuuntur: necessariū est eas quoq; emendare. Itaq; cinere pellium uiperarū sparso celerrime emendantur. Nasturtio cum sinapi trito & imposito emendat. Cydonia cocta extino & cum cera trita & illita capillos restituunt: roboris quoque pillulæ cum adipe ursino trite emendant. Glandes item faginæ cinis cum melle & oleo cedrino illinitur. Cinis unguarū mulæ uel muli ex oleo myrtino. Cinis item muricū sparsum. Cinis hermatij recens cum pice liquida. Gallinæ finus illitus replet. Sandarata ex aceto fluentes capillos contegit. Leporinus cinis cum oleo myrtino. Fel taurinū cum alumine Aegyptio tepesfactum illinitur. Adipem anserinum ex melle conteris, & ut supra monstrauit uteris. Epithyma diapsicon seminis feniculi uncias quatuor, olei ueteris libras quatuor, cerusæ duas, aquæ sextariū unum, ea omnia quū bene trita fuerint, præcipue litargitum sic mittis in aquā, & omnia simul permisces ut unum corpus perficiatur, & ita mittes in caccabum ubi oleum miseris & coques, admoto lento igni, & ita addes in caccabo ceræ albę libras duas, colophonię libras duas, therebynthine duas, coquasq; modice & bene permisces. Post hæc supermittis pinicellos debucellatos, quos conficis ita: buccellati optimi bene conditi tunsi & cribrati farinæ libras quatuor, cōmisces cum succo quem cōficis sic: euisci uncias sex, camomillæ siccæ uncias tres, melliloti uncias duas, fenogræci uncias sex, daptilorū purgatorū pond. ij. hæc omnia infundis in uino Siculo siue Adriano siue Sabiniense sextarios sex per dies tres, & ita coques quousq; remaneāt sextarij duo, hoc

† uulpinarū

† emēdat glares, faginæ etc.

† murium

† continet

C ergo apozima conspergi facies buccellari farina, & sic facies ut dixi punis cellos latos & subtiles, ac si nouissime cærodarium resoluis diligentissime, quumq̃ solutum fuerit refundes in mortario, & diligentissime teres, & sic facies mandalia, & repones: facit hoc epaticis, spleneticis, & ad duritiam stomachi, & ad febres & ad pectus contritum, & ad podagram quæ nō nimis calida fuerit. ◀

De capillis denigrandis. Cap. VII.

Potesse uideri superuacuum inter remedia corporis ponere ea quæ ad decorem pertinent: Sed quosdam pudet aut ipsos rufos esse, aut in tantum luxuriæ indulgent, ut deliciae eorū inter se dissentiant uolentium in pueris rufos capillos, in uiris recusantium: quemadmodum ergo denigrentur, demonstrabimus: ouū cotuinū in æneo uase oleo permiscetur, deinde raso capite in umbra illinitur. Habere autem debet in ore oleum is qui curabitur donec siccescat ouū, ne ei dentes nigrescant, & quarto die abluatur. Sextarius sanguifugarum in duobus sextarijs aceti diebus xl. maceratur ex oleo tritus, de rasoq̃ capiti in umbra illinitur dum siccescat, & sicut superius prædiximus, in ore oleū tenendum est. Siliquæ† erucæ cum suis folijs & caulibus conterentur, & capiti raso illinientur. Folia cypressi trita ex aceto efficiunt ut capilli nigri renascantur, sed spodilio peruncti crispi fiunt. Operæ precium est his qui erubescunt senes esse succurrere, & si canos suos inficere uolunt tanq̃ annos detracturi sint hoc nomine ætati uermiū terrenorū cinerē adijciūt.

Ad Hemicraneam, & temporum dolorem. Cap. VIII.

Ad dolorem hemicrani siue temporum. Laser cum lacte mulieris resolutum, & in altera parte auris qua dolet infusum tepescitum, ut in ipsa parte incumbat, & in ea quæ dolet agitet mandibulam, hemicranei dolore carebit. Minutæ cocleæ tritæ & fronti illitæ emendant. Cornus quoq̃ ceruini cinis cum aceto rosaceo mixtus ac fronti impositus magnifice uitia corrigit. Viridis rutæ folia cyphum plenum cum granis sinapis coclear plenum teris, addis alborū ouorum tantundē, ut spissum sit non satis, & exinde linis penna, uel mellis, sed non ea parte quæ dolet, hoc quum feceris remediabitur. Sinapis semen cochlear plenum, baccas lauri unum, in puluerem redigis & teris cum lumbricis terrenis adiecto acri tantum spissitudinem habeat mellis, & inducis fronti in hemicraneo. Succū de radicibus betæ purpureæ admisceas cum modico lasere & in modum trium guttarum mittes in eam partem quæ dolet, & statim sanabitur. Allium elixum tritum temporibus in dolore impositum illinis, siue in oleo frixum, si ex eo oleo perungis emendat. Opii denarium dimidium, acroci denarium dimidium, colophonix denariū dimidium, iusquiami & hyfopi seminis denariū unum, aneti seminis denariū dimidium, crocum uero seorsum tundis & in mortario simul conteris diutissime ex aceto optimo cōspergis & formabis collyria. Quum uero opus fuerit in cute cū aceto cōteris & spissum fronti uel tempori inducis. Lauri quoque

A quoque baccas tritas ex aceto adiecto oleo illinis fronti uel temporibus.

Confectio anacolina. Adipis castorij unciam unam, myrrhæ unā, thuris masculi semiunciam, opij semiunciā, lauri baccas undecim, hederæ baccas quindecim, hæc omnia diligenter teres, & de aceto temperabis acerrimo.

Confectio anacolina.

Ad hemicranium: Vrticam unipetiam teres ex aceto acri & ouum frangis, & permixta fronti illinies. Clinicam in mortario minutissime cōteres & ouo crudo ouicabis & frontem illinies. Item tria grana allij, & nouem

grana piperis in frontem linis, uel in ea parte quæ dolet. Item balsamo in fundes lanā de qua in utraq; aurē inculcas. Item tria grana allij tundes, & ipso suo infundes lanam, & in utraq; aure claudas. Item ad dolorē he-

miceranei uel cerebri munda allium & tere diligenter, & fac ex eo pastillos & in cerebro seu hemicraneo super ligabis, donec ustulet in uesicam faciē quam acu aperies ut humor decurrat. Rutæ fumes denarios sex, facies

exinde succum & in parte naris mittis quæ nō dolet. Cæterum si non possit sufferre, linteolū tingis in succo & imponis super hemicraneū sæpius. Item puluerē baccæ lauri temperabis cum uino & illinies. Itemq; acatiæ

puluerem, cum oui albo permisces & utēris. Castorium item & oleum roseum & acetum & nitrum teres & illinies. Laseris gemmam in aqua solues & in aurem eius partis quæ dolet tres guttas de digito exprimis, ipsa

Ad purgandam faciem.

tamen hora grauabitur caput, sed in perpetuo sanus erit. Item ad faciem ulceribus purgandam. Nitrum cum bubulo lacte & aceto usq; ad mellis crassitudinem coques & illinies. Item pera contracta & contusa, idem præstat. Itemq; fel capræ & nitrum siccum sulphur uiuū, spongiæ combustæ cinis, æquis portionibus illiniuntur. ◀

Ad dolorem auriculæ uel aquæ ingressum. Cap. ix.



Roxima mihi uidetur cura aurium quæ acutissimū dolorem inferunt, simul ut passæ sunt uel minimā offensam. Scio certe medicos quosdam huius curationis sibi summam scientiam uendidicasse, & magnas mercedes poposcisse, quum aduersus morbos aurium unū aut alterū nossent remediū. Nos uero multa

proferimus, ut quū res exegerit possimus uti, quū ex his aliqua occurrerit. Gari excellentis cyathus 1, aceti cyathus 1, mellis cyathus & dimidius in calice nouo sensim decoquit, spuma subinde penna tollitur, & quū spuma recesserit remouet, & ex eo tepidū infunditur ad omnes infusiones auriculæ, sed mox conquiliata lana obturandæ sunt. Ranarum adeps remissus & instillatus dolorē statim tollit. Si tument aures, succo coriandri mitigandæ sunt, sed prius succus hederæ tepidus cum uino instillatur. Mel cum roseo inditur, melq; cum rosaceo & manna thuris ad instar cochlearij adijciuntur, hoc & uulnera sanat, & humores exiccat. Parum audientes utiliter acetum gargarizant. Auricularum fracturis medentur bulbi triti & appo-

† prima

siti & quinto die soluti, foliorumq; rubi in quo mora nascuntur succus tepidus instillatur. Fel pecudis cum melle aures purgat. Canini quoq; lactis instillatio sedat dolorem. Grauitatem aurium adeps remissus cum absinthio

C trito cum oleo, & infusus emendat. Muriū uero cinis cum melle instillatus inhibet dolorem. Si aliquod animal intrauit, præcipuum est remediū murium fel aceto dilutum instillare. Si aqua intrauerit, anserinus adeps cum cepæ succo illinitur. Deplorata autem uitia aurium sic sanantur. Gliri detrahatur pellis, & intestina eiusdem decoquuntur in uase nouo cum mellis heminis tribus, usq; ad tertias, atque ita seruator, & quum opus est strigili, medicamentum tepefactum infunditur. Valde laudatur & terreni uermes cum anseris adipe cocti & instillati. Verberatis auribus cocleæ quæ in usu sunt cibi apponuntur trite cum myrrha & thure. Cocleæ item minutæ & lare tritæ fracturis aurium illiniuntur. Senectus serpentis feruenti testa uista & contrita instillatur ex oleo rosaceo cōtra aurium uitia omnia, sed præcipue graueolentiam; & si putulentæ sint aures, melius ex aceto & felle caprino & bubulo. hæc senectus post annum uires non habet. Membranæ ex uentre gallinaceo quæ proijciuntur ex uino tritæ & adipe gallinarū tepefactæ infunduntur. Blattæ etiam sine capite & pedibus & alis tritæ & illitæ linteolo contusis auribus imponuntur. Nitrum ex uino liquatum purulentis auribus medetur. Sonitus quoq; & tinnitus discutit nitrum tritum & siccum sparsum ex rosaceo tepido, & auribus immixtum purulentis auribus infunditur. Fel tauri cum porri sectiui succo, si grauitas sit aurium eodem felle cum lacte muliebri perluendæ sunt. Equini fimi cinis cū rosaceo instillat. Seuū uituli cum adipe anseris & ocimi succo, fel taurinum uel caprinum cum rosaceo tepido auribus inditur. Omnibusq; quæ immituntur tepidis utendū est. Vrīna etiā apri tepida infunditur, & ad hos usus seruator in uitreo uase. Si aqua intrauerit in auriculam dextram sinistro pede desultare oportet, capite in dextrum humerum inclinato: Si sinistram, ex diuerso. Si quod animal intrauerit, & inspuatur in aurem, exire creditur.

Ad dolorem aurium. Cap. x.



Oriandri succus cum lacte mulieris immixtus & auriculæ infusus dolorem mirifice tollit, lazarisq; granū modicum auri iniicies & cessat. Cadamomi quoq; succus auribus instillatus dolorem aurium & molariorū dentium sedat. Ad acutissimos dolores aurium. Spuma argenti & myrrha pari pondere trita ex aqua & bene leuigata facies collyria, & quum uti uolueris, remittes ea in rosa liquida & tepefacta auribus infundes. Frigido quoq; si quis utatur, eodem medicamento idem facit. Porcinum fel porri succo cōmixtum tepefactum auribus instillabis. Adeps quoq; gallinaceus solutus ad horam, & pedus auri infusus plurimum prodest. Rutæ etiam succum si immittis, curabitur. Ad dolorem aurium & punctiones, oleum rosaceum cum adipe anseris infunde, & transit. Aqua si in aurem intrauerit & dolorem exhibet, solus succus oriandri in aurem expressus sine dubitatione liberat & sanat. Rutæ teneræ succus auriculæ instillatus sine dubitatione dolorem liberat: & si maligni cortice fuerit coctus, melius facit. Foliorū quoq; salicis succus cum rosa liquida in putamine mali punici calefactus & inditus auriculæ mire succurrit.

Si animal aures intrauit qd faciendum.

Qui deplorata uitia aurium curantur.

D Non nisi tepida auribus infundenda. Qui aqua auribus eijciatur.

Cōtra punctiones aurium.

A currit. Ad auriū uitia & repentina antiquos uel dolores. Aqua si ingre-
 fa fuerit & statim sublata, facit impropterū graues causas. Exinde enim uen-
 tositā, & abundantia rheumatis in capite, tinnitus quoq; aurium quæ dū
 non curantur, exinde fiunt surdi. Alijs uulnera in aure nascuntur, alijs foē-
 tescunt. Quibus rebus ita succurrendum est. Gummi hederæ cum betæ ni-
 gro succo tritum & tepesactum auribus infundis, ita tamen ut & rubi tene-
 ri succum misceas, simulq; antiquam aquam exiccat, uentositatem & dolo-
 rem tollit. Trociscus maxime necessarius ad dolorē auriculæ. Calco uncias
 tres & semis, stasifagiæ unam, coconidij unam, sinapis unā, carei unā, fi-
 mi columbini unam, aristologiæ longæ unā, cymini duas, yo unam, ciprij
 oximi semine unam, nitri duas, sali amoniaci duas, baccæ lauri octo, man-
 næ thuris sex & semis, yris septē & semis, aceti sextarios sex. Hæc omnia
 tundis singillatim & cribras, & prius mittas in mortariū puluerem calchū
 & yrim, & teris cum aceti calice pleno, quæ quū trita fuerint, post dies tres
 mittas reliquas species cum aceti acerrimi sextarijs duobus & teris, & quū
 resicauerint, addis paulatim sextarium, donec compleat sextarios sex, te-
 rendo per dies quadraginta in sole: at ubi bene tritū fuerit, facis trociscos:
 facit autem & ad uulnera. Ita de ipso trocisco unciam unam teris in aceto di-
 ligentissime, & facis seorsim carotum sic: Olei rosati uncias sex, cæra tan-
 tundem, resinæ frixæ uncias quatuor, factumq; cerotū mittis in mortariū
 ac permisces & uteris sic. Ad auris dolorē temperabis aquatius. Si uulne-
 ra alicubi fuerint paululum spissius, ut quasi pro emplastro utaris. Fellis ca-
 prini uncias tres, & mellis duas, cōteris & in strigili calefacias & infundas
 & lana obcludas: prodest etiam si intrinsecus cancerauerit auris. Oleū lau-
 rinum in strigili ferrea missum & tepesactum, infusumq; auribus omnē do-
 lorem tollit. Canabi succus & de folijs eius auribus instillatus, uermes na-
 tos necat: etiā si animali impresseris, uermes interficit. Liguaminis cochlea-
 ria quatuor, & mellis despumati duo, tolles & mittes in calicem mundum,
 & cinerem cineri calido suppones, atq; spumam tolles, & quū tepidū fue-
 rit, auriculæ ad omnes dolores infundes. Si putruerit aut uermiculos fece-
 rit, fel taurinum ex melle despumatum æquis mensuris mittes in testam ru-
 dem, quam suppones carbonibus, ut lento igne ferueat, donec in unum ad-
 misceatur. Hocq; medicamen in uase uitreo colliges, & quum necesse fue-
 rit, ad curam tepesacies in calice, & mundata aure, ex lana medicamentum
 infundis. Mentæ quoq; succum & mel æquis mensuris cōmisces, & tepe-
 facies, ex quo biduo aut triduo infundis auriculæ, si senserit curam, bene &
 optime, sin aliās, addito acetum & modicum aphronitrum, & simili modo
 tepesactum infunde auriculæ. Item ad auris dolorem siue quæ uermes ha-
 bet, calamenti permisces cum cedria, et infundis.

Repentina et
inuerata au-
rium uitia.

Fœtoris auriū
curatio.

Trociscus ad
dolorē auriū

Putredinis au-
rium curatio.

Ad dolorē auriū antiquū foetorem & dolorem. Cap. XI.



Vrgantur ea omnia natura nucleorum. De maioribus ergo nu-
 cibus nouellis tempore suo plurimas colliges, & in optimo oleo
 uase uitreo conditas contra solem macerabis, & de ipso oleo mir

Ctes in testam malignanati siccam & excauatam, & deinde coques ad cinerem calidum, sed tepidum auribus infundis, omnia uulnera antiqua & fetorem & dolorem tollit. In excauatam malum granatum mittes mel, & auri pigmentum tritum ex gutta aceti. Cepæ succum cum melle quod in carbonibus calefacies, & auriculæ infundis, mire sanat. Foliorū porri uirginis succū in aurem mittes, & quū crepuerit uulnus ipsum cum adipe galinaceo infundes & sanabitur. Cepæ aphræ succus cum melle bene subactō instillatus, auriculas grauiter audientes emendat, dolores sedat, putulentas expurgat, uermes necat, aquam euocat & eijcit. Item rorisinari succus cum oleo rosato & sapone gallico simul resolutus & coctus, tepidusq; infusus uetustissimum surdis & pus extrahit, & auditum facile restituit. Bubulum etiam lac cum felle caprino mixtū infunditur auribus fœtentibus atque dolentibus. Ad uulnera aurium quæ intrinsecus nascuntur. In calicē mali granati mittes mellis cochlearia duo, & super cinerē calentem ponis, ut leui calore subbulliat, donec sensim decoctū redigatur in unum, & quū tepefactū fuerit, auriculæ infundis. Cōfectio thymiamatis.

*Thymiamatis
descriptio.*

D Styracæ isauricæ libram unam, styracæ calami librā unam, masticæ unā, unguellæ Indicæ maioris uncias tres, rosæ uiridis librā unam & semis, amomi unciam unam, squinanti unam, gariofili tres, carpobalsami semiunciam unam, cassiæ semiunciam, croci unciam unam, laudani tres, bedellii semiunciam, myrrhæ unam, balsami quatuor, & de quatuor uncijis balsami duas mittes cum puluere, & duas serues ad ungendū pastillos, mellis uncias sex, uini quantum sufficit, sextariū unum cum rosā & styrace tundis xyromiræ folia uncias sex, amomi sex, balsami duas, styracis isauricæ sex, ada semiunciam, gariofili uncias duas, spicænardi tres, rosæ uiridis sex libras, omnia facite in pastillos, dum facti fuerint suffumigabis de styrace & mastice bis in die uel quinquies, quandiu siccentur.

Ad aurium imbecillitatem, uel surdos, & eos qui minus audiunt. Cap. XII.



Ederæ succus mundissimus cum uino instillatus plurimum facit. Ad surdos allium & cepulas cum adipe anseris colas & infundis. Ad surdos & qui grauiter audiunt, oua formicarū contrita surditatem aurium quā uetustissima sic sanabunt. Caprinum quoque fel instillatur grauiter audientibus & prodest, ac bubulū lac cum felle caprino mixtum & infusum auriculis grauiter audientibus restituit auditum. Item parum audientibus utile est acetū gargarizare. Brassicæ item puluis in passō maceratus, & linteolo infusus auribus iniicitur, merito reddit auditum. Rutæ succus tepidus instillatur. Lactantis fel addito grano salis & mellis uno cocleari calefactum aneti surculo, instillabis in aurem, ita ut mox apertus erit procellus antequam tangat ipsum fel auferatur. Cardamomū idem, nasturtium cum ficu tritum & auriculæ inditum, eis qui grauiter audiunt, prodest. Bovis fel admixtum urinæ capræ & tepefactum, auribus instillatum, auditum reddit. Surdis & qui graui-
ter

A ter audiunt, ueruecis fel cum butyro & urina ipsius ieiuni pari portione mixtum, in aurem infundis, & surdos non naturales, quamuis multos annos non audierint, curat, & alia eorum uulnera sanat. Ad surdos multi temporis expertum. Maioris cannæ uiridis folia contundes, & per linteum ex primis succum, tepidumque auribus infundis per dies septem uel nouem: est enim res saluberrima. Succum corticis ligni nucis tepidum per triduum infundes. Serpentis tunicam in uase nouo exoluas, & super cinerem calidum fricas, ex eo oleo tepidum in aurem mittis. Hoc enim ad grauitatem aurium & dolorem prodest. Brassicæ succus cum uino æquis partibus mixtus & tepidus instillatus auribus, parum audientibus auditum præstat & dolorem mitigat. Item succum raphani eis quibus subito auditus auferatur, & nitri puluerem & aurem & acetum superinfundes. De uino etiam & de oleo rosato posterius à parte capitis unguis, quæ unctio etiam & ad dolorem capitis facit. ◀

*Surdus qui succo
currendum.*

De parotidum curatione. Cap. XIII.



Raro medici parotidum curationem non deuocant † à scalpello quum reprimi possint, & si res exigat adaperiri colliri † ratione.

*† ad scalpello
† curatione*

B Reprimit eas radicem brassicæ cinis cum melle illitus. Lupini ex aceto decocti & triti discutunt uitium. Cinis cum creta cy molia & resina pari pondere exiccat. Apponitur muricum testarum cinis cum melle, uel † conchiliorum ex mulla. Sepiæ ossa cum axungia uetere contusa. Lini semen tusum cum melle mixtum mitigat. Ficus sicca & uino cocta & trita adiuuat. Comprimit eas fimus columbinus cum farina ordeacea ex melle. Noctue cerebrum uel iecur cum oleo tepidum infunditur auriculæ parotidæ. Multipeda item cum resina parte tertia illinitur. Creta quoque timolia † exiccat, & fimus capræ cum axungia illitus. Plantago cum uetere axungia per sanat. Ursinus adeps conteritur cum seui taurini pari pondere, & fimus capræ cum axungia illinitur. Caput uiperæ in linteolo inuolutum & faucibus alligat, sanat. Menta uiridis cum polenta trita & imposita collectiones parotidum soluit, & mammarum uerturas placat. Ad omne genus collectionis parotidum, lini seminis farina cum melle & oleo cocta, adijcies nitri puluerem, & ligni caprifici cinerem æqualibus portionibus: quod quum agitatum est, in cataplasma imponis, & sanat. Item ceræ uncias sex, butyri quatuor, axungia quatuor, cyprini quatuor, bullorum quatuor, axungiam uero & bulbos simul tundes in pila, & cum cera simul liquefacies, & axungia permisces cepis, quod colatum seruabis in uase fictili, & uteris. Parotidibus & strumis floris caltis den. tres, allij grana. ij. cum axungia uetere imponis. Itemque strumas, coriandrum, & faba cocta & imposita discutit. Radix gladiolæ cocta & trita cum sale, & imposita. Et item cucumeris syluatici radix decocta, & cum aqua mulla trita & imposita prodest. Mense autem Martio & Aprili colligenda est. Item ut strumam omnibus radicibus extractis ad sanitatem certissimam perduces, galbanum super impositum strumæ humorem facile discutit. Felle bubulo super strumas

*† cum condito
ex mulla.*

*† ex aceto
siccat.*

C imposito, tanta potentia discutitur ut nihil supra sit. Caput uiperæ in lin-
teolo inuolutum, & faucibus alligatum sanat.

Ad oculorum dolorem, uel si qua capitis sit. Cap. XIII.



Nte omnia si bene fuerit purgatum caput & uenter, oculi nullā
possunt inualetudinem sustinere, tamen si indoluerint uteris ca-
taplasmate hoc quod sine folio passo cretico infundis. Meliloti
seorlim infundis in passo, opij drachmas duas, croci duas, simul teris & be-
ne cōmisces, melilotum & daptilos cocta simul ad carbones & trita, mittis
etiam olei rosati cochlearia duo, & uitellos ouorū duos. Postea uero quā
in unum omnia commiscueris, impones ut supra dixi. Sanē si sic se cauerit,
pro tempore soluis cum uitello oui & modico passo, & sic uteris. Facit au-
tem non solum ad dolorem, sed & ad tumorem, & hemicraneū. Ad do-
lorem & tumorem. Adipem oui assi cum apio & croco & melle tritum su-
perimponitur. Laurus ex uino cocta dolorem & tumorem releuat. Cheli-
donia in aqua decoquitur, & ex ea oculi dolentes fomentantur. Daptilus
tritum in modū cataplasmi oculis nocte imponitur. Hordeacea item farina
cū galla contunsa abiecta aqua oculis imponitur, tumores doloresq; sedat.
Coriandrum uiride tritum & mixtum lacte mulieris super tumore oculo-
rum inunges, & statim sanat. Item cucurbitæ uiridis ramenta trita, & su-
per tumentem oculum imposita, tumorem & dolorem emendat. Caprinus
fimus cum fimo sparsus, aut cum aqua tritus ad modum collyrii, oculus cir-
cūlinitur. ◀ Ad epiphoras oculorum & tumores. Pastinacis agrestis ra-
dices non lotas ex aqua decoques, & ex ea aqua oculos fouebis. Cocleæ si-
ne putamine tritæ, fronti illitæ cū thuris polline, ualidissime profunt. Tu-
mores oculorū sedat mulsum tepidum † penicello super oculos impositū.
Corticis sepiæ farina in epiphoris ex lacte mulieris, oculis circumlinitur.
Beta alba trita fronti imponitur, & eundem effectum habent bulbi triti &
oculis impositi. Apio uiridi trito cum pane oculi teguntur. Ocimum item
ex uino optimo tritum oculis circumlinitur. Ruta in polenta contrita & im-
posita lenit dolorē. Aneti radix ex uino trita illinitur. Papaueris item cau-
liculi sicci uel uiridis cum suo fructu triti imponuntur. Lini semen cū thure
ex aqua tunsum circumliniē. Siliginis item grana in ferro tosta & ex uino
trita circumliniuntur. Lenticula cū † cothonijs cocta & unā trita adiuuat.
Lentisci tenera folia contrita & fronti imposita epiphoras suspendunt. Pa-
nem item ex uino tumori oculorum imponitur. Mandragoræ radices tun-
sæ cum rosaceo & ex uino tritæ epiphoras sanant, ac circumligatæ dolorē
illico sedant. Folia cicutæ trita & imposita fronti epiphoras & dolorem &
tumore tollunt. Lana † carminata cum albo oui & thuris polline fronti ap-
plicatur. Oui albū infusum oculis epiphoras † curat, & uredines mitigat,
& refrigerationes præstat. Vt autem cicatrices de oculis tollas, adipe anse-
rino sæpius inunges, cicatrices tollit & fistulas. Lutea ouorū cum rosaceo
& mulso

Tumoris oculorū remedia.

† panniculo

† cidonijs

Anacolimia
hoc modo fieri
solet.

† carpicata
† sedat

A & mulso in lana super oculos imponuntur. Caseo molli caprino & feruenti aqua supposito epiphoræ sedantur. Fimus caprinus cum melle oculis illinitur, Hæmatites lapis in lacte mulieris tritus, intrinsecus primum inungitur, deinde super epiphoras, sedat quidem, sed cum maximo cruciatu. & si cui sanguis superfundit singulariter purgat. Cataplasma ad oculos intumescens optimū. Castorij drachmas duas, miconij sex, croci unam,

Imposito

Miconij, id est, papaueris albi

iūsquiami cyfaici quatuor, ouorum assorum uitellos quinque, mellis quod sufficit, tundis omnia & teris oua, & uteris, & in tēpora imponis si dolent. Ad recentes maculas oculorum siue caligines. Mel Atticū & album oui hyrundinis æqualia: quod si uetus causa fuerit, uitellū oui supradictū cum melle Attico & succo fceniculi, omnia æqualia teris.

Ad oculos suffusos sanguine. Cap. xv.



Anguis columbæ instillatur. Perdiciis uero & turturis superimponi debet. Lana succida ex oleo & uino. Hyrundinisq; pulli sanguinis suffusioni oculorum exectum ungi prodest, & in perpetuo oculi non dolebunt. Rosa in uino macerata, & ex eo uino potui dato suffusos ex aliqua causa oculos sanguine creditur emendare.

Vetus exemplar sic habet: Sanguis distillatus colūbæ, uel papalumbi, uel perdiciis, uel turturis sup. debet.

B Bithumen, sulphur, & thus in uino miscetur, & oculi si percussi sanguinem fuderint, ex eo fumigantur. Lacte caprino tepefacto, sero assidue oculi fuentur. Verbenæ folia trita, adiecto salis pusillo imposita, ac postero die sublato, expressum sanguinem de oculo expurgant. †Sagapemū item cum rutæ succo & amygdala amara pari pondere trita, & admixto melle inunges. Hyppocicesq; id est suffusiones & caliginē tollit. Aquilæ quæ in syluis moratur, & est formæ amplissimæ, fel cum melle Attico mixtū & inunctum oculis suffusis & caligini utilissimū est. Ad suffusiones & albugines de oculis tollendas. Fcenugræci uiridis succi cochlearia duo, mellis candidi sine fumo tria, cōmiscet & colas & decoques, diligenter suffundis, ita ut guttæ super albugines cadant.

Sagapinū aliās quod est Syropinum.

Ad lachrymas oculorum stringendas. Cap. xvi.



Achrymantibus oculis sine fine rheuma suspendunt & exiccāt cocleæ sine putamine † rite diligentissime cum farina thuris ac myrrhæ & albore oui mixtum fronti superlinies. Anacolima ad idem. Myrrhæ masticæ cyathum, album oui lumbrices terræ cocleas, aloë cum aceto teres & illinies. Ricinos boui puto inter coxas tollas & fronti illinies, & sine mora lachrymæ stringuntur. Enulæ item radices tusæ in puluerē, & in aceto acri infusæ, coctæ & tritæ, capite rasō nocte imponunt, & ubicūq; dolor fuerit & podagræ rheuma tollit: facit em̄ uescas aqua plenas, sed is cui fit, dolorē substinet. Ad lachrymosos oculos. Ruta sicca, & melle Attico æquis ponderibus mixta oculos inunges, certum est. Ad rheuma oculorū. Liuistici folia de ligno in ligno tundis, & eius succum cum uino ueteri & penna inunges.

† Vide num legendū sit, trita

C Ad lippitudines oculorum, uel ad eos qui cantos ab humore contritos habent. Cap. XVII.



Eniculi radices ex aqua fontana & oleo coques pari pondere, donec aqua consumatur, & ex eo oleo inunges, certum est. Acatiaē deñ. vi. encausti sicci xv. succi porri uncias xxix. hæc coques donec fiat spissitudo mellis, & in pyxidē mittes & utēris.

Ad caligines oculorum. Cap. XVIII.



Vmus cholerū ^{ἀναθυμίασις} facit, cuius acritudo caliginem oculis præstat. Succo ergo chelidoniae, & feniculi, & abrotani, coclearia singula tolles, & cum mellis sine fumo stillatiui coclearibus duobus cōmisces, & exinde penna suffundes mane, & post me

^{† digestionē} ridiem, & fero: sed post digestionem lac mulieris, quæ puerum nutrit, superinfundes propter acerbiteriam medicamenti ut refrigeret: Hoc etiam maculas tollet, & impetum rheumatis restringit, & omnia uitia abstergit.

Balsamū cum melle stillatiuo æquis ponderibus miscet, & exinde oculos infundis. Fel uulturis cum marubij succo, aut puluere & melle Attico simul mixtum cum penna oculis infundes, omnem caliginem oculorum aufert: sed & incipientis suffusionis non patietur. Fel perdicis cū melle Attico inunges oculos item uulturis in linteo subtili ligabis, & tota die oculos absterges, nunquam inualitudinem patientur, & si dolentes oculos sæpe absterferis. Itemq; myrrham cum fœnugræco pari pondere in uino teres, ut leue sit quasi collyrium, & inunges. Quidam enim filiam suam sic curauit. Chelidoniae succū, quæ oculis plurimum suffragatur cum collyrio siue aqua marina inungi oportet in una unctioe sanat, & in aqua decocta dolentes oculi fouentur. Melius si succus eius artemisiae & rutæ succo pari pondere & melle & balsamo, mira enim facit. Centauria minoris succū adiecto melle æquo pōdere permisces & inunges, aciem extenuat, & ipsa herba in aqua cocta oculi fouentur. Ut caligantibus oculis claritas restituitur, & ne facile hoc periculū incidatur. Centauria herbæ manipulus in uini sextarijs sex coquitur, ac tritum maceratumq; eximitur, inde quotidie hemina mixto melle ieiuno propinat. Sal frixum tritū admixto melle Attico inunges, & caliginē tollit. Roris marini cinis cum eius succo expresso & melle Attico pari pondere mixto inunges, caliginem tollit. Ros item caulium & rutæ collectus & inunctus caliginē tollit. Testudinis agrestis sanguine inuncto caligo tollitur. Leporis fel cum mellis Attici parte una mixtum & sæpius inunctum, caligines abstergit. Mel & succū feniculi partes singulas, fel perdicis semiunciā, balsamum ad mensurā fellis mellis & succi. Alij oleum uetustissimū ad mensuram mellis, alij euforbiū modicum mittūt. Postquā mixta fuerint omnia, mittes in mortariū & teres diligenter, transpones in ampullam & suspendes ad solem quadraginta diebus, & tunc inunges frequenter. Ceparum Cypriarum acerrimarum succum, uel si Cypriae non fuerint, Germanarum cum melle Attico æquis ponderibus simul teres & mittes in ampullam, signabis & in fumo suspendes, & utēris.

Ne caligo accidat facile.

A & uteris. Item fenugræcum ut bibi solet, & aquam mulsam medietate paratam simul misces, addis rosæ quantum sufficit & feniculi radices mundas, coques omnia in olla rudi, & quum fuerit spissum colabis & repones in uitreo uase & uteris, ita ut nec fumum nec auram contingat. Herbam item uerbenam tusam cum axungia, super oculos noctu ligas, & postero die tollis, & oculus erit mundus. Item ad caligines & omnia oculorum uitia. Hirundinis pulli plena Luna in nido suo excæcatur de acu cyprina, notaturque ut cognoscatur restituta acie, capita eorum uel ipsi integri in olla noua uini comburantur in cinerem, terunturque in puluerem ex ligno ficulneæ uel therebynthino, cinisque eorum cum felle canis latrantis diebus septem, partibus duabus balsami & castorei, partibus singulis tritus, bene inunctus plurimum facit, miraberisque iam desperatas sanare. Hydra ad caliginem uel albuginem uel uulnera. Gallas Alexandrinas nouas non pertusas octo tundes & cribrabis subtilissime, & postea mittes in mortarium Thebaicum. Adde croci denarium cum dimidio, teres per triduum diligenter, & mittes Attici mellis mundi quantum sufficiat, & repones in dolio & uteris. Ad caligines oculorum & ad uitia uetustissima, & ad scabritudines & obscuritatem, & ad eos qui iam propè nihil uident, & quibus medicamentorum præstidia nulla inueniri possunt. Hoc remedium expertum uisitabis, & efficies ut uideant clarissime, sine omni uetusto uitio. Piperis albi denarios duos, croci duos, balsami duos, fellis uituli seu uulturis siue pulli pugnacis duos, mellis Attici uncias duas, uini ueteris boni cyathos tres, succi feniculi unum, & ita compones. Piper & crocum teres diligentissime, & bene leue sit, deinde uinum admisce & succum feniculi per partes dimidias, & quicquid superauerit iterum fundes: quum ita feceris, iterum teris bene, deinde si quid uini aut succi superauerit, adijcies & teres diutissime, quumque totum medicamentum tritum & leuigatum fuerit ut collyrium, oportet transponi illud in pyxide Cyprina, & repositum seruabis. Quumque uolueris uti, ex eo unges & inuenies esse potentissimum remedium, quod multi luminibus de obscuritate restituti sunt. Hæc compositio ex commentarijs Cæsaris Augusti descripta est, qua & libentissime utebatur, & omnibus illam laudabat. Sicuti autem acrior esse uideatur, collyrium lene admisceat, & non nocebit. Ad caligines & suffusiones stari pistis, quod est siliq̄ a fronte & felle diligenter collecto inunges. Aliud ad caligines. Succum feniculi, fel perdicum, mel Atticum aut thyminum æquis ponderibus admisce, & postea teris & ponis in sole diebus quadraginta, & inungis si non senserint curam, ut fortius facias, fel perdicis mittes ad duas partes & balsami & olei uetustissimi parum mittes: quidam & euforbium mittunt ut fortissimum sit. Quæ omnia supradicta diligenter teres & mittes in ampullam, & in solem suspendis et uteris quum uolueris, curat mirabiliter. Caulium rorem cum melle despumato mittes pari pondere et inunges, prodest. Aliud. Feniculi radicem decoques, ex aqua eius, oculos eius fouebis, celeriter omnes caligines discutit. Coriandrum item uiride tritum cum lacte mulieris et mixtum

Hydra.

Quæ tantum non
caeci curari possunt.

Optima & pa
rabilis medela.

C & super oculum impositum prodest. Pro certo etiam apium & ocimū cum uino tritum auxilium præstat. Item ad oculorum tumorem uel epiphoras concitatas. Rosa uiridi trita cum aceto in careno infusa dactilo & oleo rosa to & lachryma de ouo, totum simul teres & in linteolo inducis, & tepidū super oculos imponis. Salem candidum ieiunus si quotidie gustauerit, omnes oculorū caligines citò tollit. Item qui sanguinem habent, tusam fabam & ciminum & uuam passam, simul trita impones super oculū, & ligabis per triduum, sanitatem adducent. Itemq̄ cocleas de campo tritas in simul illinies fronti, statim desinit. Ad maculas uel cicatrices oculorū baccas lauri cū lacte mulieris inunges septem diebus, & septem intermittis, et iterum inunges & sanat. Ad leucomata. Fœniculi uiridis denarios quatuor, & betonicæ tantundem teres & facies collyria, & ex his inunges. Ad percussos oculos si sanguinem fuderint, herbam nepetam cōmanducatam pones super oculos, & noli alligare & supinus iaceat. Ad oculorum item dolorem. Laurus ex uino decocta oculis humorē tollit & dolorem omnem emendat. Item ad caligines oculorum. Fœniculi & rosæ & rutæ succum, & mel Atticum, & fel hircinum, mixta inunges. Ad albugines de oculis tollendas. Guttas amoniacis cum lacte mulieris inunges. Ad lippitudines betæ succum cum alumine modico fronti illinies. Cataplasma ad hæc. Daptilos teres cum uino & pane molli, & calidum impones. Ad pilos eijciendos qui in oculis nascuntur. Lotium uituli masculi sæpe inducat. Ad hordiolum iuxta oculum natum. Tollas hordeaceā farina ex mulla conspersam calidam ueluti cataplasma impones circa oculos. Ut liuores tollas: Ciminum in ore masticatum cum salua impones. Item ad hæc ostream combustam & tritam ex uino ueteri impones. Ad maculas oculorū tollendas. Sepiæ testam diligenter in mortario Thebaico teres, & puluerem ipsius sæpius in oculos mittes. Ad caliginē. Balsamum acre sæpius inunges, hoc & maculas tollit. Ad caliginem iterum oculorum. Cocleæ uiuæ cremantur, & cinis earum melle mixtus inungitur oculis. Item ad claritatem oculorum. Leporino felle subinde inunges, & caliginem tollit.

Ad aciem oculorum. Cap. XIX.



Quilæ fel cum myrrha & nitro uncia una, inunges uisum clarum reddit, etiam ut acutissime uidere se intelligat. Item passerini oui alborem cum melle Attico mixtum inunges, clareq̄ uidebis.

Ad leucomata, uel ad cicatricem, uel ad maculas. Cap. XX.



Succus Cardui
gemini effectus

Ardui agrestis radicem ante solis ortum palo ligneo effodies, tundes ex ligno in ligno roboreo, exceptumq̄ succum & colatum, atq̄ in uase uitreo conditum inunges. Est enim succus gemini effectus. Primum pelliculas membranæ tollit de oculis: deinde curat ut mireris effectum. Cedria & porri succus inunctus leucomata & caligines tollit oculorum. Succum cyperi longioris, & oleastri foliorum

A liorum, & uerbenæ æquis partibus cum melle sine fumo stillatico misces, & inde oculis infundes. Res est physica quæ etiam cicatricem oculorum curat quod si hæc quæ dixi non fuerint inuenta, requires betam purpuream nigram uel rubeam, quas si tardius inueneris, plantaginis, betæ uel ex folijs cochlear unum, uerbenæ sceniculi & abrotani succi tantumdem, & mel stillaticum si militer in unum comisces, & exinde confundis tepidum, maculas oculorum mirifice curat. Ideo autem parum scripsimus, ut quæ iuxta physici hominum comprobaueris plus conficias & reponas. Ad cicatrices & leucomata. Adipem anserinum resolues inunctam cicatricem, & leucomata extenuat & sanat. Caprinum fel cum uino pari mensura mixtum & in modum mellis peractum cicatrices & albugines emendat. Item ad albugines oculorum tollendas. Sepiæ testa melle illita comburitur, & cinis eius collyrii modo tritus pro stybio inungitur, celeriter albugines de oculis tollit. Bulbis Aphris tritis bucellaginem ex eis spissa cum melle & nitro contritam in modum collyrii inunges, in triduum albugines tollit. Mittes oleum & mel modicum super securim euersam, & teres de cote aut aquaria aut olearia diutissime, quumque fuerint in modum collyrii spissa inunges. Caue autem ne securis habeat eruginem. Ad maculas de oculis tollendas. Nummos nouos nouem numero mittes in uas cyprinum cum uino albo & ueteri, & mundissime cooperies per dies triginta, addes salis amoniaci sicci albi puluerati denarios quatuor, ossa sepiæ rasa quatuor, æris floris quatuor

B fumum pulli albi quatuor, succum rutæ colatæ cochlear unum, mellis despumati uncias tres, omniaque in unum comisces, & in ampulla repones, & inde inunges per dies singulos usque ad sanitatem. Ad maculas eruendas facit betonica, & senecion, & chelidonia, quæ in mortario teris, & collyrii modo uteris. Sicuti autem subito leucomata se in oculis suffuderint, seminis ocimi duo aut tria grana mittes, & clausa palpebra tenes, donec coaguletur humor & in grana se colligat, & post hæc leuiter sordes quæ remanserint frequenter in die colliges: quod si senserit curam, iterabis donec ad sanitatem perducas.

Cicatrices &
leucomata.

De tollendis al-
buginibus.

Macule quæ
modo tollendæ.

Ad pilos oculorum adueros, ut sublati non renascantur. Cap. XXI.



Ense Iunio sanguifugas numero quinquaginta mittes in ollam fictilem nouam, & cooperies, ex argilla circulinies, & mittes in fornacem per spacium sex horarum, deinde cinerem sanguifugarum teres in mortario, & quantum exinde duobus digitis apprehendi potest mittes in mortarium paruum cum duobus uel tribus guttis aceti acerrimi, & teres donec siccum collyrium fit, tollesque a borsella pilum cum radice, & in ipso tantum punctum cum melle impones de medicamine super dicto ter aut quater in ipsa hora. Hyrundinum pullorum cinis cum lacte tithymalli permixtus, & euulsis pilis impositus renasci eos non sinit. Caulium stirpium aridorum cinis cum aceto laserato mixtus, & euulsis pilis impositus emendat. Ex ligno caprifici, & cerri, & ilicis cinerem, & lixiuum factum attertiatum acerrimum ut solent saponarij facere, coquatur sine axum

Cgia & oleo confectū line loca quæ uoles, & defluunt capilli ut amplius non renascantur. Ad pilos oculorū suffodiens gutta amoniaci albore oui mixta pilos illitos statuit. Ad pilos eradicandos, fellis uitulini den. unum, castorij unum, gummi unum, cum aqua teris & colligis, & reuersata prius palpebra in loco euulsorū radicitus pilorū, & in die inducis & continebis donec ficcetur, & hoc tandiu facies donec loca curentur. Ad pilos oculorum ligandos. Resinæ frixæ unciā unam, aspalati unam, mastice unam, ceræ unam, pumicis unam & semis, omnia igni resoluta & cōmixta utēris secundum consuetudinem. Ad pilos oculorū. Yo unciā unam, sarcocolle unam, styptiriæ unam, teres cum aceto, & facies collyria, & euulsis pilis Luna decrescēte cilio reuersato utēris.

Ad caligines, cæcitates, uel ut crassitudo abstergatur. Cap. xxi.



Eretrum ceruinum decoques, & ex ea aqua oculos fouebis per dies quindecim, & sanabitur. Sero ac lacte caprino calido per dies quindecim fouebis, & statim sanabitur. Hederae succum cum melle stillatiuo sine fumo, & uinum teriacum in modū collyrii temperabis, & inunges cetum, & in loco tenebroso recludes, & post dies septem paulatim aperies fenestras, & post alios dies septem produces in lucem, & per hos dies mollibus cibis & dulcibus utatur: in quibus etiam consumendis diebus non laboret. Item pro sexu duritia, Ammonia cum thymmatū in uino teriaco teres, & oculos inunges.

Ad maturandas ægilopas. Cap. xxiii.



Ad maturandas ægilopas. Frumentum candidum masticatum imponitur. Ad aperiendas eas & emendandas stercus columbinum cum saponem gallico impones. Maluæ item hortunale, siue agrestis folia purgata, admixta salis parte una et trita & inposita curat. Nucis combustæ cinis iniectus sanat. Arnoglossa herba cū modico sale trita & apposita ægilopas destruit. Plantaginis item succus cū lana munda mollissima imponitur, & per dies nouem sanat. Vuæ passæ purgatæ sine grano accitos decem, piperis grana decem in linteolo illita impones usq; dum sanet. Urinæ item limus spissus de castris collectus & impositus, mire purgat & claudit. Item uermiculus qui uocatur Aratra frangis cōtusus, & cum saponem gallico permixtus apponitur, & super medullam cannæ appones. Nepetam contusam impones, mirifice sanat, facit & ad syringiam. Ad ægilopas, saponem gallicum & cymas oliuæ uirides, amygdalasq; amaras æquali pondere teres & utēris.

Ad ulcera nariū, & omnia uulnera uetustissima. Cap. xxiiii.



Ristologie pulueris drachmas triginta, galbani uigintiduo, cæra uiginti, mannæ thuris decem, therebynthinæ quinquaginta, yo septem, olei ueteris drachmas sexaginta, sicca humectes & misceas, utarisq; in omnibus ulceribus. ◀

Ad

Ad graueolentiam narium, polypum uel. Cap. xxv.



Raueolentis naribus sic subuenitur. Succus hederæ colatus naribus infunditur. Aristologiae succus cum cypero uel dracontæ semine cum melle pari pondere naribus inditur. Hoc etiã si καρκινώματα sint, emendat. Dicitur etiam prodesse ei qui hoc hoc malo uexabitur, ut osculetur nares mularū. ► Costum in puluerem redactum mittes & cum melle mixtum, pennaq; induces. Caricæ contritiæ & in olla noua cum pusca decoctæ emendant foetorem, supra succus cum melle immittatur. Ad polypum. Examiniis rubei limaturæ unciã unam, amoniaci duas, aluminis rotundi aceti acri cotilas sex, siccabis teresq; cum aceto diligēter, & mittes in pyxidem æream, & agitabis de uirga ærea in sole usq; dum siccetur. Deinde teres diligenter in mortario: post hæc repones in uase fictili. Quãdo autē curabis, mittes de puluere in pennam uel in cannã subtilem & inflabis in aures, ita tamen ut os eius prius aqua frigida impleat. Mense uero Decēbri curare incipias ita. Per dies tres, & uino & carnibus & frigidis absteineat, & quarta die non cœnet. Quinta uero accipiat geramantigonis. Post dies autem tres purgabis caput eius sic. Ieiunus per triduum masticæ commasticet, & quum iam expuere cœperit, addes ei stafilagriæ grañ. unum, & post modicum alterum, deinde tertium, ad ultimum quartum. In die autē secunda incipies ab uno per ordinem usq; ad quintū, hoc quoq; tertia die & quarta facies, istis quoq; diebus à carnibus & uino absteineat. Quinta uero die rades ei caput & unges à media fronte totum caput medicamento hoc, Acatix unciã unam, aluminis scissi semiunciam, nitri Alexandrini semiunciam, cære semiunciam, mannae thuris denarios nouem. Hæc teres cum aceto usq; ad spissitudinem mellis & unges caput, & post dies uero tres hoc ipsum facies, & sic curare nares incipies. Ad narium grauem olentiam. Dracontæ succus cum melle infunditur: quæ res etiam ceromata sanat. Betonica in olla noua cocta naribus instipatur, & ipsa herba trita, parum salis adijcitur: inde quantum duobus digitis tollitur collyrium formatum naribus infunditur. Si quis agrimoniam manducauerit ut non oleat, aut aliqua alia olera, coriandri radices uirides siue succas masticet pulegij. Itē & apij semen æqualia cōmasticet. ►

Ad profluuium narium. Cap. xxvi.



Peruncq; euenit ut ex naribus, is modus sanguinis profluat, qui nisi reprimatur, adfert mortē. Neq; aliter exiliat quàm solet ē uena percussa erumpere. Occurrendum est itaque uelocissimo periculo, & magno impetu, & subito sæuienti, in hoc itaq; casu tporro sectiuo trito nares obduratur, ruta trita æque reprimat, in manibus indita. Eodem modo & radice urticæ utendum est. † Semen urticæ cum lana succida coicitur in nares, cū oleo rosaceo & auriculæ lana succida spissæ obdurantur, & ita sanguis continetur. Coagulum agninum mirifice facit, ex aqua subactū, & infusum. Adeps anserinus cū butyri pari pondere tingerit pastellis. Profunt cochleæ cōtritæ, & fronti inlitæ. ► Anguinæ

December singulare curam habet. Qui et quibus caput purgatur.

† porri sectiui naribus opponuntur. † Succus

† pistillis inditur.

C pellis cinis intritus naribus, uel hæmaroidibus impositus sistit, uel idem cinis in aqua calida potatus. Prodest quoque sanguisugis tribus suffumigare. Teste ouorū unde pulli exeunt leuiter tostæ, & in puluerē redactæ per triduum naribus insufflantur, ac statim sanguinem sistunt. Si auris cæra concluditur ea parte qua sanguis fluit, restringitur. Spongiæ combustæ cinerem in ipsam narem mittes & stringit. Stercoris item asinini pulli cinis naribus insufflatus, & idem porri sectiui triti naribus opponuntur. Ventosam in uertice uel in hepate apponi utile est. Medulla nucis quæ nucleū diuidit comburitur, eiusque cinis naribus insufflatur. Fimum equinum dum recens est cum fimo conteres, adiunges picem uirginem, & teres ut unū corpus fiat, postea fronti illinies, & in collū ac ceruicem pones, mox clauduntur uenæ fluentes. Fimi porcini unciam unam, thuris masculi semiunciam trita ex aceto frontem illinies, & iam impetū oculorū propè sanat. Nariū gallulam teres, & puluerem eius per fistulam in narem insufflat. Linteo item exusto narem claudis. Et item rafani radice succū in aurem mittes ex ea parte qua defluit, & lana claudis. De porro uirgine facies collyria, & in narem mittes. Itemque glutem taurinū liquabis cum aceto, & fronti illinies. Dicitur prodesse qui hoc malo uexabitur, ut osculetur nares mularum. ◀

Ad sanguinem de naribus eijciendum. Cap. xxvii.
Nepetæ succus naribus supino infunditur.

D Ad stillationem narium ex humore. Cap. xxviii.

Cinis testarum ostrearū, in cibo pane colligitur in modū salis. Porri capitati folia cruda sine pane edunt. Canina corrigia nūquam unctā cuiuslibet digito in manu circumligatur. Ostrea cum sua testa, ita ut electæ sunt in carbonibus coquuntur, & in cibo dantur. Oleū candidum eunti dormitum in cerebrū infunditur, & in nares conijcitur. In manu dextra duo digiti mediij, lino alligati, inter se destillationem cōpescunt. ◀ Ocimi semen tritum, naribus immissum destillationem minuit, & sterutinationem facit. ◀

De oris, labiorū, gingiuarumque uitijis. Cap. xxix.

Epiæ ossa in cinerem redacta & ori inspersa uitia emendat. Coleæ uacua cineres cū myrrha teres & sparges, uitia oris emendat. Sinapis item semen uel raphani ex uino decoctum, & obuli unius pondere datum emendat. Herba ciclamini trita troscos facies, & ex his quum opus est ex aceto ad crassitudinē mellis illitum reprimat & sanat. Seuū bouis uel uituli cum adipe anserino uel fissuras iungit. ◀ Oris saporem emendari quidā affirmant murino cinere cum melle si fricentur dentes, alioqui uero admiscant marati radices. Nero quoque ante somnos colluere ora propter halitum fœtidum utile dicit. Folia fagi na commanducantur aduersus gingiuarum & labiorum uitia. Aequè & folia rubi in quo mora nascuntur. Eiusdem generis rubi teneri & pampini decoquuntur ex uino ad tertias, idque uinum in ore continetur.

† uide num legendum sit marathi.

Ad

Aduulnera oris. Cap. xxx.



Aprinus simus cum melle tritus & illitus certe sanat. Cucurbitæ exustæ puluerem, piper & sal candidum rude parum, saturiam, coriandrū, mentam exustam, similiter caput sardiæ combustum: hæc omnia in puluerem redacta cōmiscet, deinde lauabis os cū uino ueteri, & sic impones. ◀ Ulcera oris plantaginis succus emendat, & folia eius cocta, radicesq̄ eius †cōmasticata. Hederae item bacca cū cassia & myrrha pari pondere ex uino cōmanducatae ulcera oris emendant. Murenarū ex capite cinis cū melle illinitur. Membrana ex iusquiamo cocto, uel crudo detracta, labiorū fissuris medetur. Oris halitū emendat murinus cinis cum melle dentibus infricatus. Linguae ulcera & labiorum, hirundines in mulso coctæ sanant. Adeps item anserinus & gallinus ulcera emendat. Si feruentia os intus excusserint, cōtinuò sanantur gargarizatione lactis canini. Aduersus foetorem oris. Folia myrthi & lentisci pari pondere, & gallæ Syriacæ dimidium pondus unā teri oportet & aspersa uino uetusto matutino mandere, uel hederae bacca cum cassia & myrrha pari pondere uino aspersa. Eadem ratione ulcera oris emendantur: hoc & stomacho optime facit: sed melius si cum mororum domesticorum uel certe eorum quæ in rubis nascuntur sextarios tres, leni uapore decoquantur, ut ad spissitudinem mellis ueniat, tum additur de myrrha pondus denarij, & tantundem croci, & in unum totum teritur, & inde prout uisum fuerit, æger accipiat. Item succi mororū sextarij duo, cum † uino Attici mellis decoquantur, deinde †stomaticus prout uisum fuerit accipiet. Capitis leporini cinis addito nardo, mulcet graueolentiam, ulcera & rimas. Seuum quoq̄ bouis uel uituli cum adipe anseris emendat. Item amurca ex oliua nigra, oris uitij subuenit.

†cōmanducatae

†uno

†stomaticus

Ad uulnera oris, siue tumorem gingiuarum. Cap. xxxi.



Brotanum uiride teres, & cum melle miscebis, tangesq̄ loca de intus quæ dolent, & de foris ubi tumor est appones, mirabiliter curat. Ad oris uel gingiuarum uulnera. Mustum dulce recens, malum granatum siccum plenum mittes, & alterū uiri de cum cortice coques in stagnato ad carbones, donec spissitudinem mellis accipiat. Deinde leuabis de foco, & addes myrrhæ & styptiriæ & scistos puluerem tenuissimū, & cōmiscet, & ex eo uulnera illinies. Antera ad os basilaustæ drachmæ sex, scisti octodecim, croci tres, cicinoriæ decem, rosæ floris decem, cyperi trigintaduo, myrrhæ octo. Ad eos quibus subiti tumores foetorem faciunt, siue putredinem gingiuarū, ita ut dentes cadant. Yonciam unam cum mellis uncijs sex, coques & ita curabis.


Putredinis oris, siue palatus & gingiuarū curatio. Cap. xxxii.




Luminis scissi unciam unam, gallæ asianæ semiunciā, myrrhæ uncias duas, piperis grana quindecim, in mellis despumati uncias nouem, colliges & uteris. Ad uisturam oris. Ex humore crocus cū nucleo & aqua frigida tritus in ore teneatur: quod

C si uulnera fecerit parum mellis addes. Item cui os ex tumore exarserit uel palatum, cantabrū coques, & ex eius aqua gargarizabis: quod si ardor fuerit, cum ipsa aqua crocum tritum. Si autem humor abundauerit, rosam siccam cum cantabro coques: & ita gargarizabis. Gera quæ facit ad os cui rheuma molestum est, & ad gingiuas rheumatizātes siue ad uuam, uel quibus exit de auribus & ad tempora dolentia cum hydromelle & ad syringā cum uino ueteri & melle, & ad uulnera quæ intra nares generantur. Croci unciam unam, myrrhæ unam, aluminis scissi sex, hæc in puluerem redacta seruabis, & utēris cum uino & melle permixta. Ad ulcera linguæ folia oleæ cum sulphure teruntur, & inde ulcera perfricantur. Ad usturam oris aut anguiarū uel gingiuarū succum cum melle caulis gargarizabis, statim ulcera sanant, & cepæ manducantur quæ sanant. Item succi myrrhæ unciam unam, croci unam, aluminis scissi unciam unam, mellis sextariū unum. Hæc omnia permisces, donec crassitudinem mellis accipiant, & sic crocū & alumen mittes, & bene permixta repones, ac de hoc medicamento os & gingiuas tanges si sanguinē fundunt: & hoc gingiuas sanant, & dentibus prodest & uuæ. Mense Augusti conficitur propter succi morem. Ad putredinē oris. Aloës drachmas duas, myrrhæ sex, calchātī sex, croci quatuor, uini & mellis quantum sufficiat.


Ad fœtorem oris. Cap. xxxiii.

D  Vlegium & serpillum siccum uel organū cum melle manducatum bene facit. Dormitū uadens aceto bono lauet, mastice & uino suauis os colluat. Arboris pruni folia cum uino coques, succum ex eo intra os tenebis. Si habitus fœtet quum dormitū uadis, cyathum aceti boni per partes sorbeat: hoc & in coctionem facit, & si mane inde sorbeat, prodest. Radicem quinquefolij ex aqua decoques, & subinde os collues, ita ut in ore aqua diu teneatur. Serpillum item herbam, quæ Gallice dicitur laurio, ieiunus diu cōmanduces.

Ad os saliuosum & perlippidum. Cap. xxxiiii.

I  Entisci fasciculum in umbra siccatur tundes & cribrabis, & de cortice pini tantundem tritum & cribratū miscebis, & dentes inde fricabis. Origanum teres & cribrabis, & exinde dentes ac gingiuas fricabis, hoc & tumorem gingiuarū tollit. Camomillæ herbæ puluerem uino admixto coques donec ad dimidium ueniat, ex eo os collue, statim medebitur.

Ad os & labia. Cap. xxxv.

Q  S album & tenerum ne rugosum fiat. Farinam candidam lacte & oleo aspergito, & inde quū dormitū ibis, labra subiungito. Labia si fuerint rupta puleginm & acetū miscebis, & maxime quum dormitum uadis exinde tanges.

Ad den

Ad dentium dolorem.

Cap. XXXVI.



Sparagi syluatici radicem in uino decoques, ex hoc in ore contineat, dolorē sedat, succusq; eius similiter facit. Brassica item cruda cōmanducata dolorem facile discutit. Radicem hederæ coques ex uino quam in ore teneat, & transit dolor. Succū hederæ cum aceto & paruo sale in diuersa in nares mittes. Thimum & piperum pari pondere tusum dentibus adijcies. Piretri item radix ex pulsa & melle gargarizatur, & teneat in ea parte quæ dolet. Trociscus ad dolorem dentium, & ad laxationē eorū. Aluminis scissi unciam unam, aluminis rotūdi duas, castorij, croci, myrrhæ, gallæ, aloës, yo, ana unc. duas, sinopidis libram unam, uini stiptici quantū sufficit ad colligendum, hinc facis trociscos: postea quū opus fuerit resolues in uino stiptico, & in ore tenebis: facit & ad dissentericos iniectus. Ad priorem dentiū dolorem cypressi pillulas in uino decoques, & idem uinum tepidū in ore tenebis, bene facit. — Cucurbitæ satiuæ decoctæ succus dolorem minuit, & mobiles stabiliet in ore compressus. Item trociscus ad dolorem dentiū. Cadmiæ uncias duas, calcetis coctæ in carbonibus semiunciam, utrunq; separatim cum uino acri in modum collyrij teres & cōmisces, & facies trociscū, & in aceto solues & trepactum in ore teneatur. Iusquiami radix cum aceto commasticetur. Cyperi puluere dentes & gingiuas reple. Pentaphili item radix cum aceto aut uino decocta in ore cōtineatur. Quinquefolium cum sua radice in aceto decoctū, aut in uino dentibus contineat: qui enim continue ieiunus in ore continuerit donec liquecat, non dolet unquam.

Adijcies item ad ollā acetū, saturiā et salem, ut in unū ferueat & in maxilla cōtineatur. Fœniculū uiride mastiget, & succū cōtineat in ore: ipsumq; fœniculū in ore contineat. Ad dentes qui rheuma patiuntur. Lucernam aritinam nouam implebis sale & claudes eius foramina, & tamdiu in carbonibus uiuis obruta sit, quandiu ipsa lucerna similis sit carboni uiuo. Ac post modū quū refugerit mittes in mortario folij drachmas duas, & cum ipso sale teres & fricabis dentes qua hora faciem laueris & facit dentes candidos & dolorem tollit. Thus & baccæ lauri in uino deferueant & in ore sustineat quandiu potuerit. Styptiriæ drachmæ duæ, strutij una, teres & uteris. Oleum cum aceto tepidum in ore contineatur. Vrticæ item minoris radix cōmasticetur. Et item ad hæc maluæ radix decocta in ore contineatur. Betonicæ succum cum uino ueteri & aceto ad tertias decoques, & postea in ore cōtineat. Ad dentem cauum lumbricos exustos ipsumq; cinerē impone. Et ad hæc item gummi hederæ denti impones. Ad hæc plantaginis radix commasticetur. Et item ad hæc maluæ radix decocta in ore contineatur. Ad hæc item betonica herba commasticetur. Corticem roboris coques cum aqua, & super quadriduum gargarizet, mire facit.

Dentifragium puluerem de lana succida in linteo ligabis, & pones in testam & in carbonibus ustulabis, & duas de ipso puluere partes & salis cōmunis tertiam partem teres, & de ipso puluere fricabis dentes & gingiuas

Veteris lectios
nis ordo quē se
quebamur, quo
niā nescio qua
incuria est ne
glectus in calce
prioris libri est
repositus.

Trociscus ad
cruciatū den
tium.

Ad dentium
ἑρῦμα.

C donec sanus sit, & non doleat dens. Enula ab ieiunis commanducata dentes confirmat. Allium cauis dentibus imponitur & aqua in qua coctum est gargarizatur. Acetū item si in ore contineatur gingiuas stringit & dentes continet. Et item caprifici radicem ex uino decoques, & ipsum uinum in ore continebis, ipsamq; tritam maxillæ impones aduersus dolorem, ipsa autem radix per messes inciditur, & hæc mittit succum aptissimum dolori. Item nucleus gallæ cōmanducatus dolori medetur. Tedas pingues in astulas concides, & in aceto decoques, idēq; acetum in ore cōtinebis. Aqua in qua lentiscus decoctus est, mobiles dentes cōfirmat. Ruborum in quibus mora nascuntur pampini decoquuntur in austero uino, & commanducantur aduersus mobilitatē. Idemq; uinum in ore tenebis. Hysopo item utiliter collues. Item cauis dentibus cinis murini fimi inditur. Vermes terreni decocti in oleo & triti infunduntur auriculæ, ab ea parte qua dentes doleant. Eorumq; uermium cinis exesis dentibus iniectis, & cæteris cæra obturatis per facile eo cadere cogit: idemq; cinis inditus dolentibus iuuat. Item comburi debent harenulæ quæ in cornibus coclearū inueniuntur, in testa & cauis dentibus inditæ continuò finiunt dolorem. Idemq; præstat fimus cortri in lana alligatus. Inuiolati autem præstantur dentes, si quotiē die manè ieiunus sub lingua habebis granum salis, donec liqueſcat. Item in dolore ceruini cornu farina colluuntur uel fricantur. Itemq; albi bulbi cinis dentibus fritiū est: ossaq; ex unguulis suis cōbusta eundem usum præstant. Caprino item lacte utiliter colluuntur. Item ebuli radicem ex aceto decoque, & diu in ore tene. Itemq; folia de buxo & aneti ramusculos teres in ollam mitte cum aceto, ad tertias decoque, & tepesactum in ore tene.

► Ad dentes laxatos. Cap. xxxvii.



Iex humore capitis se laxauerint dētes, si dolor fuerit infectus piretri radicē cōmastice & in ore teneat, omne decurrit rheuma. Est quidem radix uehemens, sed postea dolorē sedat & refrigerat. Puluis ad rheuma dentiū. Salis uncias duas teres cum melle optimo diutius, & colliges in ollam rudem quam gypsatā mittes in ignem, ubi uero in modum ignis canduerit, tolles eam, & quum refrigerauerit iterum teres, & facies puluerem & utēris. Ad confirmandos dentes. Marrubij fasciculos tres cū aquæ sextarijs tribus decoques in olla noua ad tertias, deinde gargarizabis tepidum manè & meridie per dies septem. Post hæc semen herbæ galliculans, quā alij dentalem, alij symphoniacam dicunt, mittes super carbones, & per triuectorium totum fumū ore trahes, omnes gingiuas exiccat, & humores malos producit, & dentes firmat. Myrthi fasciculum unum, cunorum rubi fasciculum unum, & corticis maligranati in aceto decoques, & inde os sæpius collues. Aristolochiam tusam in puluerem dentibus laxatis iniicies, confirmat. Gallæ [†] sinace [†] riacæ unciam unam, corticis maligranati croci denarios tres, in puluerem subtilem rediges, & gingiuis impones. Pulegij sine fumo libram unā, yris uncias sex, salis amoniaci tres, omnia tusa & cribrata pro dentifricio habebis.

A bis. Dentifriciū ad hæc folij unciã unam, yo unam, masticis aphræ unam, ostreæ testas numero quatuor, punicis unciã unam, panis combusti unã, cyperi unam. Omnia in puluerē redacta commisces & ex aceto dentes fricabis. Puluis ad humorem dentium. Farina de figala duas manus plenas tolles ac salis tantundē, facies pastam & coques ita ut in puluerem possis redigere. Costi semiunc. folij semiunciẽ, capitũ sardenæ maioris combusti semiunciam, auripigmenti semiunciã. Hæc omnia in puluerem redacta & commixta utēris sic tamen ut prius de uino ueteri os laues. Dentifriciū ad os quo omni tempore utēris. Lucernas Sabinenses tres implebis sale, quarum foramina claudes de cōpasso hordeaceo & mittes sub carbones in arula: ita ut triduo iugiter carbonibus sint opertæ: quas deinde tollens in puluerem mollissimum rediges, addes folij semiunciam, costi unam, masticis unam, omnia trita & cribrata in uino miscebis, & quotidie utēris. Ad dentium dolorem. Violam siccam in uino coques, idq; calidum in ore continebis. Vinum & piper miscebis & tepidum in ore tenebis. In dentium autē dolore qui ipse quoq; in maximis tormentis dinumerari potest. Vinum ex toto arcendum, aceto quoq; abstinentum, deinde in modico melle utendū, ac nemo dentes irriter.

Puluis ad huius
morcm dentiũ

Notã genere



B

Ad dentium molarium d. olorem. Cap. xxxviii. Roserpinæ herbam quam alij camomillam dicunt succus in aurem instillatus sedat dolorem. Item agrestis lapatiij quod alij rumicem dicunt, radix commanducatur: & succus in ore continetur, statimq; dolor tollitur: ac cum aceti cyathis quinque cocta in ore aceto tento idem facit. Item acopium calefactoriũ & ualde summum, facit enim ad eas ualitudines quæ diurnæ sint ad paralyticos straticos & opisthonicos, sed & neruorum contractiones & artericos & ad omnem dolorē totius corporis & turpitudinē ualde prodest. Recipit heræ brateæ drachmas quadraginta octo, samfuci drachmas cc. lxxxviii. rutæ feminis uiginti quatuor. Cardamomi drachmas uiginti tres. Squinantij drachmas duodecim, cacerij uiginti quatuor, baccarũ lauri uiginti quatuor, piperis uiginti quatuor, cyperi uiginti quatuor, meliloti unc. tres. Hæc omnia tundes & cribrabis grosso cribello et infundes in uino summo per dies tres, quarta die uero mittes oleum sauinũ uel spanum: & omnia superscripta coques cum oleo diligenter molli igne. Postea exprimes omnia: et in oleũ mittes cæram, & omnia reliqua in oleum mitti debēt. Postea tolles myrrhæ & stactis drachmas sedecim, cære rubeæ libras tres, therebyntinæ uncc. sex, calami aromatici tres, costi tres, styriacis tres, yo tres, piperis albi tres, piperis cōmunis tres, sinapis drachmas quadraginta octo, spica nardi unc. tres, folij unã, aphronitri tres, opobalsami sex, adipis uituli marini sex, medullæ ceruinæ sex, guttæ amoniacæ tres, olei nardini librã unam, olei sauinũ ueteris duas, olei cyprini pondo tres, olei herini tres, olei laurini quatuor, olei styracini librã unam. Ista sequentia aromatica tundes & cribrabis & commiscebis cum omnibus superscriptis, & quũ opus fuerit utēris, & super ma

Acopiũ calefacto-
rium

Cxillam impōsita sanat dentes molares. Apocum ad scyaticos & dētes mo-
lares impōsitū. Galbani unciam unā opopanacis duas, euforbij duas, smyr-
næ duas, adarcis duas, sagapeni duas, castorij duas, cæræ quatuor, axun-
giæ ueteris duas, piperis unam, omnia contundes & cribrabis. Postea ue-
ro miscebis cum galbano & opopanace & axungia & utēris omnia supra-
scripta, sed & dentes molares sanat.

Ad dentes uitiosos aut cauos. Cap. xxxix.



Allas Alexādrinas uinginti, folij quantū sufficit, aduersus gallas
masticis grana quinquaginta, croci parū, piperis grana sexaginta,
balaustij cauliculos quinque, floris rosæ quantū sufficit. Hæc omnia
in puluerem redacta habebis & utēris. Item ad dentes cauos. Titimalli &
caprifici laccum galbano resolutū, & cauis dentibus inditum, tollit dolorē,
ita ut cæram superponas ne lingua aduratur.

Dentifricium ad dentes candidos faciendos. Cap. xl.

Alias pumice



Vnice combusto & trito ad dentifriciū utēris. Itemque conchiliij
marini testam sale plenā combures & utēris, dentesque inde fri-
cabis. Sepiæ item testam tusam cribrabis, & candidi erunt, &
cum uino candido piperato dentes lauabis.

Ad dentes molares uel omnes, ut sint incorrupti. Cap. xli.

Vitis albæ, buttionis, succi cotilas duas, et mori radicum radices coques
ad tertias, & in ore tenebis & dilues per dies septem, & nunquam dole-
Dbunt dentes: incorrupti præstantur.

Ad dentitionem quando infantes dentunt. Cap. xlii.

sufficiendum



Acte caprino & leporis cerebro gingiuæ perfricant. Delphi-
ni dentiū cinis cum melle gingiuis illinitur, & eius dente gingi-
uæ tanguntur. Cerebrum pecudis in cibo datur. Folij hede-
ræ prunæ ad sufficiendum supponuntur. Et item butyrum cum
melle temperabis & gingiuas inunges. Dentes equi qui primo cadunt alli-
gati faciliem dentitionē præstant, ac melius si terram non attingant. Eunde-
mque effectum habent dentes caniculæ.

Ad uuam distillantem & ad fauces tumentes. Cap. xliii.



tacta

Orium de nuce uiridi tundes & exprimas succi uncias sex, mele-
lis unam, & coques donec spissetur, & ex eo coclear unum, patie-
ens ieiunus gargarizet. Cumularum oliuæ fasciculum unum, co-
que in aqua fontana ad medietatē & gargariza. Item ad reprimi-
mendā uuam & gingiuas tumētes. Betoniam in aceto decoques, & in ore
diu continebis, calidumque gargarizabis. uuam iacentē uel distillantem suc-
co herbæ absynthij subleuabis. Testarum ostreæ cinere addito melle illi-
niet. Et item garum optimū cocleari subijcito. Radicis item brassicæ ci-
nere tacta reprimitur. Itemque sinape gargarizato cū aceto & melle. Item
rubi in quibus mora nascuntur cauliculi decoquantur ex uino, & ex ipso uino
gargarizetur. Succus urticæ gargarizetur. Heronis item cinis cū mele
le illinitur. Puluere gallæ, & aluminis scissi, et yris flore æqualiter mixtis ic-
iuo

A iūno uuā subleuābis. Cōfectio anthera quæ ad uuam subleuandā & ad omne rheuma facit. Recipit cyperi uncias quatuor, croci deñ. tres, omnia teres & cribrabis & in puluerē rediges. Itē aliter anthera. Recipit den. unū, Yreos unc. unam, flor rosæum quatuor, costi deñ. unū, Gallæ tantundem. Itē aliter. Florū rosæ un. duas, croci magnati duas, aluminis scissi deñ. unū, gallas numero quinque, balauſtj unc. unā, yris unā, sandaracæ deñ. unū, & semis. Item yricon antheron. Recipit cyperi drachmas octo, myrrhæ duas, croci unam, balauſti unā, scissi duas, florū rosæ unā, sandaracæ quinque, yris quatuor. Item aliter. Cyperi unc. duas, florū rosæ deñ. unū, croci unum, gallæ unum, myrrhæ duos, sandaracæ duos, aluminis scissi duos, yris duos. Cōfectio antheræ ad uuam leuandā. Recipit yris semiunciā, sandaracæ semiunciā, iunci radice semiunciā, myrrhæ deñ. quatuor, florū rosæ sex, gallæ sex, stypticæ sex, croci magnati sex: omnia teres & cribrabis. Aliud uua ne molesta sit. Brassicæ folium crudū leuissime tritū exprime, ex eo succo uuam tangito, cōtinuò subsidet. Item ad uuam reprimendā. Pruni syluatici folia decoques ex uino austero & subinde gargarizabis.

Cōfectio medicamenti antheræ


Antheræ descriptio contra uulnam

Ad sanguinē ex præcisa uua nimiū defluentē. Cap. XLIII.

Succum e Cymulis Coriandri gargarizet. ◀

De tonsillarum uitio.

Cap. XLV.

B  Itē quod tonsillas appellāt, ex utraq; gutturis parte, & faucium sit. His, lactis ouilli calidi gargarizatio prodest. Fimus columbinus tritus ex uino passo gargarizat. Ficus arida & nitrū unā teruntur, deinde faucib. adliniunt, Asperitatē faucium emēdat et de stillationē, allium tritum ex pusca gargarizatū. Cocleæ demptæ, tantū coqui debent in lotæ, deinde conteri & in passo dare potui. Si quis simū ouillum cōtriuerit manu sua, uel alienas tōsillas leuabit. Lac caprinū cū myrrhæ decoctū & sale exiguo gargarizabitur. Tonsillis priuatim medentē renes, uulpis aridi cū melle triti et inliti. Hirundininus cinis ex melle ab interiore parte tonsillis inliniūt, lini semen & anetū in oleo & aqua decoctū imponiūt, & acetū gargarizat. Rubi in quo mora nascunt, caules teneri tundunt, exprimitur succus ex his, qui in sole ad crassitudines mellis coquit, hic inlinitus ab inferiore parte mire prodest. Herba quæ nascit super spineta rustica efficacissime bibitur in aqua, ubi mus decoxerit, & uermi nacia imposita prodest. Caninum coriū ter collo circumdat, fimus collumbinus, uinū, oleum in unū trita, inlinitur. ▶ Ad faucium dolorem. Cap. XLVI.



Momum teres subtilissime & cum melle attico utēris. Itemq; folium, costum, alumen scissum, spicā nardi, crocū, florem rosæ gallam, omnia æquis ponderibus in puluerem mollissimum rediges: & cum melle despumato utēris. Si autem uulnera intra os quasi alba nata fuerint. Primum de uino ueteri os collues & sic puluerem impones. Lac ouillum gargarizatum prodest. Fimus columbinus tritus ex passo gargarizatus prodest. Cortex malignanati trita & cribrata ad uncias tres, similiter roris marini unam, similiter fenoticæ

C granorū, quod de Aphrica uenit unam, gallarū Asianarū cribratarū puluerem numero sex, piperis grana xxiiij, trita omnia simul miscebis cum melle despumato & primò digito deduces, dehinc penna linies, sed & de ipso puluere inflabis per cannulā in fauces, ei hoc facies uel ter uel quater in die, quia optime curat. Emplastrū ad synanchen. Taurinū adipē & seuū urfinū pari pondere conficies & utēris. Furfures item siliginaceas in aqua mulsa decoques, & gargarizabis, & si inflans est sanguis, de ceruice extrahitur.

Emplastrū ad
Synachen.

Ad fauces limpidandas. Cap. XLVII.



D Raganti unc. tres, uuae passae innucleatae quatuor, nuclei duas, croci unam, mellis despumati quantum sufficit accipies, & ex eo mane & sero coclearia singula fumes. Lini seminis frixi, nuclei cardamomi, yris glycirizae succum ana unciam unam, cum melle despumato miscebis, & accipies ut supra. Glyrrhicae succū unciam unam, myrrhae den. duos, draganti den. unum, croci tres, mellis thymini quantum sufficit. Dragantum autem in passo infundes, & sic teres, miscebisq; omnia cum melle, & accipies ut supra.

Ad usturam palati siue faucium. Cap. XLIII.

Teres crocum & florem rosae cum nucleolo & pineae granis duodecim diligenter, & miscebis cum melle despumato, & utēris.

Ad uulnera faucium aperta. Cap. XLVIX.

D Resina therebynthina inducta optime facit.

Ad Synanchen & ad oris uulnera & anginas. Cap. L.



†spani

A Pij semen, stasifagriae grana duodecim, laserpitium, piperis uncias nouem, incacabo rudi combures: omniaque trita miscebis melle, & penna uel digito induces. Aluminis†spani tintorij optimi unciam unam, et mellis despumati duas, aut amplius, coques incacabo nouo lentis carbonibus, agitans diutissime. Quūq; se unū corpus effecerit, colabis linteo, et pēna uel digito illinies faucibus. Noces maiores tandiū in patella affabis donec in carbones uertant, postea teres in mortario lasaris optimi partē bonam diutissime, & supermittes nucleorū combustorum duas manus plenas: & tandiū simul teres, donec in modum croci molissimi redigat: & ex hoc, digito uel penna curas. Cui fauces ualde tumēt. Gallae libram unam cōtundes in mortario: mittes in uas lapideum uel mureum mundū cum aquae fontanae sextarijs duodecim, ubi per triduiū infundatur, quarta die coques agitans cum ferula, duae partes donec decoquantur, postea collabis & addes mellis despumati partem mediam, & rursum coques ad carbones agitandum donec spissetur in modum mellis, deinde leuabis & agitabis quousq; refrigerat, & repones in doliolo & utēris ut supra. Puluis ad haec. Gallas, folium, costum, alumen scissum, aloës, masticeis, singulas semiuncias conteres & tanges. Cinis pullorum hirundinum tritus in olla noua combustae spicarū nardi denarios quatuor, costi duos, croci quinque, cassiae fistulae quinque, cucurbitae siccae quinque, mentae siccae pulueris sex, maluae rusticae pulueris sex, omnia trita simul miscebis & utēris.

Curatio tumoris faucium

Puluis ad synanchen

Lupini

A Lupini crudam farinam, similiter & costi admixto succo herbæ nasturtij, teres in modum mellis, & dum opus fuerit uteris. Item ad synanchen, uel ad fauces cancro occupatas puluis. Recipe thuris masculi unciã, myrrhæ trogoditicæ unciã, floris rosæ unciã, folij aromatici unciã, costi unciã gallæ aphræ unciã, masticæ unciã, gallæ alexandrinæ decorticatæ unciã, yris unciã. Hæc omnia tundes, & cribrabis, & in doliolo uitreo repones & uteris: aut puluerem, aut si placuerit cum melle. Aliud ad uulnera quæ in faucibus nascuntur. Gallæ unciã unam, hyfopi unam, floris rosæ unam, costi unam, myrrhæ unam, folij semiunciã, costum uero in caca bo fictili igni subiectum in carbonem uertes, & dum adhuc ardet in mortario marmoreo tundes & teres. Similiter et de folio & de hyfopo puluerẽ facies, myrrham uero & gallas & florem rosæ teres & cribrabis, & sic miscebis & uteris, puro puluere, uel si habes cum therebynthina. *Cataplasma ad synanchen.* Vnges bene sartaginem de axungia porcina, & mittes finum anserinũ tepefactum, ac resolutum linteo impones aliquotiens in die, quanto enim sæpius immutaueris, tanto magis prodest. Emplastrũ ad synanchem. Tetaius uiuus cum axungia mixtus & appositus utiliter medetur. Pulli hirundinis uiui combusti cinis cum myrrha pari pondere, & melle permixtus mirabiliter curat. Cæra item cum oleo rosato resoluta & emplastri modo apposita prodest. Itemq; pullorũ hirundinis cinerem & cassiæ puluerem cum therebynthina & melle cõmiscabis, & cum penna ilinies fauces. *Emplastrũ ad synanchen.* Recipit pullorũ hirundinis cineris & cassiæ semiunc. myrrhæ trogoditæ semiunc. aluminis scissi semiunc. nitri Alexãdrini semiunc. olei uero rosati & cæra quantũ sufficit mittes, ut tenerius imponat. Si uero lactens est qui patitur, abstineat nutrix eius ab omni carne, & uino, acrioribusq; cibis, mulsam sanè bibat. Accipiat etiam ipsa nutrix potionẽ manẽ, & sero myrrhæ trogoditæ scrupulos duos cum aquæ mulsæ uncijs tribus. Omnis quoq; qui patitur dum adhuc in tumore sint fauces uinũ nõ bibat, & à carnibus abstineat. Ad synanchen. Sulphur uiuũ cũ mēta uiridi & melle teres, & fricabis tumores fauciu, quod si aggeris alumen humidũ constringens dentes. Sal frixũ cum aceto & oleo & melle uteris. Quod si ceruix dolet, de diachrismate calido oportet ungerẽ. Fel quoq; taurinũ & elateriũ resolutũ cum aqua gargarizet, & diamearon cum elaterio. Item mori syluatici cymas, myrthi, daptilos, cidonia folia cum sapa decocta & dragantũ gargarizet. Quando aut curatur, appones spongiã in aqua salsa calida calefactas, manducãdo bucellas mũdas latas, cum melle sorbilia oua. Ad hunc morbũ sub lingua sanguinem detrahi, uel de brachio, ita ut alio die apopherisim faciat, his abstinẽdo, uino, carnibus ac liquamen gargarizari præcipio, permitto uinũ cum melle quũ uulnera uerit, ante uulnera sapa pura frigida. Furfures, rosa, daptilos in aqua decocta, simul aut & uentrem subducunt clystere acto loca salmatica eligi diffiniunt propter aërem. Item phleothomũ uel apopherisim secundũ uires. *Gargarismata acra assidue ex thymo, hyfopo, origano, caricis cũ mellicra.*

C te decocta. Itemq; abrotano & absynthio cum mellicrate uti. Oleo calido cum lanis cathaplasmani frequenter nō satis calidis uentosas poni in ceruicem, abstinendū balneo, & ab escis frigidis oportet. Absynthium cum nitro & melle inunges. Amoniacum item resolutum cum melle.

Confectio diameron quæ facit ad tumorem faucium & oris uulnera & anginas. Cap. LI.



Mororum succi sextarium unum & semis, succi uuæ acræ denarios sex, croci sex, aluminis scissi duodecim, myrrhæ duodecim mellis cotilam unam, gliceos cotilam unam, coques succum donec nec ferueat: et addes mel ac simul coques ad carbones, lentos leuabis & agitabis, usque dum frigidum fiat, & sic miscebis species tritas.

Cōpositio diameron.

Confectio diameron. Recipe succi mororū sextarios quatuor, mellis pondero quatuor, myrrhæ uncias tres, aluminis scissi denarios duos, croci tres, myrrhæ duos, coques primo succum sine fumo in uase stagnato, uel fictili mundo diutissime, postea addes mel, ut simul ferueat leniter donec ad mellis spissitudinem redigatur, postq; de foco tuleris, trita pigmenta adijcies, & diutius ferula agitabis, donec se uniuersa commisceant. Aliud diameron. Recipit mororum succi sextarios quatuor, mellis pondero quatuor, myrrhæ uncias tres, aluminis scissi tres, gallæ asianæ tres, croci tres, coques succū usq; ad medietatem, & mittes in refrigerata tusa pigmenta. Diameron ad os. Recipit mororum satiuorum succi, sed melius eorum qui in rubo nascuntur, sextarios tres, leui uapore ad mellis crassitudinem rediges, tunc addes myrrhæ denarios tres, & tantundem croci, & in unum totū teritur.

Item ad hæc succi mororum sextariū unum, cum aceto & melle heminis singulis decoquunt. Confectio diameron. Recipit myrrhæ denarios sex, aluminis scissi sex, croci tres, mororum succi sextarios tres, mellis unum, seepæ heminam unam, omphacij quantum sufficit. ◀

Anginæ medendo. Cap. LII.



Menarum salutarum de capite cinis, id est, salforum pisciū ex melle illinitur. Lini semen & anetum in oleo aqua decoctum ad tertias imponitur. Acetum item & sal gargarizetur. Pix quoq; bryctia cum melle illinitur. Rubi in quibus mora nascuntur caules teneros tundes, & ex eo succum exprimes & in sole ad crassitudinē mellis coques, dehinc illinies ab inferiori parte, mire prodest. Felle caprino & anserino cum elaterio & melle addito anginæ celerrime succurritur.

† Pullus trigaris

Hysopum quoque cum uino decoctum gargarizatur. Succum item herbæ quinquemfolij cyathos tres gargarizes. Allium tritum ex pusca gargarizatur. † Puluis hirundinis si fieri potest † ripariæ: si minus, syluestris: si neugina facit. Eosdemq; pullos quidam strangulant & comburunt, cineremq; eorum in cibo dant aut potione. Item mellepedæ numero uiginti in unum tritæ in aquæ mulsæ hemina aut aceti melle addito decoquuntur, donec lenescat totum quod coquitur, & sic imponitur. Peucedanum cum coagulo uituli

A uituli marini equis ponderibus illinitur. Fel quoque caprinum aut ursinum cum melle utiliter illinitur. Ipsius etiam hominis quacumque ex parte sanguis emissus fuerit illinitus, efficacissime prodest.

Confectio arteriaces ad raucedinem uocis. Cap. LIII.



Draganti denarios nouem infundes in passo cretico seorsum, & teres. Similiter & croci tres seorsum, & daptilos pingues purgatos separatim, dragantūque & daptilos minutatim infundes, & sic teres. Item cymini denarios octodecim, teres & cribrabis, & quod asperū fuerit seorsum infundes, myrrhæ trogoditæ denarios quatuor & semis, piperis albi grana uiginti, succi glycerizæ uel glycirizæ nouæ denarios sex. Hæc singillatim tundes & cribrabis cum melle, quæ trita sunt miscebis, addito passo quantum ad formandum sufficiat, & sic facies collyria arteriaca in modum lupini minoris: quæ quū in umbra siccaueris, tenebis cum lingua, & resoluta cū saliuā paulatim gluties. Item aliter. Alii denarios tres, glycirizæ succi sex, croci tres, draganti unciam unam, in careno cretico infundes, seorsum uero singulas species teres diligenter. Postea dragantū infusum & tritum commiscebis cum omnibus his superscriptis, & facies arteriacam in modum lupini & uteris. Arteriaca ad raucedinem uocis. Recipe croci unciam unam, yris quatuor, draganti sex, glycirizæ succi semiunciam, uel furculos glycirizæ ad uncias tres. Omnia tundes et cribrabis molliter. Dragantum autem infusum in aqua diligenter teres, & reliqua simul rursus teres bene, & facies quasi lupinos, & in umbra sicca bis, & de aqua draganti eosdem temperabis. Ad raucedinem subitanæ uocis. Apij semen, cyminum Syriacum, fœniculum, anetum, pulegiū, cochlearia singula plena simul terendo in puluerem rediges, ex eo unum cochlear mittes in calicem plenū de succo fœnugræci cocto, siue in calice commiscebis, & ter in die gargarizabis, hoc quoque per triduum facies: res enim est saluberrima & experta. Ad raucedinem uocis subitanæ, olei florem tepidum gargarizet. Alia arteriaca. Recipe croci drachmas quatuor, myrrhæ quatuor, libani duas, spicæ nardi duas, cassiæ quatuor, therebynthinæ duas, mellis uero quantum sufficit. Alia. Recipe draganti & myrrhæ drachmas quatuor, thuris masculi duas, croci cilicij quatuor, spicæ nardi duas, cinamomi unā, cassiæ duas, resinæ therebynthinæ duas, mellis cotilas quatuor, coques ea in uase argenteo in uapore. Alia arteriaca. Recipe mellis optimi cotilam unam, therebynthinæ drachmam unam croci unam, myrrhæ trogoditice drachmas quinque, piperis grana decem & septem. Item alia quæ facit ad peripleumonicos & ad ptylicos. Recipe gummi drachmas octo, quas ita infundes, ut aqua supernatet, & addis mellis cotilam unam, sapæ creticæ cotilam, myrrhæ drachmam unam, quæ omnia coques ad spissitudinem, & accipies manè & post prandium.

Arteriaces compositio.

Alia compositio arteriaces

Ad gulæ & ceruicis dolorem. Cap. LIIII.



A dipis anserini perunctio remollit, eodem modo adeps gruis, farina lini seminis, nitro adhibito, ex uino calido in modum malagma

h

C tis temperatur. Farina hordeacea cum fico tuso, lenticula in aceto discocta, fici folia, & ipsa poma immatura contrita, amoniacum cum melle impositum, iuniperi semen ex oleo illinitur, folia alni uel allei ex aqua feruenti remedio sunt. Tumor ouorum lutea cum adipe anserino & rosaceo, fel taurinum uel caprinum illinitur, butyro aut adipe ursino perfricantur, opisthomyia leuatur, lacte caprae auribus infuso, simus caprinus cum bulbis illinitur, opisthomyia ex [†]miliuio cinere arido, tres obuli in tribus cratis aquae mulsae bibendi dantur. Ad haec lupinus utiliter illinitur, in ceruicum dolore poplitea utiliter fricantur, & e diuerso in poplitum dolore ceruicem fricari remedium est. ► De calastico uenditiam gulam confricabis, hoc & ceruicis dolorem & neruorum contractiones curat. ◀

† miliuio
nora

Ad humeros, cubitos, brachia & manus. Cap. LV.

Doloribus humerorum, mustelae cinis cum ouo illinitur. Sal in sacco ex aqua feruenti calefactus adijcitur. Haec praescripta, eodem modo & ad dolorem laterum faciunt perutiliter. Cocleae in testa si coctae fuerint, cum resina terebynthia in cibo proficiunt. Profunt & cocleae lateri impositae. Vpupae caro in cibo laudatur. Lana succida ex oleo calido, melius axungia uetere, uel uellera sulphure uiuo suffusa efficaciter excalesciunt. Pugionis mucro quo homo percussus est, leuiter pungi prodest. ► Neruus uulturis de alis apponitur, & statim dolor sedatur. Hos autem neruos uulturis, sed & de pedibus eius diligenter seruare debes, quia omnem hominem curant: non inquinantur usu nec pereunt, semper seruari possunt, & quum necesse fuerit, semper apponi. Item ad eadem membra si nimia perfricatione indoluerint. De calastico uenditiam in balneo, siue quum dormitum uadis, loca dolentia fortiter confricabis, & statim senties curam. Item ad humeros. Lana succida ex oleo calido imponitur melius uero ex axungia ueteri. Item quae uellere suffumigato uino sulphure, efficaciter calesciunt. Atque item mustellae cinis cum ouo linteo grosso illitus, & ex aqua feruente calefactus imponitur. Item cymini Aethiopici den. quatuor, aneti iiii, rutae turgiones ad den. duos, myrrhae unum, piperis unum, haec omnia trita ex aqua & collecta: ad denarios duos & potui data dolorem statim tollunt. Item quae sal in sacco ex aqua feruenti calefactus & adhibitus.

Ad neruos & scapulas & omnia. Cap. LVI.

Dscapulas & ad omnia. Hysopi ceroti uncias duas, terebynthiae unam, resinae fraxinae sex, galbani semiunciam, adipis anserini siue fassiani duas, nardi librā unam, butyri uncias duas, cerae libram unam, haec omnia simul mittes & solues, & dum fuerit necesse, linteo uel alude mollissime super induces & impones. Item si ex humore uel frigore, aut sanguine scapulae a dolore graui fuerint oppressae, uisum teres & in puluerem rediges. Pulegij, masticis, & thuris masculi puluerem aequis ponderibus simul miscebis, deinde oleo scapulas confricabis, & de praedicto puluere asperges, & chartam puram desuper pones, & stricte fasciabis donec omnem humorem uel sanguinem siccet per dies tres aut quinque

A quinque, in balneo charta tollat & ungat oleo & sic lauet, atq; ita potes curari, ut nec sanguifugas ponas, nec carnificē medicū patiaris. Leues enim curæ si fideliter fiant, possunt dare perpetuā sanitatē. Item ad dolorē scapulae, uel cuiuscunq; membrorū. Locum melle perunges, et farinā fabae superparges, & folia hederæ superimpones. ◀

Pectori medendo. Cap. LVII.



Purimis morbis obnoxium est pectus, & impatientissimum frigiditatis, quod quum uexatum est, non uno genere saeuit, sed infert tussim, & purulentas excreationes sanguinis, uomitus, ptyssim, synanchen, quibus singulis quemadmodum placeat, succurri explicare conabimur. ▶ Nasturtium itaq; ex lacte caprino decoctum & in sorbitione datum patenter pectoris dolorem emendat. Idem quoq; praestat, si in aqua coquatur & ipsa aqua bibatur. Ruta ex uino coquitur, & si ipsum bibitur uinum, tollit dolorem. Canapi item semen comanducatum similiter facit. Si quis circa cor uel pectus dolet, pulegium ieiunus manducet. Ad pectoris siue thoracis dolorem, si plenum fuerit phlegmate uel perfrigerit, aut tussis fuerit cum crasso phlegmate. Coques in olla noua scenugreci heminam in aquae sextarijs tribus, hysopi fasciculum unum, pulegij, sceniculi, origani & rorismarini tantundem, donec succus ad unum sextarium redigatur, exinde potionem ieiunus & sero alteram bibes, hocq; per triduum facies: sed & in balneo dum sudas accipies potionem, pectus quoq; tunde, uenditiam calastico confricabis. Res enim est optima & stomachum curat. ◀

Tussi medendo. Cap. LVIII.



Sedatu tussis & faba fricta desecta, eaq; faba in cibo uel ex melle sumpta, & tussi & ex purulentis excreationibus medetur. Aduersus diuturnam tussim, uinum phalernum utiliter & sorbetur. Itemq; ficus aridae coquuntur cum hysopo & aqua, & ex ea aqua tussientibus propinatur. Sunt item membranæ in uentribus galinaceorum quae proijciuntur, quarum cinis potioni inspersus & destillationes & pectoris humiditas tusses siccant. Testae cocleae crudae tritae cum aquae tepidae cyathis tribus sorbetur. Seuum ouinum decoctum cum uino austero tussi medetur. Oua cocta & in melle trita in cibo dantur. Oua item cruda permixta cum pari modo passi bibuntur. Sandaraca nihilominus cum resina therebynthina ouo sorbili indita editur. Pulmo item ceruinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle quotidie sumendus. Testae cocleae crudae tritae cum aquae cyathis tribus tepidae sorbentur. Cocleae cum testis suis tritae adiecto croco eduntur. Vrsinum quoq; fel permixtum cum melle. Saliuae item equi triduo potatae ternis potionibus ex aqua calida sanant; equum morti tradunt, hominem sanant. Sorbitiunculam ex alica seuo caprino perunctam dabis. Pix liquida in ouo, iecurq; lupi coctum esui datur. Lactuce seminis denarios uiginti, panacis radicem xxxvi, castorij sedecim, myrrhae duodecim, croci octo, opij duos, cum melle cocta colliges, dabisq; in modum nucis auellanae. Panacis radicis den. triginta sex, la-

† in fabae fricta decoctione

† ieiunus sorbetur

† destillationes pectoris & humiditas t. s.

C Stucæ seminis xxx. rutæ xiiij. myrrhæ xiiij. lini seminis xvi. opij x. croci sex, castorij sex. Hæc omnia cum melle cocta colliges, & dabis in modū nucis auellanæ, & sanus erit. Item fœnugræci farina cū aqua decocta donec amaritudinem amittat, adiecto melle iterū coques, & deuorata tantū, tussim sedat, & pectoris ulcera expurgat. Sepæ Aphræ cū sinapi per triiduum data tussim sedant. Sauina herba tusa in puluerem, & cribrata cum uiola rustica, & baccæ lauri siccæ pari portione trite, admixto pipere æquali parte, addito melle siue mulsa, & sic potui data mox sanat. Vitellum ouidurum ex passo tritū, adiectis calidæ aquæ cyathis duobus antequā dormitum uadis, bibas nō solum eadem, qua nocte tussim sentiebas, sed & perfratatus uitio molestissimo carebis. Enulæ puluere lingula plena melle mixto & cocto unā manè, & alterā sero accipies, hoc tussim bulsis medetur, & arterias lenit. Fœnugræcū infundes in aqua fontana, & alia die cū ipsa aqua coques in uase nouo, & quantū succi cocti exierit, tantū mellis adiungis Siculi non despumati, ac rursus leniter coques ad carbones agitando semper, fasciculo pulegij annotini sine fumo in uirga ligato, & ut scias quando sit coctum, guttā in marmore pones, quæ si cito se strinxerit, leuabis exinde, et mittes aliquantū piperis triti, uel pro uoluntate accipientiū uel temporis qualitate. Quū uero accipere uolueris calefacies leniter ad cineres, et accipias manè cochlear unū, & quū dormitū uadas alterū, & noli cum impetu uorare, ut paulatim descendat, & inferiora leniat. Item fœnugræci frixi in patella noua leniter, lentis Alexandrinæ similiter frixæ æquas portiones, fabæ quoque solidæ similiter frixæ grana decem teres diligenter. Pulegiū etiā sine fumo mastici grana & costum, piperis albi grana xxij. in melle miscebis, & dabis sero & manè cochlearia singula. Ad tussim & si sanguinem emittit. Enulæ pulueris unc. duas, fœniculi seminis duas, pulegij sine fumo duas, piperis unā. Hæc omnia tundes et cribrabis, mittes in mel despumatū, & accipies manè cochlear unū, & sero unū. Item ad tussim. Thuris masculi unc. unā, masticæ unā, resinæ frixæ melioris q̄ cyathū. Hæc omnia in puluerē redacta miscebis melle despumato, pones in focū & agitabis, & hic dabis tussienti manè cochlearia tria, et sero tria, et nō coenet. Elecmadiū ad tussim expertū. Lini seminis purgati ac frixi unc. tres, cymini purgati & frixi duas, nuclei frixi quatuor, uue passæ innucleatę iij. piperis semiunc. mellis optimi quantū sufficiat, dabis q̄ manè et sero cochlearia singula. Elegmadiū. Recipe lini seminis purgati & frixi unc. x. fulu. un. unā, hyris deñ. sex, nucleos numero xx. mellis optimi despumati quantum sufficiat, dabis q̄ in modū auellanæ sub lingua tenendum, & paulatim quū resolutū fuerit glutiat. Item elegmadiū ad tussim, ad hepar, ad splen, et ad tenfurā uenarū. Recipe cardamomi fricti heminā unā, piperis albi unc. sex, hiselij Gallici sex, mellis Attici lib. unā, rutæ uiridis fasciculū, coques in mel agitandū quandiu ferueat bis aut ter, & cōmiscebis sicca, interposito q̄ die postea accipias manè unc. unā, & sero unā. Aliud. Recipe hysopi un. unā, pulegij unam, therebynthine duas, hyris unā, piperis tres, lini seminis frixi

A frixi quatuor, baccas lauri numero quinque, amaras amigdalas uiginti, mel quod sufficiat. Elecmadiū ad tussim. Recipe petroselini, hyfopi, hyreos, peganij, piperis, nuclei leniter frixi, erui rubei, pulegij, mastici anā unc. unam mellis despumati quod sufficit. Catapotia ad tussim sedandā. Recipe galbani deñ. tres, styracis tres, opij unū, tundes omnia simul, & cribrabis diligēter, & facies catapotia, & in nocte accipiat unū siccū, sed non cœnet & postea nō bibet. Catapotia ad tussim. Recipe opij unc. unā, myrrhæ trogoditæ unā, styracis calamitę unā, galbani unā. Omnia hæc in pila tundes donec fiant ut cæra, & facies pillulas in modū pisi: ex quibus ternas cum aqua calida dormitū eunti dabis. Catapotia ad tussim. Recipe styracis & galbani & opij anā deñ. tres, miscebisq; eas & facies catapotia. Item grana piperis maioris dabis ad noctem tria uoranda. Catapotia quæ profunt ad tussim humidā. Galbani, styracis, hyris, pini & ilicis un. unā, omniaq; ea trita in puluerem melle bene cocto colliges, & facies pillulas ad dimidias, dabisq; ad noctem ternas uel quaternas. Catapotia ad tussim. Recipe piperis albi grana centū, papaueris agrestis succi semiunciā, croci denarios duos, styracis duos, castorij tres, iusquiami feminis tres, quæ omnia teres & cribrabis, miscebisq;, & addito melle iterū teres & facies pillulas in magnitudinem ciceris maioris, dabisq; ieiuno tres & sero similiter, hoc experimentatum est. Catapotia item ad tussim siccam. Myrrhæ unciā unam, piper, castorium, galbanū, opium æquali pondere, castorium & piper tundes & cribrabis, myrrham leniter tundes, & cedris tuis admiscebis: ubi omnium unitas fuerit formabis pillulas scrypuli magnitudine, dabisq; ternas uel quaternas ad noctem aqua calida glutindas. Catapotia ad tussim, & antidotū faucium summū. Apij feminis drach. octo, aneti feminis octo, iusquiami deñ. v. opij spani drach. iij, omnia colliges cū melle. Ad tussim ei qui iam desperatus est. † Lomentū fabæ, pulegiū sine fumo, hyfopū & petroselinū æqualiter un. unā tundes, spicæ Indicæ tātundē, miscebis melle despumato cū piperis triti granis xxv. ex hoc dabis cochlearia tria. Hederæ gummi resolutū uino, & in sorbitione sumptū, uetustissimæ tussi medetur. Sapæ sex cum adipe porcino pari pondere & modico salis cocta & potui data ueteres tusses sanat, & ceruicis dolori prodest. Enulæ itē puluis in uino potatus, bullis & inflationibus & arterijs medet. Piperis nihilominus deñ. sex, nuclei frixi unc. i. daptyli tres, hyfopi cretici sex, mellis despumati heminā unā, marrubij i. gingiberis deñ. xij. mellis quod sufficit. Antidotum ad tussim, quod magnā habet uirtutē. Recipe croci deñ. xv. spicæ nardi unc. i. euforbij i. piretri deñ. ij. piperis albi un. ij. opij Thebaici unū, iusquiami albi tres, mellis Attici despumati quantū sufficit. Opiū autē cum melle teres, cætera quoq; teres & tundes & cribrabis & cum melle miscebis, indeq; in modum auellanæ in aqua resolutū dabis ita, ut qui accipit nō cœnet. Ad tussim & ad eos de quibus desperat. Recipe erui sextar. i. hyris unc. i. mellis discocti pond. i. hisq; omibus in se permixtis dabis ieiuno pillulas tres ex melle inuolutas, & uespere similiter. Myrrham sub lingua te-

† Lomentū pro farina posuit.

Antidotū contra tussim.

Cneat, & in ipso momento desinit tussis. Ad tussim herbam marrubium & piperis grana uiginti quinque, fabam frixam tusam in uino teres, & cribra bis, adiecto melle cōmiscabis & utēris. Medicamentū ad tussim, quod recipit sandaracā, lybanum, medullam ceruinā, tundes autem sandaracā & lybanum, & temperabis cum medulla ceruina, & facies trociscos in modum oliuæ, & mittes in testam cum carbonibus, & pones traiectorium super testam, & cooperies de mappa, & os tenebis in traiectoriū, & sic fumū trahes. Baccarū lauri cum sinapi drach. unā, piperis unā, nuclei unā, amygdalæ amaræ unā, mellis libram unam cum dimidia, dabis cū succo foeniculæ græci. Catapotia ad tussim ueterē quæ faciunt stomacho, cœliacis, dysentericis, phreneticis, hepaticis, splenicis. Recipiunt myrrhā, opiū, styracē & hæc æqualia. Catapotia ad tussim. Recipe diastyracis & opiū drach. sex, iusquiami sex, myrrhæ quatuor, costi quatuor, croci tres, styracis item duas, et hæc de aqua singis ad magnitudinē oropi maioris, dabis quæ septem aut nouē. Beticon, pulegij drach. quatuor, hyfopi quatuor, piperis quatuor, colligis cū melle & dabis cochlearia duo uel tria, facit & ad ptyficos. Beticos den. unū, amei unc. i. opiū den. tres, nuclei tres, mellis cocti quod sufficit. Nuclei frixi unc. sex, cymini frixi unā, piperis unā & semis, uuæ passæ frixæ quinque, quæ omnia colliges cum melle, & utēris.

Ad tussientiu antiquas & diuturnas ualitudines. Cap. LIX.



D

Herebynthinæ uiciā unā, butyri unam, mellis unā, olei unam, omnia simul cōmiscabis, & in unū corpus rediges, primoque accipies cochlearia duo, dehinc tria, donec saneris. Ad ptyficos, Amygdalas purgatas numero xxi. piperis grana xxxi. sinapis cochlearia duo, tundes & cribra bis, addesque portionē mellis Attici, & dabis manē & sero cochlearia singula. Ad tussim cū multo defectu. Pinias resinatatas contractas numero tres, lini seminis libram unam, graminis uiridis fasciculū unū, pulegij tantundē, coques in uini sextarijs tribus, & aquæ celestis sextario uno, ad dimidias colabis, & adijcies mellis libram, & dabis cochlearia terna. Oximel ad phlegmata incidenda. Cap. LX.



Quillæ in carduo unciam unam, pulegij unam, hyfopi unam, origani unam, mittes in acetū, & decoques & colabis, addesque mellis duplum, & ad carbones lentos iterum coques agitando diligenter, donec spissitudinē aquatoris mellis sumat. Huncque dabis ieiuno cochlearia duo, uel quantum uolueris, & post cœnam similiter. Aliud ad phlegmata incidenda. Salis cōmunis libram unam, salis ammoniaci duas, piperis communis unc. tres, piperis albi tres, gingiberis tres, folij duas, spicæ uero nardi semiunciam, radicis lasaris semiunc. amei semiunciā, thymi semiunc. opiū seminis semiunc. petroselinī semiunc. anisi semiunc. hyfopi semiunciā, origani semiunc. erucæ seminis semiunc. micocodis seminis frixi semiunc. tundes & cribra bis & utēris. † Apizima ad incidenda phlegmata. Coques anetū siccū & radices apij in aqua, cui aquæ ad modū potionis calidæ addes oximellis simplicis cochlear i. bibesque ieiunus per

Catapotia ἄπο τοῦ κατὰ πλεῖν, id est, de glutire ac bibe re nisi ἀ κατὰ ποδῶν quod est absorbeo, de ducere malis pillulas hodie uocant, sunt qui ἀ κατὰ πόδων, id est, ἀ γυγῆ deriuant.

Legendum for cassis Aporis ma aut apozis ma.

A Per triduum, & quū uolueris. Codiorobum ad purganda flegmata. Piperis unciā unam, petrosilini unā, mastici denariū unum, erui rubei unc. tres, yris duas, hyfopi duas, nuclei quatuor, foliorū rutæ uiridis duas, mellis pondera quatuor, dabis q̄ ieiuno cochlearia singula uel bina, pro causa seu uiribus. Hyfis semiunciā, hyfopi denarios sex, mellis cytarchū dimidiū, simul coques in aquæ sextario uno & semis, ita ut sextarius remaneat, postea colabis, & accipies manē & sero cochlearia singula. † Eligma ad hæc & ad ptyficos. Erui infusi & in umbra siccati tundes & cribrabis uncias duas, sesamæ unam, yris semiunciam, mellis despumati quod sufficit. Oxiporiū ad hæc. Mellis heminam unā, aceti quartariū, rutæ uiridis fasciculū unum cymini cochlear unū, piperis grana xx. nitri denarios sex. Epithema ad pectoris phlegmata resoluenda. Butyrū, laricem, yrinum, medullam ceruinam, lini semē, scœnugræcū, cæram, adipem anserinū, omnia æquis ponderibus mittes, adipem tantum duplum mittes. Epithema ad hæc. Butyri uncias duas, adipis anserini duas, hyfopi ceroti duas, olei, aneti, nitres, medullæ ceruinæ duas, cærae quatuor. Ad phlegmata. Pastinacæ semiunciam unam, melonū feminis duas, teres & cribrabis, & cum melle despumato permiscebis, & dabis cochlear unū uel duo. Eligma ad hæc & ad ptyficos. Sesamæ unc. duæ, erui duæ, yris duæ, mellis despumati quod sufficit. Ad eos qui purulenta expuunt, uel qui apostema habēt. Laricē, butyrum, eruū, & mel ad carbonem unum corpus efficies, & dabis cochlearia singula uel terna pro ætatibus. Quidam uero succum marrubij addūt, qui phlegma & pus in pulmonibus habent & tussunt. ◀

† Ptyfi medendo. Cap. LXI.



I Nueni iam desperatum † ptyficum sanatum hoc modo. Radicis decoctio in Punici mali cortice, mixta q̄ ex aquæ cyatho uno, & lactis pari mēsurā quotidie sumptui data profuit; utilius est ptyficis & longis languoribus qui tenent, in saltibus morari, ubi p̄ nascitur, quā in mari nauigare, & marina loca uisitare. Cancris fluuiatiles ex iure in cibo sumpti ieiunis dantur. Lacerta uiridis decocta in uini sextarijs tribus, ad cyathū unum redeat, singulis cochlearibus ptyfico datis diebus singulis, donec cōualescat. Propinatur item coclearū cinis ex uino austero. Suis scœminæ lardū manducait. Herba pastæ in cibo datur. Carnes asini ex iure sumptæ ptyficis profunt. Suis scœminæ cinis expasso propinatur. Adipis recentis † pondo quadrans decoquitur in uini cyathis tribus, additur eo mel optimū, & pillulis glutitur. ▶ Pulmo uulturis combustus super sarmenta & in puluerem redactus, & cum floribus rosæ & croco æquis partibus tritus commiscetur, & in modum dimidiij cochlearis cum uini potione bibitur sero, & media nocte & ante lucem. Si autem febriunt, in aqua calida, hoc q̄ & ad sanguinis reiectionem facit. Thus masculum teres bene, & addes Sandaracæ tantūdem, & teres postea medullā ceruinā. Similiter ex his trociscos factos longos seruabis in charta, & quū opus fuerit, facies carbonem de uite ualida & extingues, & unū carbonē excuabis

† Eligma

Oxiporiū pos
ros penetrans,
alijs caractici
phlegma me
lanchohamq̄s
enecans:
ἐπίθυμα oper
culū, medicis
quicquid ad re
frigerandū sum
perimponitur
significat.

† ptyhifz

† ptyhificum

† pinus

† unciæ tres

C quantū possit recipere medicamento. Pillulamq̄ in modum ciceris maioris formabis, & hunc rursus accendes, & pillulam suppones, traiectoriumq̄ operies circumdato linteo, ut totus fumus introducatur. Quum uero respirare uoluerit ac tussire cœperit, digito claudat, hocq̄ ter faciat, singulas pillulas singulis imponēdo carbonibus: hoc & ad tussim & ad reiectionē sanguinis facit. Dragantū album tenerum eliges & infundes in careno optimo biduo uel triduo, postea teres diligēter, & addes mellis Attici quantū sufficit post meridiem. Ad ptyficos uel ad eos qui purulenta expuūt, ad eruptionem sanguinis & tussim ueterē hoc medicamentū bene facit. Opij denarius unus, aqua exigua diluitur, & cum aluminis scissi triti puluere sex miscetur, & fiunt globuli ciceris amplitudine, danturq̄ ieiuno quaterni uel quini. Ad secandum rheuma ptyficorū temporalium. Anisi unciam unam, apij feminis unam, petroselini unam, myrrhæ trogoditis denarios duodecim, piperis albi sex, spicæ nardi unum, mellis despumati quantum sufficit, dabisq̄ in modum auellanæ cum aqua calida. Antidotum ptyficis incomparabile. Piperis denarij tres, myrrhæ unus, opanacis unus, thuris masculi unns, opi j unus, gingiberis unus, lasaris dimidijs, rutæ siccæ uncia una, abrotani una, nascisci una, pulegij semiuncia, mellis optimi despumati sextarius unus, uini aminei quartarius, papaueris quoq̄ triti & excocti, hinc ptyficis propinare prodesse memoratur. Aliud antidotum.

Recipe piperis albi unciam unam, cardamomi unam, opi j unam, iusquiami unciam unam, myrrhæ denarium unum, clauci cretici denarios sex, croci tres, sulphuris uiui semiunciã, gentianæ denarios sex, ex quibus quæ debent tundi tundantur, & quæ teri terantur, & cribrata uniuersa cum melle Attico quantum sufficit cōmisceris, ita ut spissitudinem in modum emplastrifri efficias, hoc denuo in mortario teres, & in uitro repones. Dabis autem magnitudine baccae lauri non plures ex aqua calida, quum dormitum uadit, ne aliquem super sumat humorem.

† Synthesi curando. Cap. LXII.

† Syntexi
† ptyphisi
† similis
† congio uno
† cōmiscetur



Ynthesis quoq̄ nec periculo nec facie† ptyphi† dissimilis morbus est, cui sic medetur. Alicæ cyathi tres, in passu sextario uno, & aquæ sextarijs sex† cōiungunt, & sensim coquuntur, donec aqua consumatur, tunc suffundunt lactis ouilis ac caprini sextarium, quo subferuefacto fit genus sorbitionis, qua per se primis diebus curatio nis loco utuntur, procedentibus diebus & mel adijciunt. Ad hæc utilissimum putant eos in aqua marina lauari. ➤ Oxiporiū ad synthesim uel ad tussim quod conficitur sic. Pipere albo uncia una, gingibere duabus, petroselino duabus, libistico drachmis sex, factum puluerem cum melle despumato per dies octo in sole teres, & hinc ieiunus cochlear unū accipies.

Oxiporiū ad
synthesim.

Ad sanguinem excreantes & ptyficos effectos. Cap. LXIII.



Orri sectiui succum cum lacte mulieris, siparum cyathos duos ieiuno dabis tepesfactum. Ad hæmoptoicos. Seminis caulium denarios tres, myrrhæ duos, picis optimæ duos, teres diligenter,

A diligenter & cribabis, dabis febricitanti cum aqua, sanis uero cum styptico uino cochlear plenum. Sed diebus ipsis cerebellum porcorum comedat & daptylos: panem autem modicum micatum cum ipsis cerebellis accipiat. Quinque crudorum ouorum lutea in uini hemina propinantur. Prodest item aquam bibere, in qua cytonia decocta sunt. Spongiæ aphræ cinis cum porri sectiui succo sorbetur. Sanguinem nihilominus excreantibus, herbæ secretionis succus ad cyathum unum potui datus, sanguinem sistit. Sanguinem item excreantes marrubij contriti in uini cyathis quatuor, calicem unum ieiuni bibant. Sanguinem per os qui iactat, uel pus, Betonice den. nouem, & lactis caprini recentis cyathos tres bibat per triduum, & continuo sanus erit. Ad Hæmoptoicos. Porri sectiui succi coclearia duo, plantaginis maioris succi duo, succi rumicæ duo, aceti acri coclearia tria, omnia permixta per triduum dabis. Ad eos qui pus expuunt. Lini seminis denarios duos, gummi ueteris cyathos sex, picis tritæ & cribratæ denarios quatuor, abrotani triti & cribrati duos, amigdalas amaras numero quindecim, thuris masculi den. decem, resinæ therebyntinæ unum, galbani duos, mellis Attici pro modo, omniaque simul commiscebis donec ad crassitudinem ueniant, & dabis ad manducandum. Ad hæmoptoicos. Fœnogræcum purgabis diligenter, & in cacabo nouo feruere facies, & primo feruore effundes, sed non totum: postea addes aquam, & ferueat usque dum excoquatur, postea colabis & mittes marrubium album, nuces, pineas, pulegium, eruum, & camephitum, ut totum in se ferueat, diebusque sex bibendum dabis. Trocisci ad hæmoptoicos. Recipe hypocisti balusti citini ana unciam unam, omphacii drachmas tres, gummi unam, aquæ celestis quod sufficit ad faciendum trociscos: habeatque trociscus denarios tres, febricitantibus cum aqua calida, sanis uero cum uino. Trociscus diacantes ad hæmoptoicos. Recipe acantis drachmas sex, hypocisti sex, lycii Indici quatuor, opii quatuor, balustii quatuor, myrrhæ duas, reupontici quatuor: accipit hic rosam, aut myrthum, coques cum sapa omnia, & facies trociscos habentes drachmam unam, & dabis cum sapa cyathos duos. Trociscus cum hæmoptoicis optimus. Recipe libani, roris Syriaci, hypocisti, corallii ana unciam unam, tundes, teres, & cribrabis, omniaque simul miscebis, & facies trociscos habentes drachmam unam, dabisque cum oxirate.

Sanguinem reiicientium curatio.

Cap. LXIII.

Oxirate, hoc est, acetum diluatum



Ex alto præcipitati sunt, millefolium bibendum datur ex aceto, cruenta excreantibus. Quinque ouorum mediola cruda, in uini hemina propinant, si & purulenta sint quæ expuuntur eodem tempore ouum crudum cum pari mensura succi porri sectiui sorbetur. Itemque Græci mellis calefactum hauritur. Ad excreationem cruentam. Cocleæ elixæ teruntur, & ex aqua bibunt, prodest aqua pota ubi cydonia decocta sunt, cocleæ illotæ ex aqua marina coquuntur, & ita deuorantur. Cocleæ rursus cum testis suis tritæ addito croco eduntur. Spongiæ Affricæ cinis cum porri sectiui succo sorbetur, porri capitati succus cum farina thuris sorbetur, farina qua chartæ glutinantur calida in modum sorbitionis

fumitur. Aquę in qua rosa & ruta & hysopum decocta sunt uino miscetur,
 & ita potui propinatur, marrubij quoque scopę cum pane decoquuntur,
 æque ex aqua bibuntur. Vuę in uinaceis seruataę aptę sunt excreantibus
 sanguinē. Oleastri folia decoquuntur ex melle, & dantur cochlearia tria, pal-
 mę quoque thebaicę eduntur. Cytonia matura deuorantur cruda. Nuclei
 migdalarū cum † amilo & mentastro deuorantur. Semen urticę aut myr-
 † amilo ti contritum in uino bibitur. Gummi optimum cum uino resoluitur & da-
 tur: & si fieri potest gummi ex amigdalis sit. Rubi in quibus mora nascun-
 tur cauliculi teneri tunduntur, ex his succus exprimitur qui in sole ad crassitu-
 dinem mellis siccatur, hic haustus sanguinem efficacissime sistit. Eorundē
 ruborū caules ex uino austero decocti eduntur, idēq; uinum bibitur in portio-
 ne. Cornuceruini cinis in uino uetere potatur. Bubulinus sanguis cū ace-
 † modico to † modice sumptus iuuat. Hedini sanguinis recentis tres cyathi cum parti-
 mensura aceti feruentis potui dantur, coagulum ceruinum ex aceto datur.
 Item coagulum leporinum eodem modo.

Ad sanguinem reijcientium curatio. Cap. LXIII.



D Usquiami seminis drachmas sex, lini seminis, aneti seminis, sty-
 riacis, dauci cretici, croci anā drachmas quatuor, opij purgati
 & castorij anā tres, myrrhę duas, mandragorę quatuor, pipe-
 ris octo, omnia teres diligenter, addisq; melis optimi quod suffi-
 cit, simul miscebis & dabis. Item simphiti radice nocte sub cinere rasę &
 trita unciās duas, mastice aphrę unā, nuclei pinei unā, piperis grana unū
 & uiginti trita melle despumato miscebis, & superadijces betonicę her-
 bę tusę pulueris unciās duas, & ex eo mane & sero dabis cochlearia duo.
 Fimum caprinum tritum in puluerem, uel ipsum fimum recentem in lacte
 caprino dabis bibere. Herbę serpilli montanę siccę & tusę puluis de-
 narios duodecim, & cum uino potui datus sanguinem sistit. Item caprifi-
 ci folia siue radices in cinerem redacta, & ad denarios duodecim in uini cya-
 this tribus, potui data etiam & dysentericis faciunt. Sulphuris uiui dena-
 rios tres in ouo crudo forbeat. Foeniculi folia trita, & cum aceto mixta pe-
 ctori apponas, ac potui des, mirifice iuuant. Pulmo itē uulturis in fermen-
 tis uitis combustus, & in puluerem redactus, & cum floribus rosę & cro-
 co æquis ponderibus tritus in modum dimidij cochlearis cum uini portio-
 ne bibitur, sero & media nocte & ante lucem, febricitantibusq; cum aqua
 calida accipiant: hoc etiam ptyricos mirē sanat. Sanguinē reijcientibus
 qui de alto ceciderunt. Verbasci radice cortices in ligno tusos admixto
 uino dabis bibere, facitq; iumento rupto ea potio, per cornu datur, facitq;
 ad eos qui aliquid interius ruperint.

Ex alto præci-
pitati sanguinē
excreantes.

Ad eos qui sanguinem de stomacho uel uena
satis emittunt. Cap. LXV.



G ummi Alexandrinū teres diligenter, & facies puluerem moli-
 lissimum, & ex hoc cochlear plenum mittes in puscā megel-
 tam & bibes; sed de ipso puluere mittes in orizā siue in simi-
 lam

A lam ex lacte coctam, & sic manducabis. Gummi optimū in ore soluatur, & sic paulatim glutiat, multoq̄ melius si in amigdalinum fuerit. ◀

De cruciatu dentium curatione iuxta antiqui
exemplaris seriem. Cap. LXVI.



Vcurbitæ satiuæ decoctæ succus inhihet dolorem, & mobilitatem stabiliet in ore compressus. Enula ab ieiunis cōmanducata dentes confirmat. Aqua in qua allium decoctum est gargarizatur, & idem alliū cauis dentibus inditur. Asparagi erratici succum in ore contineri oportet, aduersum dentis mobilitatem. Acetum si in ore contineatur, gingiuas stringit, & dentes cōtinet. Oliuæ nigræ, amurcæ muria eodem modo stabilit, caprifici radix ex uino decoquitur, uinum in ore continetur, radix trita maxillæ imponitur aduersus dolorem: caprifici autem radix per messes inciditur, & hæc mittit succus, aptissimū dolori. Nucleus gallæ cōmanducatus dolori medetur. Tedæ pingues in astulas conciduntur, & in aceto coquuntur, idq̄ acetum in ore continebis. Aqua in qua lentiscus decoctus est, mobiles dentes cōfirmat. Ruborum in quibus mora nascuntur, pampini decoquuntur in uino † austeri, & commanducantur aduersum mobilitatem, idq̄ uinum in ore continetur. Millefolium in dolore manditur, tritumq̄ maxillæ imponitur. Radix † yostiami ex aceto cōmanducatur. Plantaginis radix manditur, & eiusdem succo in aceto decocto, & tepefacto dentes colluuntur. Quinquefolium in quo fraga nascuntur eluitur aqua marina, deinde coquitur ad tertias ex uino & aceto, idq̄ in ore diu cōtinetur: quidam uero malunt cinere eius dentes fricare. Hyssopo utiliter colluuntur. Cauis dentibus cinis murini fini inditur. Vermes item terreni decocti in oleo & triti infunduntur auriculæ, ab ea parte qua dentes dolent, eorundemq̄ uermium cinis exesis dentibus coniectus, & cæteris cæræ obduratis, perfacile eos cadere cogit. Idemq̄ uermium cinis inditus dolentibus iuuat. Comburi debent in testa arenulæ quæ in cornibus cochlearum inueniuntur, cauis dentibus inditæ, continuo finiunt dolorem. Idem præstat fimus corui in lana alligatus, inuiolati uero præstantur dentes. Si quis quotidie manè ieiunus sub lingua habeat granum salis donec liquefcat. Ceruini cornu farina in dolore uel colluunt, uel fricantur. Albi bulbi cinis dentifritium est. Ossa ex unguis suis combusta, eundem usum præstant. Caprino lacte utiliter dentes colluuntur. Ebuli radicem ex aceto decoque, & diu in ore teneatur. Folia de buxo & ramusculos aneti teres, in olla mittes, & cum aceto ad tertias decoques, tepefactum in ore tenebis.

† austero

† iusquiami

C. PLINII SECUNDI

DE RE MEDICA LIBER

SECUNDVS.

Priora quatuordecim huius libri capita in uetusto codice nō erant, notha tamen inscriptione (ut alia non pauca) exhibere quā praefermittere maluimus, ad rem enim nō nihil facere ducimus.

► Pulmoni medendo.

Caput primum.



Oeniculi succi cyathus unus potui datus mirifice pulmoni facit, nullumque inest periculum, etiam si febricitanti datur. Pentaphylli herbae succus ad cyathos tres, potui datus uitia pulmonis emendat. Aceris item arboris succus ad uncias tres saepius sumptus, pulmonum ulcera sanat. Cedrum integram decoques, & ex ea aqua in potum cyathos duos assidue dabis: ea enim pulmonibus uitiatīs, teterrimum spiritum emendat. Lac cum herbae centauriae tusae puluere quasi cataplasma factum, calidumque pectori sinistro superpositum per dies quatuor, uitia pulmonum sanat: lac uero quotidie bibet cum herbae supra scriptae puluere ad denarios duos. Butyrum ex melle pari mensura decoques donec rufum colorem trahat, reponesque in pyxide, & ieiuno ligulam plenam dabis ei qui pulmones ulceratos habet. Raphani succi cyathos duos, passi Cretici tres bene permixtos tepidos dabis bibere, pulmones uitiatos sanat. Ad pulmonum dolorem. Anetum siccum uetus teres atque cribrabis, resinam quoque miscebis cum adipe ueteri. Butyrum etiam & mel aequali modo coquesque usque dum rubeus color sit, repones in pyxide, & inde mane & fero ligulam edat, cui ulceratus pulmo fuerit, idque reddet eum sanum. Ad eos qui pulmonum causa tussunt, uel phlegmata spissa cum sanguine mixta proijciunt, infundes pridie dragantum in aqua, & coques cum melle despumato, ac supermittes croci triti quantum necesse fuerit, & ex hoc dabis mane & fero cochlear unum. Ad eos qui pulmonis uitio tussunt. Squillae pond. quinque, aceti optimi sextarios decem, pineas tres, pulegij fasciculos tres, coques ad tertias & colabis, addesque mellis despumati sextarios nouem, & iterum coques usquedum bene se commisceat, & accipies ad cochlear pro uiribus. Cerui masculi unciam unam, encini spermatis unam, opopanae cis unam, citaperi unam, hysopi unam, aristologiae rotundae unam, mellis quod sufficit, commiscebis, dabisque in modum auellanae maioris cum aquae cyathis tribus. Ad uitia pulmonis. Corij cedri exterioris libram unam, mellis tres, uini Amineii unam, piperis unciam unam, zinziberis duas, petroselinum unam, coques uero cedriam in uino usque dum uirtutem amittat, & uinum ad dimidias redigatur: & ita mittes mel ad spissitudinem mellis, ita ut agitando refrigescat, & superinfundes in siccum, & terendo unum corpus efficies: hoc facit & stomaticis,

Ad suspirium. Cap. II.



Herbæ Sauię, deñ. duos, butyri, mellis uncias duas, cōficiēs ele
ctuarium, & ieiuno dabis. Itemq̃ raphani semen & sulphur ui
uum pari portione trita et mellis admixta ieiuno ad cochlear da
bis, aut radicis succum cum aqua mulsa bibat. Marrubiū cum
suis radicibus tundes, & succum ex eo melle admixto equaliter coques, &
ex eo singulis diebus cochlearia duo sumes, suspirium aufert, & concreta
phlegmata ex intimo pectore educit. Præstat eadem herba sicca in aqua
decocta & similiter data. Betonicæ herbæ pulueris denarij duo, in nitro
mellis uel oximellis cyathis tribus, dati suspirationes auferūt, & omnia inte
riora phlegmata sursum euocant, & stomachū purgant, & dolorem eius au
ferunt, si quotidie bibuntur. Facit eadem herba in aqua decocta, & eadem
aqua in nitro mellis data. Mel & butyrum simul decoques donec soluan
tur, deinde adijcies aphronitrum matronale ad dimidium, & utēris.

Aristologiæ rotundæ radicis succum siue puluerem ad duos denarios in
aquæ calidæ cyathis duobus potui dabis, suspiria & singultus emendant.

Super carbones simum siccum carbonibus incensum pones, & per tra
iectorium fumus eius ore ductus, suspirium tollit. Roris item marini uir
ridis fasciculum bonum decoques in aqua, cum tribus carycis Germanicis,
donec fiat quasi carenum, indeq̃ dabis matutino calicem bonum, & si uo
lueris, similiter post cœnam. Betonicæ siccæ pulueris unciam unam, ex
aquæ calidæ cyathis duobus bibat. Ad hoc, & anhelitum, Cotomorum

B succi cyathos tres, ex melle æquali siue uino decoques. Sumpti enim suspi
rio laborantes releuant, & hydropicos ac spleneticos factos. Cocta simi
liter cotonea & tusa & illita, uel in modum cataplasmi imposita emendant.

Sulphuris uiui denarios treis in ouo sorbili accipiat, ita ut frigidis absti
neat. Aphronitri matronalis pastillum unū, aut duos, uel tres cum mul
sa bibat: herba enim quæ in arborum lacunis, cauīs q̃ corticibus consistit,
potata cito liberat. Fel quoque ursinum in aqua calida dilutum ieiunus
bibat donec sanetur, quod celerrime cōquiescit. Item betonicæ denarios
octo in cyathis tribus mulsæ, ieiuno dabis, quum dormitum uadit.

Trociscus ad *σόρον*, hoc est suspirium. Recipe ammoniaci triti drach
mas octo, abrotani octo, castorij quatuor, omnibusq̃ tritis facies trociscos,
& dabis cum oximelle.

ὁ τροκισκός
πρὸς τὸν σό
ρον.

Ad mamillæ nucleolos, & cancrum.

Cap. III.



DAptylum purgatum ablata interiori albugine, teres cum cibul
la Germana, & coriandro uiridi, apponesq̃ & sanabitur, si ta
men initio est. Ad cancrum mamillæ. Herbæ quæ dicitur cu
cubus folia, & de tyrso eius quicquid uiride fuerit partem unā,
& herbe quæ dicit̃ pastellus partes duas, tundes diligēter, deinde infusas
micas panis recenter expressas cum herbis teres & facies quasi cærotū, &
pones in mamillam manē & serò frigidū, & curabis cancrum qualiter uis.

C Herba autem pastillum ab una radice ascendit, & super xiiij. uel amplius dispergitur super terram. Ad dolorem mamillæ. Medullâ quæ sub cortice pini uiridis est, siccabis & teres, & cribrabis, & ex eo puluere cochlear plenum dabis cum uino calido ieiuno, ita ut in ipsa parte iaceat. Ad dolorem mamillarum, qui fit ex plenitudine lactis post partum. Cerusa cum oleo roseo bene trita, & illita, statim dolorem sedat. Ad mamillarum dolorem, quem pregnantæ aut post partum patiuntur. Ouorum putamina bene trita, & ouorum coctorum uitellos tres, tritos admiscebis, crocum etiã aliquantulum, & rosacei, cere ponticæ quod sufficit, factoque ex his ceroto linteo impones: hoc & infantibus bene facit ad punctiõnem. Cæræ libram unam, adipis leonini unciam unam, adipis caprini duas, medullæ ceruinæ duas, singulariter teres & simul miscebis, & exinde linteolo molli induces, & super mamillas pones, uel infantes, & ex eo perunges, sicut supra præcepimus. Ad mamillæ duriciam, uel dolorem compositio. Recipe adipis leonini libram unam, adipis strutionis unam, adipis lupini unam, styracis uncias tres, olei sauiniensis pond. sex, fontanæ sextarios duos, herbæ autem in oleo coquuntur donec aqua exiccetur, deinde colantur, cui oleo calenti admiscantur adipēs suprascripti, nouissime cæra punica una, aphra quantum sufficit ad cerotum. Oportet autem in uitreo uase reponi. Herbæ symphoniacæ foliorum libram unam, colophoniacæ duas, axungia ueteris sine sale unam, fermenti uncias sex accipies. Fermentum uero in terra moria solues & miscebis. Resinam item & oleum solues cæra addita, & in doliolo uitreo repones. Ad mulierum mamillas marmoratas herba paretaria cum axungia sine sale tusa, & imposita tertia die aperit, sicut à balneo utatur tertia die claudit. Sic enim Aurelia Rustica curata est. Ad tumorem & dolorem mamillarum. Styptiria herba uiridis trita, admixto pane in aceto infuso aut axungia, impositaque sanabit. Marrubium bene conteres, & cum axungia ueteri contusum ac impositum ad tumorem mamillarum, & si fuerit uulnus, purgat & curat. Ad tumorem mamillarum, & ad febres præsens remedium. Mellis uncias nouem, olei rosati sex, cæræ quatuor, resolues, colabis, & res res quousque album efficitur, & uteris. Ne uero mammae crescant creta cymolia cum aceto cataplas.

Ad dolorem stomachi cum accidia & nausea, & ad inflationem & defectionem. Cap. IIIII.



Masticæ Aphræ, Absynthij, pontici succum, pulegiū siccum, partes portiones tritas in uase uitreo seruabis, & dum opus fuerit, stomachum nardo inunges, et sic puluerem sparges, & chartam pones, & super chartam lanam, & fascias. In dolore & uicio stomachi, calastico uentidiani sæpius stomachum confricabis. Herbæ betonicae radicem fasciculū unū, uerbenæ unū, agrimoniacæ unū, coques in olla noua cum aquæ sextarijs nouem ad tertias, & exinde ieiunus potionem mane unam & sero alteram bibat per dies septem, uexatum stomachum releuat. Confectio. Rutæ

Curatio doloris mamillarum ex abundantia lactis post partum.

Mamillarum duriciæ curando compositio.

Muria legendum uidetur.

Aurelia Rustica.

A Rutæ feminis cochlear plenū, salis montani tantundem, sulphuris uiui similiter, hæc omnia teres diligenter, & cum uino miscebis, ut singulas portiones per triduum ieiunus bibas. Terræ malum coctum & tritum melle modico admixto cochlear plenum ieiunus manduces, accidiam tollit.

*Compositio ad
dolorē capitis*

Carnem item uaccinam cum aceto coctam & conditam oleo, sale, aneto, porro, mauduces per dies septem, lassum stomachū subleuat. Ad dolorē & fastidiū stomachi, qui nec cibo nec potui iuuatur, ructus quoque amarus patitur. Centauriæ unum, fellis terræ conteres libram unam ex aquæ calidæ cyathis quatuor, dabisque ieiuno bibendū per triduum, discutit infirmitas.

*Fomentum ad
dolorem stoma-
chi.*

Fomentum ad dolorem stomachi. Absynthij fasciculū unum, aneti unū, masticæ semiunciā, nardi celtici semiunciā, styracis tantundem, olei pond. quatuor, melum uel citonium uiride uini ueteris hemina, omnia hæc infusa prius feruefacies, & postea fouebis. Ad dolorem stomachi quo in modum epithymi uti debeas. Citonii purgati crudi triti uncias quatuor, aloës triti duas, masticæ Aphræ pulueris unā, daptylos pingues purgatos & tritos numero quinque: his omnibus cōmixtis facies cerotū de olei camomilini uncias sex, & cærx tres, & in hunc cerotū mittes superscriptas species, & uteris. Ad inflationem stomachi ex qua defectus & angustia nascitur. Bulbum crudum in pila tundes, hunc in mortario in modū ceroti teres, ad desque pulueris aluminis scissi quantum ad substringendū sufficiat, deinde pannū ex eo illiū & tepefactum stomacho superpones. Ad inflationem stomachi, rutam manducabis. Potio ad uentositatem stomachi tollendā.

*Medela inflati-
onis stomachi.*

*Potus aduersus
flatus stomachi*

B Cecudam, allium, & lauri folia simul coques cum aqua, & bibes ieiunus & post cœnam. Enulæ pulueris cochlear unum ieiunus bibas in uino. Epithyma ad uentositatem stomachi, meliori uncias quatuor, fœnugræci quatuor, costi cimini unam, apij feminis duas, cærx tres, olei quatuor, nardi quatuor, daptylorū uino infusorū quantū sufficit. Item ad inflationē stomachi. Piperis den. xi. pulegij sex, liqua, et dabis cochlearia tria mane & sero. Potio ad dolorem stomachi splenis & hepatis. Cap. v.



Piperis uncias tres, piretri semiunciam cyperi den. xviii, spice cellicæ unciam unam, omnia separatim macerantur, cribrant, atque pensantur: & facti ex his pulueris datur in potione uini absynthiaci cochlear plenū post curationem corporis & unctionem, ita ut accipiat in primo triduo, & biduo intermisso, rursus accipiat biduo, iterum intermissa una die accipiat duas partes, cochlear unum post unum. Catapotia ad dolorem stomachi quæ uentrē leniter laxant. Recipe aloës drachmas duas, gentianæ unam, masticæ unam, facies ex his catapotia erui magnitudine, & dabis incipiens à tertia usque ad septimā. Ad stomachi dolorem. Vrticam summā semen habentem deme, & diligenter laua, & ex ea forbitionem facito bene conditam sine pipere: utilissime enim sumitur ad omne genus ualitudinis quod in stomacho prouenit, ac sine dubio curabis, & ut breuiter explicemus, quantū eī cōstet de laude experimenti omnem librum possemus replere, hoc facias quod infra scriptū est. Fœniculi radi

*Catapotia ad
dolorem stoma-
chi.*

*Amuletū præ-
sentantiū dolo-
ris stomachi.*

Cis illa quæ de foris est tenera sublata pond. unū & semis, per triduum in aceto macerabis, tertia die decoques ipsas radices modicum, colabisque & adiunges in ipso aceto mellis sextarium unū, ita ut simul ferueat ipsum mel cum aceto, & adiuicito aloës semiunciam, amei unciam unam, masticæ semiunciam, asari unam, omnia hæc mixta ieiuno dabis cochlearia tria: quod si inflatio stomachi, uel intestinorum erit, pulegium bibito uel manducato. Ad inflationes. Rutæ hortensis modicum in potione sarcillum mittes. Ad stomachi dolorē. Folia rosæ quinque uel septem, aut certe nouem, cum piperis granis totidem, trita ex aqua calida bibas. Ex nuce pinea grana numero uiginti purgata, & cuminū quod tribus digitis capere potueris, conteres bene in mortario, additis aquæ frigidæ cyathis duobus, atque earum rerum uncia dimidia danda, uelociter sanat.

Inflationis curatio.

Ad calefaciendum stomachum & angustias eius. Cap. VI.



Rutæ, aneti, mentæ, apij, fasciculos singulos decoques in aquæ calidibus tribus, ita ut ad unum calicem redeat, et eam aquam bibes. Ad defectionem & calefactionem stomachi uel neuseam. Absynthium & anetum in aqua decoctum ad tertias, accipias detergit, calefacit, et consolidat. Ad angustias stomachi, de melle, oleo & uino farina hordei, fœnugræci, meliloti, apij seminis, samfuci, camomillæ, absynthii ana unc. duas, accipies & facies cataplasma, & uteris diebus quinque, & habebis horis ternis impositum: bibas autem ipsis diebus ieiunus apozima radicum apij cum oximelle. Post cataplasma autem uteris epithymo hoc. Recipe aloës uncias tres, hyreos duas, apij seminis semiunciam, nitri unam, baccarum lauri tres, fœnugræci tres, samfuci tres, cæræ semiunciam, mellis pro oleo quantum sufficit. Post epithyma autem bibat hieram artemisem, et post aliquot dies bibat costi cochlearia singula, interiecto biduo.

Contra deliquium stomachi, ac fastidium.

Hiera artemisem.

Ad confortandum stomachum. Cap. VII.



Mentes in frixorium sapæ sextarium ex parte tertia & olei rosacei guttas duas, ubi coeperit feruere florem fœnugræci & lentis æquali mensura addes, quod quum fuerit spissatum, pones super stomachum per triduum. Cataplasma ad stomachum confortandum & stringendum uentrem post fluxum, siue post catarticum. Panem fermentatum mundum coques in uino ueteri siculo, si æstas est. Absynthii herbæ puluis simul coquit, & inducto panno oleo rosaceo modico, & manu superlito impones: hyeme uero absynthium non mittes, & oleo communi uteris. Confectio epithymi, quod confirmat stomachum. Absynthii fucicunciam unam, olei nardini sex, masticæ quatuor, cæræ sex. Item confectio rusticon ad confortandum stomachum, ad nauseam & ad uentrem stringendum, quæ in modum epithymi conficitur. Recipe daptylos minores numero uiginti, infusos in uino ueteri & tritos, polentæ uncias tres, masticæ duas, absynthii unam, laudani duas, styracis tres: si autem colicus est, addes meliloti uncias duas, rosæ siccæ unam, omphatii unam, olei lentiscini quod sufficit.

κοιλιασμοσ
corroboratiuum
stomachi.

D

Compositio epithymi confortantis stomachum

Medela colicis

Ad

Ad digestionem stomachi. Cap. VIII.



Neti semen cum origano & pipere equali portione in puluerem rediges, accipiesq; inde denarios duos in uini cyathis tribus: est enim magnificū. Ad hoc oxiporiū diaciminos. Piper, cymi

Oxiporiū dia-
ciminos.

num, & rutam siccam in puluerem redacta cōmiscabis, et cū oximelle despumato temperabis, & in dolio recōdes, & ieiunus mane cochlearia singula accipies. Oxiporium quod facit ad digestionem, malaxat uentrem, inflationē tollit, facit & ad collū. Recipe cymini Aethyopici uncias duas, rutæ uiridis semiunciam, piperis albi deñ. nouem, petroselini autonici sex, zinziberis non permisi semiunciam, nitri rubicundi sex, mellis quantum sufficit. Hæc omnia uero, excepta ruta, tunduntur in aceto tantū quantum possit à puluere bibi die una: alia uero die teritur ruta uiridis diligenter, & in mortario cum melle miscetur, & sic species quæ infusæ sunt cōmiscentur: accipiat autem cochlear plenum ante prandium & post prandiū.

Ad hæc leuistici semiunciam, zinziberis semiunciam, piperis albi unciam unam, sylini deñ. tres, lasaris radicis tres. Digestoriū membrorum optimum. Recipe leuistici deñ. iiii. zinziberis unum, petroselini tres, piperis albi unum, cymini unum, careni sextariū unum: hæc omnia tusa & trita miscabis cum passo superscripto. Catapotia ad digestionem. Absynthij & hyris æqualia cum melle colliges, & dabis in lecto secundū uirtutem. Ad stomachum purgandum, & ad uentrem molliendum. Cymas de sambuco

elixabis, & manducabis cum impensa secundum uires.

Ad fastidium stomachi, & ad Carbunculum. Cap. IX.



Yminum Syriacum bonum in aceto infusum succicabis, & teres in mortario, nucleos quoq; infusos, tydartū, foeniculi semen & aneti cochlearia terna simul teres diligēter, addesq; piperis cochlearia quinque, & rutæ foliorū septē, & mellis despumati optimi libram unam, omnia simul conteres & superaddes acetum, estimabisq; ut sit in modū sinapis mediocriter temperati, & repones in doliolo uitreo, & exinde cum pane uel quibus uolueris cibis utēris, etiam si cum cochleari forbeas, multū prodest. Si autem super ipsum in acetabulo liquaminis cochlear unū melius sapit, & hoc non solum in prandio utēris, sed & in cena. Res enim est optima, quæ non solum ad fastidium facit, uerum etiam corpori prodest. Ad hoc oxiporium. Recipe piperis albi semiunc. ph. semiunciam, asari denarios tres, zinziberis unciam unam, mellis libras duas & semis, uini phalerni sextarios duos, succi cedri acerbi deintus lib. unam, mel uero & succum & uinum coques simul donec mellis spissitudinem sumat, & tunc species tusas & cribratas admiscebis, & utēris cochlear plenum ieiunus. Item ad fastidium intubū syluaticum crudum, siue ex aqua decoctum cum aceto edatur, fastidium tollit. Ad fastidium & marcorem stomachi, in musti ex uuis albis sextarijs sex mittunt, citronia quinque non purgata, & totidem mala punica, additurq; succi sorborum, rorisq; Syriaci sextarius unus, croci semiuncia, fici sex, quæ omnia ad crassitudinem mellis

Oxiporiū con-
tra nauſeam
stomachi.

Antidotū fasti-
dij stomachi et
doloris coli.

coquantur, seruanturq; in uase uitreo, atq; de ligula sumit̄. Porri capitati excocti, & in cibo sumpti cyathus, prodest stomacho laboranti. Antidotum ad fastidium stomachi, & marcorem & dolorem coli. Recipe apij seminis drachmas sex, petroselini denarios iij. spicæ nardi drachmas quatuor, myrrhæ quatuor, scini quatuor, piperis longi sex, piperis albi quinque, que omnia simul teruntur, deinde suffunditur mellis græci despumati quod sufficit, in uase seruatur uitreo, datur à balneo in potione mulsi mixti ex aqua calida ad drachmas duas. Ad eos qui ex agrimonijs fastidiū patiuntur, Betonicæ pulueris denarios sex, ex aquæ mulsæ cyathis tribus bibant, aut septem aut nouē diebus ieiuni ut facile coquantur. Betonicæ pulueris unciam unam in melle rufo decoquito donec obdurescat, facitoq; exinde pastillos quatuor, & cum aquæ calidæ cyathis duobus bibant post cœnam. Ad carbunculum stomachi lenticulas centū crudas comedas. Aceti acri cochlearia tria cum dormitum uadis accipias. Aquæ item calidæ falsæ uel quinque haustus bibas. Oui rursus duri medium arsum quū dormitū uadis manducabis. Itemq; betonicæ poli denariū unum cū aquæ cyathis duobus bibes.

Ad carbuncu-
lum stomachi.

Puluis ad tensuram stomachi, uel ad defectionem,
siue uomitum. Cap. x.

Remedium ijs
qui cibum non
continent.



Accarū lauri denarios quatuor, cymini tres, roris marini tres, pulegij tres, absynthij tres, masticæ duos, panis ustulati xvi. hæc omnia in puluerem rediges, & peringes stomachū melle calido. Ad eos qui cibum non continent. Semperuiam herbam tritam in uini austeri cyatho uno ieiuno, & post cœnam potui dabis.

Ad stomachi solutionem, qui cibum non continet. Gluten taurinum ex aqua resolutum, & in cæroti modum chartæ inductum, præcordijs imponitur. Item ad stomachum qui cibum non continet. Fœniculi succi partes duo, & mellis partem unā, decoques donec succus in mellis spissitudine redeat, & inde dabis ieiuno cochlear unū, nauseam etiā stringit, & pulmonū ac iecoris uitia sanat. Absynthium modicum in aqua decoctum, & ad cyathos duos potui datum, nauseam restringit: si uero tam concita fit ut contineri non possit. Erucæ ramusculos tres uel quatuor cum mali granati succo contritos ad sorbendum dabis, statimq; sedatur.

Ad singultum & uomitum. Cap. xi.

Epithyma nau-
seæ cōstringen-
dæ.

Forte epithe-
ma legendū, cū
hic, tum passim
in alijs locis.



Mentæ cacumina cum succo mali granati trita & potui data, restringunt. Contra singultus unges stomachum melle aut oleo nardino, & supersparges scopas cypressi in testa oui calefactas, dein depones lanam super fumum tenta calidam, & fascias.

Epithyma ad nauseam cōstringendam. Recipe masticæ unciam unam, nardi duas adipis anserini uel pullini duas, cæræ punicæ liquatæ duas, croci unam, hæc in stagnato uase coques, & in mortarium ubi crocus tritus fuerit mittes, & cōmixta in stomachum mittes. Ad stringendos uomitus, uel ad eos

A ad eos qui escas non digerunt, etiam febre digesta cataplasma sic facies. Siliginem pridie in aqua recenti infundes, & alia die herbam absynthij in mortario teres, & super pulpam siligine expressa de aqua mittes, quam simul cum herba absynthij teres, adijciesq; aquæ cyathum unum, & mittes in sartagine, ita ut bene decoquatur, atque induces panno, & calentē stomacho impones, ita ut utatur horis tribus uel quatuor, postmodū tolles & floccum lanæ tepidum siccū impones stomacho, & sic facies. Ad eos qui cibum continere non possunt, & eijciunt. Betonicæ den. duos, mellis decocti quod sufficiat, pastillos facito, & ex his pastillum unum glutiat ex aquæ calidæ cyathis duobus. Ad uomitum restringendum. Masticæ unciam unam, cymini denarium unum, hæc omnia separatim trita, postea uua passa innucleata permisces, & linteo inductum stomacho suppones. Camephitis herbā mense Iunio collectam & tritam siue coctam, si febricitet ex aqua calida, si non febricitet, ex uino dabis.

His qui cibum eijciunt.

Ad ardorem stomachi & sitim. Cap. XII.



Qua tepida cum oleo optimo mixta, & data bibere, sitim compefcit. Aqua ubi capitella papaueris fuerunt decocta potui datur. Corticem de tremulo, & absynthium uiride uel siccum, coques in aqua usque ad medietatem, & dabis cata mane.

Ad cordis dolorem. Cap. XIII.



Betonicæ herbæ, & pulegij, & nepetæ fasciculos singulos æquali pondere cum salis modico in uino ueteri decoques ad medias, & ex eo cyathos duos potui dabis. Supra scriptarū herbarum pulueris denarium unū in uini cyathis duobus similiter bibat. In lacte item caprino nasturtium coques, & ex eo dabis bibere. Rubi folia trita pectori imponuntur, & succus eorū bibitur. Itemq; leporinus adeps cum uino resolutus bibitur, & cor eius siccum in puluerem tritum cum uino datur. Acuculas item pini uiridis diligenter tectas cum uino optimo bibas, & postea pinguibus abstineas, & liberaberis. Item ad cordis dolorem potio mirabilissima. Recipe piperis albi grana xxxvij. lauri baccas nouem, nucleos nouem, rutæ siccæ fasciculos nouem, testam cucurbitæ siccam tritam pensantem libras duas, hæc omnia simul tundes & cribrabis, & exinde dabis cochlear unum in aqua calida, statim enim liberat: calculumq; hæc potio mirifice curat. Itemq; ad cordis dolorem siue pulsum. Cuminum Aethyopicum cōmanducabis, & succum eius gluties.

Presentaneum remedium cordis laborantis.

Ad cordis pulsum. Cap. XIII.



Ostum panace, & foenugræcū æquis ponderibus in puluerem rediges, & cum melle Attico repones cōmixtum, & quū opus fuerit, cochlear plenum ieiunus cum aqua calida bibas per triduum. Aristologiam item rotundam in puluerem rediges, & ex eo denarios treis ex uino per triduum bibes. Cataplasma ad cordis pulsum, ac stomachi dolorem, siue iecoris & splenis. Recipe masticæ tritū,

*κοιλιασ
σμο cordis,
stomachi, hepa
tis, atque lienis*

C palmulas tritas, hordei & frumenti farinam, uinū uetus quod sufficit, quæ omnia miscebis, & tepefactis illinies pannum, & loco qui dolet, appones. Reuponticum item ex uino ueteri tritum ieiuno potui dabis. ◀

Præcordiorum dolori curando.

Cap. xv.

Alijs indiuidue præcordia appellantur.

† ut interdum in causa sit stomachus.

† induxerit.



Niuersum præcordia appellamus, quæ aliqui in plura diuidunt uocabula, † uocantes modo stomachū, ubi in causa sit, interdū iecur interdū præcordia. Hæc quum † se grauauerunt præter durissimū dolorem, uelocissimam mortem ingerunt.

† fenugraci

His itaq; caninus catulus lactens subinde apponitur, in quem idem uitium transire cōstat, quo defuncto obrui moris est. Bulbi triti inliti uentri bene molliunt, & præcordiorū tumorē curant. Porri sectiui succū cū lacte mulieris pari portione ieiunus bibas. Ocimū item tritū & impositū præcordijs prodest. Lini seminis sextarius unus, & fenugraci unus, in aquæ mulsæ sextario decocta calida sæpius imponuntur: Sed aliqui malunt † feniculi farinam cum pari mensura mellis decoquere ut ita imponatur. Cydonia cruda uel cocta ceroti modo, panno illiniuntur, & calefacta præcordijs superimponuntur. Radix item aceris tusa cum uino efficacissime prodest. His quos linquit animus aut mens & alienantur, quibusq; uertigines fiunt, Cocleæ singulæ cum sua testa tritæ ex passi cyathis tribus calefacta portione per dies nouem dabis.

D in eadem passi mensura, prima die cocleam unam, sequenti duas, tertio tres, quarto duas, quinto unam. Eademq; curatione suspiria tolluntur. In his languoribus si febris nō sit, marina aqua lauari utile est. Iocinori prodest in cibo † uiuaria porcelli modo affata, stomachoq; medetur. Et item si fieri potest cocleæ Aphricanæ in cibo sumptæ coquuntur intactæ ex aqua, deinde in prunis torrentur, tunc ex uino & garo eduntur impari numero, sicq; etiam stomachi dolori medentur. Profunt item uiuæ cocleæ ex aceto deuoratae. In hoc languore aqua marina lauari prodest, æstimo præcordiorum esse uitium cum cibi non continentur: certe cum hoc accidit stomacho laborare ipsum oportet, horum portione infricatur uenter. Ossa fragi arena facta profunt, etiam si teneantur in manu dum cibus sumitur. Nō est ab re compositionem operi conuenientem ponere, quæ stomachi fastidium & marcorem detergit celerrime, in musta ex uuis albis congio coniiciuntur

† uiuerra

† piniceo, uide an legi possit punica.

Cidonia quinque non purgata totidem mala † piciereo, additur sorborū sextarius, roris Syriaci sextarius, croci Siculi semiuncia, fici optimi semiuncia, sic coquatur usq; ad crassitudinem mellis, inde in die lingula æsui sumitur: seruatur in uase uitreo, sit efficacissima portio cōpositione ita scripta. Apij seminis aridi uncias sex, petroselini Macedonici uncias iij. spicæ nardis uncias quatuor, opij quatuor, myrrhæ quatuor, scyni uncias quatuor, piperis longi uncias quinque, piperis albi uncias quinque, hæc unā teruntur cū melle græco despumato quod satis est, seruatur in uase uitreo, à balneo dantur ieiuno in portione mulsæ mixta ex aqua calida uncia duæ. ▶ Ad præcordios

A cordiorum & iecoris dolorem. Leporis hepar tritum ex uino, siue sicci puluis in aqua datus hepatis simul dolorem & fastidium aufert. Antidotum ad hoc. Recipe costum, zinziber, scœnugræcum, cyperū & piper pari portione, adiecto epatorio cū melle despumato, quod in uitreo uase repones, & exinde denarios duos dabis bibere in passo Cretico cum careno. Lini item semen deñ. pondere, scœniculi quoque tantundem ex aqua mulsa decoctum in panno dum adhuc calidum est præcordijs impones. Ad concoctionem. Hyssopum cum oximelle ieiunus, uel post cœnā bibat. Lasaris uini modicum ex aquæ frigidæ sextarios tres dilues, & dormitum eunti dabis bibere. Digestorium quod recipit mellis Artici pond. unum, betonicæ uncias quatuor, in uino hæc permiscebis & feruefacies, & quū refrigerit, facies pastillos nucis auellanæ magnitudine, & in cœna manducabis. Si uero uenter torquetur, betæ radices cum oleo coques, & bibes.

Digestiuum.

Ad ligulam & uomitum. Cap. XVI.



Muris masculi & masticæ æqualia pondera trita cum oui albore miscebis, & impones, & triduo directū sic esse permittes. Hoc enim & uomitum sistit.

Hepati curando. Cap. XVII.



B Yrrhæ unciam unam, aloës hepaticis unam, costi unam, scœnugræci unam, omnia in puluerem redacta, & in uino permixta seruabis, & dabis in careno cochlear plenum calefactum, ita ut in ipso latere diutissime iaceat. Aspalati unciam unam, costi denarios tres, folij scrupili tres, meliloti denarios tres, uini Aphri sextarius unus tollitur, primumq; alias species teres diligenter, postea adiecto aspalato simul teres, & bene cōmisceantur, superaddes uinū, & simul miscebis, & in ampullam mittes, & ex eo teres, potiones facies, & quum uolueris accipere ieiunus in solario calefactum accipies, & quum exieris, in ipso latere iaceas, & hoc per triduum facias. Sal ammoniacum, aloës & piperis grana undecim, trita cum uino bibuntur. Piper tritum ad cochlear unum, & picem uirginem ad cochlear unum, cōmiscebis, & in uino ueteri per triduum dabis. Sagacem item lapidē accendes, & in aqua calida extinguēs, & ante quam dormitum uadat, dabis ei bibere per triduum, & sanabitur.

Trifolij itidem albi succum cum lacte uaccino, siue cum uino per dies quatuor potui dabis, hocq; à dolore liberat. Violæ rusticæ succi cyathos duos cum melle modico, & uini hemina calidos propinabis per triduum, si quod intus in hepate malum est, remediabitur, ac sanatur in quatrinduo ubi miseris, qui etiam à medicis fuerit desperatus. Maluæ agrestis succi cyathos tres cum aquæ calidæ cyathis duobus potui dabis per dies quatuor, liberat & febrem auertit. Meliloti succus cum melle partis unius decoctus et sumptus, dolores inhibet. Cyminum item mel & uinum crudum teres diligenter, dabisq; bibere. Item lupinos, costum, zinziber, & herba quæ dicitur laccar, unde uermiculatæ pelles tinguntur; horum omnium puluerem ad

C cochlearia singula miscebis, & exinde cochlear plenum hyeme incondita potione dabis, in æstate uero mane & sero: febricitantes autem in aqua calida accipiant. Si uero per tempus locus hepatis fuerit induratus ante potionem ita duriciam conuenit emolliiri ut proffit. Guttae ammoniaci uncias duas uel tres teres, & cum aceto acerrimo miscebis, & mittes in ollam nouam, & superaddes parum aceti, & tandiu coques donec ad spissitudinem mellis perueniat, & exinde perlinies loca dura, & si stomachus fuerit durus, plurimum ei quoque prodest, suppones etiam chartam puram, atq; fascias, statimq; tollet omnem duriciam, et uinum satis non bibat, nec carnem manducet donec sanus fiat: quod si habuerit pullum, uiscellatum edat, sin uero buccellas anetatas cum sale & oleo, porro & apio coctas, orizam atq; bene conditam ac piperatam: Legumina uero non manducet, nec holera, exceptis porris & apio coctis, unde & uinum bibat. Pentaphyli radix ex aqua decoquitur, & ea aqua cum uino mixta bibitur, si febricitat qui accipit, mulsa ex aqua facta propinabitur. Ad hepar confectio. Recipe succi costi unciam unam, amomi unam, folij unam, stellas absynthij pauca, steracoris hœdi lactentis pillulas quadragintaduas, tundes omnia ueteri sabate no calefacto. Potio ad hepar mirabilis. Amoniaci semiunciam in uini spanni hemina decoques in olla noua, donec soluatur pigmentum, & remaneat potio in calice bono, deinde colabis, & in ampullam mittes, quam suspendes ad noctem in aëre, & prima luce accipiat, ita tamen ut nihil accipiat, sed purum bibat, & iaceat in dextro latere diutissime, atque ita facies uerni & autumnii tempore. Item hederæ baccas collectas mense Ianuario, numero uiginti quinque, & piperis tantundem teres, & cum myrrha calida ieiuno dabis. Costi semiunciam, aloës hepaticis unciam unam, masticæ duas, eupatorij unam, piperis duas, amomi semiunciam, reupontici tantundem, aloës uero & masticæ simul tundes, cætera teres & cribrabis omnia, & commiscebis, & dabis cochlearia singula cum succo fœnugræci decocta. Quartum uero ante diem succum fœnugræci infundes, & adiecta aqua coques, ita ut prima aqua & secunda absumatur, tertia uero aqua quum coeperit feruere, addes fasciculum pulegij & coques, ipsumq; succum seruabis, & accipias ieiunus cochlear unum, pulueris superscripti quotidie in succo tepescacto, & si amarizauerit, adijcies mellis cochlear unum, sed postquam biberis, tenso brachio iaceas. Fœnugræcum purgatum uino ueteri infundes donec intumescat, & iterum siccabis, hocq; facies quotiens in die potueris à mense Iunio usque ad mensem Augustum, postea in puluerem mollissimum rediges, & addes pulueris costi tantundem, dabisq; ac simul miscebis cochlear plenū in careno optimo ieiuno, & sic iaceat. Mirrhæ, aloës, costi, fœnugræci anā unciam unam tolles, omniumq; puluerem in unum mittes, & dabis cochlear plenum in careni calice pleno & calefacto, ac superiaceat. Potio ad hæc. Recipe bacchani unciam unam, semiunciam piperis, semiunciam aloës, tundes hæc, & mollissime cribrabis, accipiasq; cochlear plenum in mellis cyathis tribus. Alia potio. Caules uirides

Conferentia
hepati.

Potio iccinori
commoda.

A des in carbonibus combures, & in puluerem rediges in cuius unā unciam, piperis semiunciam mittes, & dabis cochlear unū in mellis cyathis tribus.

Caulium tyrsos siccos, cinerem repones, & quum opus fuerit, mit tes cochlear plenum cum piperis triti granis undecim in uini ueteris calicem, ac calefactum dabis bibere: Secunda uero die mittes piperis grana nouem, tertia die octo. Acori unciam unam, amei unam in puluerem mollissimū rediges, dabisq; cochlear unum, fanis in condito, febricitantibus cum mellis crate. Piperis albi folij, costi, rutę seminis, spice nardi, succiniane denarios tres, cōmiscabis, & cochlear unum cum uini calice potione calefacta dabis bibere. Fœnugræcum cum uino styptico infundes, postea ad solem sicca bis, hoc facies uel septies uel octies, & huius pulueris uncias quatuor, piperis unā, eupatoriij, folij, costi, petroselini, gentianæ anisi, amygdalæ amarę, amei anā unciam unā: hæc omnia singillatim teres & cribrabis, miscebisq; simul, & iterum teres, ac dabis cochlear unum ieiuno in condito: febricitanti uero in calida aqua. Baccas lauri quinque, piperis grana uiginti uel triginta, teres mollissime, & mittes in calicē, & postea uino ueteri perfundes ferrum candens super calicem, commiscebisq; ac sic bibes & iacebis.

Aliud ad hæc. Intyborū agrestium succi, quem Græci dicunt cytroxinū potionem unā colatam, miscebis cum potione conditi, & addes pulueris costi cochlear unum, & piperis grana decem, dabisq; ieiuno bibere, & iaceat in latere horas tres uel quatuor. Laccar reuponticū ad denarios duos uel tres, & ex eo puluere cochlear plenum in uino Hadriano dabis, febricitantibus uero in aqua calida, & superiaceant. Aloës hepaticis den. tres, folij duos, in puluerem rediges, & in aqua dabis ieiuno, modice tepesfactum, & deambulet quantum potuerit. Lauetur ieiunus, accipiat sane mel, & intermisso triduo iterum accipiat: hoc enim plene est utile. Syluestris rutæ fasciculos tres in ollam nouam conijcies, & cum tribus heminis aquæ ferue facies, & postea adijcies mellis uncias tres, et rursum subferuefacies, & per triduum potui dabis: hoc & iecoris dolorem sanat. Puluis ad hepatis dolore.

Puluis ad uitia iecnoris.

Pinus acritulæ uiridis in uino optimo tritæ, ac potui datæ, citò profunt. Saluam item equi, quem tussis intolerabilis uexat, ex aqua calida per triduum bibat: hac enim potione quamuis æger sit, sanabitur. Folij unciam unam, costi semiunciam, piperis grana quinquaginta, baccas lauri triginta, tundes, & cum succo intybi syluatici potionem maiorem per triduum bibat, & in ipso latere iaceat: Itemq; per singulas potiones pulueris tertiam partem accipiat. Aliud ad hepar, & ad splenē. Costū, gentianā, aristologias ambas, baccas lauri, & piper pari pondere in puluerem redactas seruabis, & quum opus fuerit, dabis in uini ueteris potione. Potio item ad hepar. Recipe eupatoriij uncias duas, costi duas, piperis unam, mellis quod sufficit. Ad hepar & ad renum dolorem, & ad stomachi imbecillitatem.

Pinus.
Salua equi.

Potio hepatis.
Curatio hepatis, renum, stomachi, & laborantis.

Hepatici de-
plorati reme-
dia.

Compositio
olei hepaticis

ἡμικλάστρον
hepatis mededo

† Forte ele-
ctuarium.

C unam, castorij unam, acori unam: hæc omnia tusa & cribrata cum uino & melle dabis, febricitantibus uero cū mulla cochlearia singula, uel secundū uires. Ad hepar item palmæ & caricæ in aceto coctæ comeduntur, optime meq̄ hepar curant. Brassicæ folia trita & in modū ceroti imposita per triduum, inueteratum hepaticum sanant. Betonicæ item herbæ siccae puluis cum oleo sparsus, & in modum cataplasmi calidi in panno pectori & dextro lateri impositus, quarto die sanat, & si per os sanguinē mittet. Item ceruinos pulmones cum suis gurgulionibus uirgulis extendes in fumo donec arefiant, deinde conteres ac ex melle colliges, & dabis edendum hepaticis. Est enim res saluberrima, & præsentaneum remediū quod desperatos sine dubio sanat. Ad hepar & splen. Centauriæ maioris drach. unā in uino decoques & potui dabis, optime sanat. Confectio olei hepaticis. Recipe mirabolani unciam unam, stafisagriæ duas, piretri unciam quartam partem, nardi sextarij sextā partē, poliatis malignatæ uncias duas, cypharij unam, absynthij unam, masticæ unam, croci unam, styracis unam, laudani unam & semis, folij unam, nardi celticę unam, squinanti semiunc. ammoni unam, cassiæ fasciculæ unā, meliloti unam, hyreos unciam partem sextā enantis unciam unam, anisi comas unam & sextā partem: omnia uero hæc sicca infundes uino & cū uino coques in olei sextarijs quinque, et post hæc admiscebis nardum, & sic utēris. Unges locum cum ipso oleo, & quū perunxeris, impones desuper flocci lanæ, & iterum frigis in oleo, & cera addita perunges. Emplastrum ad hepar. Recipe picis uncias duas, sulphuris duas, nitri duas, & hæc omnia in puluerē redacta commiscebis, & in charta uel in pannū pones & triduo utēris, ita ut in balneo & ponas & tollas. Epithyma ad hepar. Recipe ceræ libram unam, resinæ therebynthinae unam, scœnugręci tusi uncias octo, samfuci florū octo, baccarum lauri octo, nitri rubei duas, olei cyprini libram unam & uncias tres, uini ueteris heminam: omnia sicca tundes, & cribrabis & cū uino ueteri teres horis tribus, deinde reliqua solues & colabis, & sicca his quæ conspersa sunt miscebis, & colliges in uase uitreo uel fictili & utēris, ita ut foueas hepar cū oleo samfucino. Si autem uoluere medicamentū & unctionem facies, mittes nardi uncias tres, medicamenti quatuor. Epithyma ad dolorem hepatis & ensuram stomachi. Recipe croci unciam unam & semis aloës hepaticis unam, masticæ unam, guttæ ammoniaci unam, bedellij unam, styracis pinguis & cærę libram unam, adipis anserini uncias duas, hyssopi ceroti tres, olei rosati ad æstimationem, ut non sit nimis durum uel molle, uini ueteris quantum ad species terendas sufficit. † Elecmadium ad hepaticos. Recipe costi unciam unam, euforbij denarium unum, eupatorij nouem, croci tres, piperis sex, omnia simul tundes & cribrabis, addes mellis depumati pond. duo, feruefacti tantum, & ex eo dabis cochlear unum & semis. Elecmadium ad hepar. Fœniculi radice grossioris corticem tundes de ligno in lignum minutissime, & eius libram unam, & uncias quatuor, & infundes in ueteri aceto acerrimo in uase mundo diebus septem.

A deinde teres in mortario, & addes paulatim acetum, donec molliciem ceteri suscipiat, & in ipso mortario aperto maneat, alio die colabis acetum et ex primes radices per linteum mundum in uas stagnatū, & addes mellis optimi sextarios quatuor, & coques ad carbones, semper agitando, & tandiu donec ad spissitudinē mellis redeat, & dum adhuc in foco est, addes infra scriptū puluerē pigmentorū, aloës uncias tres, folij duas, spicænardī duas, gingeris ij. sanē singula mēbeatim mittes & semper agitabis, & postquā laueris similiter donec refrigescāt, repones in doliolo uitreo uel plumbeo, claudes & signabis. Electuariū hepaticis. Recipe piperis unciam unam, gingeris tres, epithymi tres, rutæ uiridis foliorum semiunciam, aloës hepatici semiunc. costi unciam unam, fœnugræci semiunciā, aceti albi uncias sex, mellis optimi despumati pond. quatuor, dabis ieiuno cochlearia duo. Trociscus ad hæc. Amomi denarios sex, spicænardī tres, croci tres, costi tres, eupatorij duodecim, lupini pollinis tres, myrrhæ tres, glyricæ duodecim, & omnia tundes & cribrabis diligenter: ex uino uero phalerno tol liges & facies trociscos in auellanæ modum, quorum singulos febricitantibus dabis cum aqua calida, sanis uero cum uino. Antidotum hepaticon. Recipe prassium, gentianam, petroselinū, † acitonicum, sinapis semē & cucumeris hortulanæ, radices enulæ omnium anā unc. dauci cretici seminis unciam unam, abrotani unam, seminis caulium unam, aristologiæ unam, piperis albi similiter, erucæ seminis similiter, † etingij similiter, castorij pontici similiter, folij similiter, opij radicum similiter, eupatorij similiter, iuniperi similiter, omnia hæc tundes & cribrabis subtilissime, & cum melle Attico despumato cōmiscabis, & dabis in modum auellanæ maioris in oximellis cyathis duobus, addūtq; aliqui figatum lupi ad denariū unum. Trociscus hepaticus. Recipe piperis drachmas sex, gingeris tres, dauci Cretici tres, petrosilini unam, anili duas, avari pontici duas, petani duas, uernigarij duas, costi octo, aceti & mellis quantū sufficit. Antidotum Athanasij hepaticis. Recipe styracis drachmas quatuor, cassiæ similiter, glycirizæ tres croci similiter, opij duas, spicænardī quatuor, mellis cotylam dimidiam. Antidotum hepaticis. Recipe fœnugræci unciam unam, eupatorij similiter, costi similiter, absinthij pontici comarū similiter, mellis optimi despumati pondera duo, dabis autem sic. Pulegij sine fumo & apij uiridis fasciculos singulos in aqua fontana ad tertias decoques, & in hanc aquā ex supra scripto antidoto mittes in modum auellanæ, dabisq; ieiuno bibere, ita ut in ipso latere iaceat semi hora, hocq; facies per triduum. Confectio potionis ad hepar de cotonijs. Intus & foris cotonia purgabis & confringes in pilula, ac pilo ligneo, post biduum tundes diligenter, & exprimes in pressorio & mittes in succi sextarios duos, mellis duos, & aceti acerrimi dimidium sextarium, & in olla noua ad carbones diutissime decoques, donec in mellis aquatici modum redigatur, agitando semper dum coquitur, & repones in uase uitreo: quod & si thermanticum facere uolueris, mittes in hunc modum. Piperis triti unc. unam, gingeris similiter, & diligenter permisce-

ἀντίδοτον
ἠπάτικόν.
† Macedonia
cum.

Theringi

τροχίσκος
ἠπάτικος.

C bis. Si autem maius thermanticum facere uolueris maxime ad hepar. Mitentes in hunc modum. Gingiberis non pertusi uncias tres, et piperis albi duas, tundesque cotonia & exprimes succum, & adiecto melle & aceto in uase duplici coques, donec ad mellis spissitudinem redigatur, dabisque cochlear plurimum manere, & si fuerit opus etiam sero. Ad hepar oximel squilleticum facies. Squillae purgatae in cardo tenero unc. uiginti, petroselini & acetonicis tres, origani, thymi, pulegij similiter, hysopi tres, polipodij epithymi tantundem, omnia haec infundes in acetum acerrimum duodecim sextariorum manere, & alia die coques ita, ut tertia pars decoquatur, deinde colabis acetum & addes mellis thymini despumati sextarios quatuor, & decoques lentos ad carbonem in uase duplici, & postquam leniter coxeris, in uase picato seruabis accipiesque ex eo cochlearia duo uel tria: hoc autem & uentrem temperat.

Oximel squilleticum.
Macedonici

Epithyma ad hepar.

Antidotum diagentianae.

Diateffaron hepaticon

Epithyma ad hepar. Recipe spicaenardi unciam unam, costi unam, aloes duas, guttae amoniaci duas, bdellij duas & semis, nardi libram unam & semis, styracis duas, hyreos unam & semis, caerae libram unam. Antidotum diagentianae ad hepar. Recipe gentianae unciam unam, helenij, absinthij, herbae spicae, ana semiuunc. dabisque cum condito cochlear unum: si febricitat, cum aqua calida. Antidotum hepaticon siue ad scyrosin eius. Recipe croci uncias duas, spicae similiter, cassiae quatuor, myrrhae unam, costi ac squillantij similiter, stactis similiter, mellis uncias xxxv. dabis scrupulos quatuor cum oximelle. Diateffaron hepaticis. Recipe eupatorij drachmas

quatuor, scenugræci sicci & hyreos similiter, dabisque cum oximelle cochlearia duo. Ad hepar de lactucis agrestibus. Squillae unc. duas, & cochlear unum mellis miscebis, & addita aqua calida temperabis, & sic bibes. Pulueris costi unciam unam, piperis semiuunciam, scenugræci unciam unam, si non sit febris, dabis in uino febricitanti uero in aqua calida. Item baccharis unciam unam, piperis semiuunciam, costi denarios sex, scenugræci uncias tres cum oximelle dabis cochlear unum. Item picis spanae tritae cochlear unum, piperis unum, & modicum rutae dabis cum uino Hadriano. Rubeae item siccae radicem collectam mense Augusto in puluerem rediges & miscebis, & infundes cochlear unum ieiuno, & ita facies per triduum, abstinebit enim

Cataplasma ad hepar.

apomem & omnibus frigidis. Ad hepatis dolorem cataplasma. Recipe aphronitri cypharij unc. quindecim. lini seminis manum plenam, farinae hordeaceae duas manus, ex quibus in oleo cataplasma facies & impones. Cera tria locum unges & sulphur tritum supermittes, ita ut totum locum teneat. Lanam succidam superpones & fascias, cui castorium in potione dabis, si sit febris, in aqua: si uero non sit, in uino, & superiaceat. Epithyma tolcopiani ad hepaticos, quia non est ei simile aliud. Recipe scenugræci, samfuci, baccarum lauri, ana drachmas quinque, enulae, piperis, ana sex, nitri octo, caerae septuagintaquinque, olei cyprini libram unam, uini optimi cotylam unam. Caules uirides teres diligenter, & cum melle calido miscebis, atque ad latus quod dolet pones. Potio ad hepaticos experta. Recipe costi semiuunciam, scenugræci unciam unam, comarum absinthij drachmas duas, baccarum

A. baccarum lauri similiter, cymini frixi similiter, eupatorij unam, dabis cum uino aut aceto. Aliud ad hepar expertum. Recipe foenugraeci uncias duas, costi, piperis, eupatorij, picis siccae, ana unciam unam, dabisq; ex eo secundum uirtutem accipientis cum mellicrate. Facies autem electuarium cum melle despumato, & si uolueris sic dabis. Ad hepar expertum. Recipe lacchari unciam unam, aspalti Iudaici denarios quinque, piperis grana quinquaginta, cario phli uiginti, reupontici unciam unam, folij denarios tres, aloes hepaticis sex, quae in uino ueteri dabis ad denarios quatuor. Epithyma hepaticon. Recipe adipis anserini uncias sex, taurini ac porcini & medullae ceruinæ similiter, hysopi uncias tres, therebynthinae duas, caerae sex. Epithyma hepaticon. Recipe medullae ceruinæ uncias duas, adipis gallinacei anserini ac porcini similiter, apozimati similiter, caerae libram unam. Cataplasma hepaticis. Recipe masticae unciam unam, cymini duas, apij feminis duas, meliloti unam, absynthij unam, foenugraeci sextarium unum, hordei l. lini feminis unum, daptylos undecim, facies cum mulla. Spleni quomodo succurrendum. Cap. xviii.



Plenis dolori solea piscis contra ligatur. Torpedorū & buscum, si uiuidum superligatur bona medicina est, sed prius quam soluitur in mare remittitur. Aqua bibitur in qua holera decocta sint, addito sale, eius qui quotidie ieiunus serum ederit lyenem consumi certum est. Sarmentorū cinis aceto conspersus binis cyathis ex aqua ei dabitur: is qui curabitur in lyenem iacere debet. Acetum bibitur & in spongia apponitur. Gummi hederæ poti uel illiti profunt. Hederaceis uasis in potione semper utendum est. Pecudis lyen recens super dolorem extenditur. Caninus lyen uiuenti eximitur, & laboranti in cibo datur, & liberatur de uitio lyenis. Catulus duum dierum datus ignoranti ægro in cibo & aceto iuuat. Idem & lyen erinacei præstat. Coclearum cinis cum lini semine & urticae addito melle imponitur, donec sanetur. Lacerta uiridis uiua in olla ante cubiculū dormitorij suspenditur, & egrediens & regrediens manu tangat hoc, sedat lyenen. Fel apri uel suis potū, cerui cornu cinis potus ex aceto, equi lingua inueterata ex uino bibita ualet. Præsentaneo remedio lyeni bubulus assus recens uel elixus in cibo. Allij capita uiginti tusa cum aceti sextario imponant. Hædi lyen impositus idem præstat. Radices uiolæ lotæ ex aceto illiniuntur. Agarici oboli duo in acetomulso poti per dies uiginti, consumunt lyenem. Defunctos obrui oportet uespertiones, quorum sanguine si uenter fuerit contactus, in totum annū cauentur uitia interaneorū. Cornu ceruini teneri cinis cum cocleis Affricanis, cum testis suis tulsis mixtus, datur in potione uini, facit optime ad colum potio cuius compositionē tradidimus in præcordiorum curatione, subiecta orificio. Hederæ & gladioli succus pari mensura cum passo calefactus potui datur ad idem. Sulphuris uiui, cardamomi, amoniaci, thymiamatis, bedellij, mirabolani, caerae, nitri rubei mundi, ana uncias singulas simul miscebis, & facto emplastro uteris, sollicitusq; eris ex die qua cœpe-

Horum ne uerbum quidē neque in Romano neq; in Parisiensi codice.

Cris sanguinem per urinam mittere, nec amplius quàm triduo habeas impositum. Amoniaci chymiati libras tres, cæræ tres, resinæ therebynthinae uncias octo, bedellij octo, thuris quatuor, myrrhæ quatuor, galbani octo, olei cyprini libram unam & semis, amoniacū autem & thus cum aceto acerrimo teres cum uino uero optimo ueteri, bedellium & myrrham therebynthinam & galbanum cum oleo solues, & omnia simul miscebis, et linteum inductum spleni superpones. *Cataplasma ad splenem.* Recipe caricæ Germanas pingues numero uiginti quinq; quas mittes in ollam nouā aceti ueteris acerrimi plenam, & tandiu feruere permittes donec caricæ excoquantur, & acetum fiat, sicut mel aquaticum, & inde leuabis caricæ & teres diligentissime, & ex eo per triduum splenem cataplasmas. Aliud cataplasma. Recipe rutæ tritæ partem unam, herbæ uetraginis tritæ partes duas, bulborum ruborum in aqua coctorum & tritorum tantum, quantum ambæ herbæ habuerūt: postea omnia simul terendo cum aceto & melle unum corpus efficies, & inductum panno tepidum spleni superpones: quum uero sudare cœperit, tolles, & alia die nouum appones. Amoniaci uncias tres, aceti tres, cæræ unam, olei unam, coques & cum aluta superpones. Ad splenem & ad hepar. Gypsi florem cum aceto acerrimo in uase fictili conspersum, & in modum cataplasmatum subsolutum, tepidumq; panno illitum impones, ita ut etiam sanas partes tegat, post triduum solues, & iterum secundo impones, & tertio similiter omnem duriciam splenis & hepatis extenuat, & nulla holera neq; legumina edat, sed carnes assas, et uinum stypticum bibat, miraberis huius rei effectum. Semen caulium cum aceto acerrimo teres, & linteum illitum impones quantum splenem tenet, sed subter ad carnem pones alia flagella ne comburat, ad horas quinque aut septem pro ut ferre potuerit: lauet etiam sanè post unam aut duas hebdomadas. Inijciatur de adipibus & butyrum cum oleo, teneat iniectioe quandiu potuerit, quam quum ingesserit, inuenies aliquando simul carere splenem. Radicis cicutæ libram unam in uino ueteri in modum malagmatis spleni superligabis, & ante quatuor dies non soluas. Certissima enim est ista medicina, & *probatissimum* remedium laudabile. Cui supra herbam uerbenam quam Græci probatissimum uocant, contundes cum axungia ueteri, & inductam panno albo munda spleni superpones, & dolorem sedat, & uidebis locum sanguineum qui doluerat. Cui supra cardamomi drachmam unam, piretri octo, thuris denarios duos, sinapis unum, foenugræci quatuor, omnia tusa in aceto colliges, & ex eo fricabis locum ipsum nitro, & sic appones emplastrum supra scriptum, & ligabis hora prima & secunda & amplius si ferre potuerit, post hæc uadat ad balneum tepidum, & sublato foris cataplasmate lauet, post balneum uero uteris ceroto. Cui supra probatissimum, Sinapis, cardamomi, foenugræci, lini seminis, mirabolani anà drachmas octo colliges, cerria cocta admixto aceto scyllitico, & uteris ante balneum, & postquam usus fueris per urinam sanguinem egerit. Item cornu cerui cinis potui ex aceto datur. *Cataplasma ad splenem, quod in modum malagmatis imponitur uel*

A tur uel superinducitur. Recipe aceti acri calicem unum, mellis tantundem, farinam hordei & fœnugræci æquali pondere, lini feminis mediam partē, amoniaci unc. tres, bedellij tres, hyris duas, absynthij unā, squinantij unā, hocq̄ tribus uicibus utēris. Malagma ad splenem. Recipe pulegiū, abrotanum, masticam, nepetam pari portione trita in puluerem, cæræ & mellis libras singulas, nitri uero uncias sex, guttæ amoniaci libram unam, adipis taurini uncia, hyris sex, resinæ therebynthinæ librā unam, aceti quod sufficiat, confectumq̄ lateri impones. Ad idem. Resinæ frixæ libram unam, therebynthinæ uncias sex, pituinæ libram unam, aluminis scissi un. unam, auripigmenti unc. unam. Malagma ad splenem optimum. Aliud. Recipe sinapis semiunciam, mannæ thuris denarios sex, rutæ semiunciam, aphronitri similiter, radicis capparum denarios octodecim, guttæ amoniaci semiunciam, mirabolani unciam unam & denarios tres, ac de minoribus mirabolani denarios unū & uiginti, squinantij semiun. fœnugræci & cardamomi similiter, cæræ uncias nouem & denarios nouem, resinæ frixæ libram unam, mellis quartariū, olei, hyrini fecis heminam, aceti acri ad terenda pigmenta sextarium unum. Ad splenem siue ad duriciam eius. Ex lolij mundi farina cum sapa facies cataplasma & impones, & dabis bibere herbam artemesiā. Item malagma spleneticon. Recipe calcis uiuæ unciam unam, styptiriæ unam, cæræ libram unam, resinæ frixæ unam, pituinæ unam, olei uncia unam. Malagma ad spleneticos, hydroxicos, & hepaticos. Recipe apij feminis, anisi, hyreos, cardamomi, cyperi, meliloti, pascis, radicis nitri, squinantij, uncias singulas & semis, cæræ uncias sex & semis, amoniaci sex, therebynthinæ similiter, seui taurini similiter, aceti sextarios duos, mellis uncias quatuor, omnia uero sicca in puluerem redacta cum reliquis permiscebis & utēris. Potio ad splenem. Ilicis ramusculus cum folijs similiter, & salicis in uino decoquitur ad tertias, & idem uinū in potione datur, curat enim interiora omnia. Rutæ item agrestis manum plenam decoques ex uini conditi sextario uno & semis, ut redeat hemina, dabisq̄ ante lucem bibere per triduum, & in eodem latere dormiat, & usque ad horam septimam deambulet. Corticis ex radice capparum cochlear plenum teres, & dabis bibere cum aqua calida, addens si uolueris per modicum acetum, hocq̄ per triduum facies, & sanus eris. Sacellum ad splenis dolorem. Hederæ folia in aceto decoques, & ipso aceto suffures & feruefacies, & ita saccellabis. Ulmi radices uirginis sine ferro leuabis & ita torrebis in furno ut tundi possint & cribrari, & cum aceto acri commiscebis Luna decima septima, & per triduum potui dabis. Trociscus ad splenem. Recipe croci uncias duas, origani florum duas, piretri duas, rutæ duas, tundes omnia & cribrabis, & colliges ex aceto & facies trociscos pensantes denarios tres, & dabis cum pusca: alij addunt & erucae semen. Ad duriciam uel dolorem splenis. Vesicam porcinam recentem aceti acerrimi plenam pones super duriciam splenis, & ita fasciabis, & non lauetur per triduum, nec soluetur, postea solues et inuenies uesicam

Malagma hoc est somentum ad lyenem

pituinæ id est resina

Malagma splenetico, hydroxicis, hepaticis confertur.

Potio ad splenem.

Sacellum.

Contra splenis duriciam.

C uacuum & duriciam emollitam, & dolores sedatos, est enim res physica & probatissima: postea dabis potionem talem, herbam cōtrariam, qualem uolueris in puluerem rediges, & eius pulueris cochlearia tria, herbæ sauinae pulueris tria, picis uirginis pulueris tria, omnia cribrabis, & inde dabis iuno in uini potione cochlear plenum, febricitanti uero in aqua tepida, nec pix remaneat cum reliquo puluere. Item amoniaci uncias quinque, mirificæ feminis unam, capparis foliorum unam, nitri Alexandrini unciā semis teres ac permiscebis, dabisq; in oximelle. Lupini amari farinā, sauinæque farinam pari portione miscebis, dabisq; cochlear unū in oximellis cyathis tribus. Item ad splenem acetum squilliticum facies sic. Squillæ corticis cōminutæ pond. tria mittes in dolium uitreum cum aceti acerrimi sextarjjs quinque, ac pones in sole calido diebus canicularibus, ut macerent per dies quadraginta, & ex hoc aceto dabis splenetico cochlear plenū, & post horam celerius manducet, quia res est ualde uehemens qui nunquam illi usus fuit, addesq; illi modicum mellis: et hoc non solum splenetico saluberimum est, sed & stomaticis & ptyficis plurimū prodest, necnon & sanguinem excreantibus, sed & cōtra omnes morbos interaneos facies, & perunges. Fiet autem sic. Mittes ex ipso aceto in ollam nouā cochlearia quinque cum olei hemina, atque simul coques & superaddes sulphuris uiui cochlearia quinque, & cæræ modicum, iterumq; simul ferueat dum excoquat acetum, postea tolles & agitabis & ex eo infundes, scabiem & pruriginē perunges. Epithyma ad splenem. Recipe cæræ librā unam & semis, guttæ amoniaci similiter, seui taurini lib. unam, panacis radices uncias sex, cyperi sex, cassiæ tres, croci unam, cardamomi tres, dauci cretici similiter, olei cyprini lib. tres, cærā uero & therebynthinam ac seuum taurinum solues in unum, & admiscebis species tusas, & cribrabis. Crocum uero & succū absynthij infundes in uino ueteri, & teres in mortario & admiscebis. Item amoniaci uncias tres, & thuris masculi duas teres cum aceto in modum ceteroti, & cum aluta superpones. Folia caulium trita & calefacta panno illinies ac supersparges thuris masculi puluerem, & impones. Florem item salicis tundes cum modico lacte caprino, & in dolore impones. Allium itidem expedit edere. Malagma ad splenem. Recipe propolei uncias tres, guttæ amoniaci similiter, therebynthinæ similiter, roris marini similiter, uisci similiter, hæc omnia in pila tundes, & de aceto modicum admiscebis. Corticem talmi coques in aqua donec tertia pars aquæ remaneat, & ex ea bibes calicem plenū tribus uicibus, interpositis diebus singulis. Item expertum. Cetrium coques in aceto pro magnitudine apposito in modum cataplasmi inducatur, & apponatur loco. Farinā lupini cum aceto cōsparges, & facies cataplasma, & uteris. Alia uero die aphronitri albi in aceto infusi duas pillulas bibes. Epithyma ad splenem physicū. Recipe cæræ lib. unam, †fricti unā, sulphuris unam, nitri unc. tres, daffinadum drachmas tres, styptirizæ unc. tres, nitrum uero & styptiriam & sulphur cum aceto infundes, & postea superinfundes. Epithyma splenetico. Recipe aristologiae uncias sex, cæræ

Acetum squilliticum.

ἄλλο μάλα γμασπληνιτικόν.

†.i. populi


†fricti, id est, resinae frictæ.

libram

A libram unam, picis liquidæ unam, uisci unam, intybi unc. tres, olei cyprini libram unā, opoponacis unc. tres, galbani duas, cypharij quantū sufficit, castorij unc. duas, uini optimi & aceti quantū sufficit. Cataplasma splenetici. Recipe aceti sextarios quinque, quos coques ad sext. unū, & sic mittes picis siccæ li. unam, farinæ hordei tetarton, & ita uteris. Epithyma spleneticon. Recipe caricarū pinguium uncias sex, amoniaci unam & semis, uisci de quercu unam, propolei unam, foliorū cappari unam & semis, stercoreis caprini unam. Coques autem caricas cum aceto acri, & ita tundes aut teres diligenter, & postea uiscum, & propoleium, & amoniacū, & stercus caprinum: hæc omnia permisce in unum & uteris, sed quando uolueris superinducere aceto malaxabis. Epithyma spleneticon. Recipe amoniaci uncias quatuor, cæræ duas, uisci de quercu duas, olei cyprini quod sufficit. Epithyma spleneticon mirabile. Recipe cardamomi, hyreos, cyprini, miri, libani, anā singulas unc. bdellij unc. quatuor amoniaci, therebynthinæ libras singulas, cæræ, propolis, anā uncias quatuor, nardi miri sex, balsami duas. Epithyma spleneticon. Recipe stiptiriæ, aluminis scissi uncias tres, tyu similiter, nitri similiter, cæræ uncias sex, picis librā unam, resinæ uncias sex, fricti similiter, aceti similiter.


Epithyma sive
spiciendum.

Ad os uentris stringendum. Cap. XIX.

B  Orticiū granatorū un. duas, gallæ duas, myrthi tres, manna, thuris quatuor, hordei farinæ sextar. duos, tabsynthij, pulueris un. duas, masticæ duas, aloës quatuor, sex. unū, sapæ, aceti similiter, omnia hæc coques, & appones stomacho uel uentri.


†absinthij

Ad uentris dolorem seu uitia. Cap. XX.

M  Alum terræ siccum in puluerem rediges, & ex eo denariū unū ex uini cyathis quatuor potui dabis, dolorem efficacissime releuat. Lini feminis cotylam unam in aceti acri cotylis duobus contusam & feruefactam ieiuno dabis, mire iuuat. Panis item combustus cinis tritus cum uini cyathis tribus, & potui datus dolorem tollit. Pulegium itidem commanducatum & ad umbilicum appositum continuo dolorem sedat. Aneti semen paululum tritum ex aqua potui datur, & continuo dolorem uentris emendat. Talum leporis si quis potauerit, in totū hoc dolore carebit. Item ad uentris uitia uel omnes dolores interaneorū. Siquidem de nimio frigore uenter difficilis fuerit, facies ut superius scripsimus. Si uero torsiones fuerint, tres baccas lauri teres, & cymini ac petroselinū cochlearia singula plena, & piperis grana uiginti simul cōteres, & tres pelliculas de uentribus pullorum siccabis, & exinde aquam anetatam per calidam bibat per potiones quandiu dolor sedatur. ◀

Tineis ac lumbricis purgandis.

Cap. XXI.

T  Ineæ quoddam uitium uentris est, quæ pelluntur potu ceruini cornu, combusti cineris raphani decoquantur ex aqua ad tertias, & ea aqua uino miscetur, radix enulæ decoquitur, deinde

C succus eius exprimitur, & potui datur cum eruta & enula, terram non debent tangere. Allium in oximelle decoctum deuoratur. Betæ candidæ decoctæ deuorantur cum allio crudo. Aqua in qua lupini coxerint addita ruta & pipere bibitur. Malum punicū tustum decoctum ex tribus heminis ad heminam, tineas eijcit potu. Acini hederæ albæ contriti tres ex oximelle profunt. In hac curatione conuenit & uentri, eos eadem ratione illiniri. Pennarum combustarū cineris denarios sex, hysopi albī octo, nitri similiter, salis duos, lupinorū de medio sex, cotilasq; duas ap̄, dabis bibere ante diem, & reijciet. Ficum cum lupino amaro tundes, & panno inductum uentri impones. Herba camomilla cum aceto comesta lumbricos necat. Cornu ceruini combusti pulnerem cum melle permiscebis, & anum umbilicumq; illinies, omnes descendunt. Centauriam item herbam siccam tritam in puluerem, & lupinorum farinam cum melle mixtam super umbilicum impones, tineas necat. Betonicæ itidē herbæ pulueris denarios tres in aquæ calidæ cyathis tribus dati potui emendant. Item costi tusti puluis ad denarios duos in aqua calida potui datus, lumbricos & tineas eijcit. Lupinorum itidem farina cum felle hyrcino mixta, & umbilico illita idem præstat. Ad tineas & lumbricos. Lentis hemina in aceto madefacta, & in cibo uel potu data, extinctos lumbricos eximit. Lupini itidē crudi contriti & umbilico impositi, lumbricos penitus extirpant. Itemq; stercus caprinum siccum & ualde aridum tritum adiecto melle potui datur, omnesq; tineas radicitus eximit. Raphanos ad tertias decoques, & eam aquam uino admixto, ad extirpandas tineas dabis bibere. Fel caprinum lanæ admixtum & umbilico appositum, & cornu ceruinū potui datum, aduersus lumbricos & tineas magnū auxilium præstant. Coriandri seminis uiridis unciam unā ex aquæ sextario uno, in qua lupini fuerint decocti bibat. Itemq; ad lumbricos. Ex menta cum melle bene trita factas pillulas glutiat. Herbam itidem nepetam uiridem cōteres, & succum eius in uini cyathis tribus ieiuno dabis bibere: si autem febricitat, ex aqua calida dabis. Ad lumbricos. Coriandrum & cardamomum æqualia teres cum melle quantum sufficit, dabisq; bibere cum oximelle. Oleium item cibarium cum aceto permixtum æquali mensura, ac per triduum potui datum contra lumbricos & tineas bene facit. Emplastrū ad lumbricos. Folia persici uiridis & absinthium uiride cōteres diligēter: quumq; trita fuerint, addes fellis taurini aliquid quantum, radesq; puluerem cornu ceruini usti, necnon & pollinis lupini atq; aloës, & facto cerotario tenerrimo, supermittes quousque permisceatur, & utēris.

Hæc nihil ferme à phrasi prototypi abhorrent.

Oleium cibarium

Emplastrum lumbricis necandis

Torminibus medendis. Cap. xxii.



Actuca discocta editur ex oleo cymino, sale, sinapi, ouum crudum defunditur in uase, putamē eius impletur oleo quod in uase defunditur. Eadem ratione uinum & mel. Vinum autem sit austere, hæc permiscetur in unum, cochlearij unius ad quantitatem bibitur. Holera discocta ex sale eduntur. Rura cū hysopo discoquitur, eaq; aqua

A aqua ex uini potione miscetur. Panis cum lacte caprino decoctus bis in die sumitur more sorbitionis. In olei cyathis sex ruta decoquitur, idque oleum bibitur. Malum punicum tusum ex tribus heminis uini coctum ad heminam, emendat. Malum punicum in olla addito operculo, exustum in furno & tritum, datumque in uini potione tormina discutit. Ruborum qui ferunt mora cauliculi teneri tunduntur, & ex ijs exprimitur succus, qui in sole ad crassitudinem mellis coquitur, hic potus efficacissime prodest. Lyncæ pecudis totus trius ex uino bibitur. Palumbus ferus in cibo datur decoctus in pusca. Anas uiua apponitur uentri, in eandem morbus transit, itaque moritur. Aqua calida marina clysterio infunditur. Vinum tepidum addito coagulo leporis, si potui datur creditur efficacissimum. — Aristologiæ radicis puluerem in aqua calida dabis bibere. Ad *σσοφορ*, hoc est ad tortionem uentris. Folia lauri mastiget, & succum eius glutiat, ipsaque folia in umbilicum ponat, & statim pausat. —

Ventri molliendo. Cap. XXIII.

M Enæ falsæ, id est pisces falsi uentri molliendo cum felle tauri umbilico illiniuntur. Lac caprinum potatum cum sale & melle ualeat. Ventriculus suillus in quo sarda decocta sit. Porri capitati discocti per se in cibo sumuntur. Vrticæ quoque semen tostum pane colligitur. Lens non percocta sorbetur. Mirabolanus genus caryotæ nascens in Aegypto, quæ os non habet, uino austero trita & pota aluum citat. Fel lupi, cum elaterio umbilico illinitur. Cydonia in melle seruata crudamanducatur à ieiunis. Pruna itidem à ieiuno eduntur. Mororum maturorum succus potui datur. Amoniacum potioni additur. Ulmi cortex tusus, denarij pondus in hemina aquæ frigidæ etiam purgat. Aqua bibitur in qua gallinæ decoxerint. Hirundinis fimus adiecto melle supponitur. Salicis succus ex uino mulso potatus ualeat. † Thalassomel iucundissime purgat, sine stomachi uexatione & odore grato et sapore, quod sic fieri debet. Aqua marina & aqua cælestis eadem mensura, & mel eiusdem portionis, permiscentur & seruantur in uase fictili picato, usui laxatiuo. — Betam gramine cum radicibus suis terges, sicque non lauabis, & tamdiu in cacabo bulliat donec discoquatur, sicut cerotum, & adde ibidem modicum salis & mellis cochlearia quinque, olei unum, & ex eo dabis calicem bonum, etiam si febricitat. Ad laxandum uentrem, bulbos Aphros numero quadraginta, purgatos cum diligentia teres in mortario, & cum mellis despumati pond. sex in ollam nouam mittes, et quum cœperit feruere lento foco, tunc adde bulbos tritos, & postea quum cœperit uelut pastilli fieri, tolles, & quum cœperit esse tepidum adde piperis unciam unam, pulegij unam, hyssopi triti unam & semiunciam, diagridij aut polipodij denarios quatuor. Oxigarum quod uentrem malaxat. Recipe zinziberis succi unciam unam, piperis albi similiter, salis amoniaci similiter, diagridij unam & semis, mellis optimi libram unam, opij Cyrenaici denarios tres, florū libras duas. aceti acris unam, zinziber autem & piper tundes & cribrabis molliter, saltem teres,

† galline pedes
† aqua salsa
Confectio Thalassomellis.

Oxigarum

C diagridion in fermento sub cinere calido coques, & sublaturum quum resiccatum fuerit teres & cribrabis, opium Cyrenaicum teres in mortario, & illic omnia mittes, diligenterque ac diutissime teres, ut bene commisceantur, utris autem sic, sero cum unguella aut cum pede de anseris, ita ut sorbeas exinde congium plenum, uel si quid amplius delectaueris, quia non laedit: accipitur autem etiam cum nascentijs, ut de fenugraeco, aliud sane non tenet, praeter id quod cum oxigaro acceperit. Item lapathi herbae & polipodij radicibus cum aqua decoctas edat, simulque succum bibat, aut herbae succum quae in arbore nascitur, ipsumque holus inter cibos manducet, haec enim uentrem sine ullo dolore purgat, & patrem familiam non corrumpit. Est praeterea herba quam Graeci *θύρον* appellant, cuius decocti succi hauriuntur utiliter, ita tamen ut a catarticis recedas. Item diagridij seu scamoneae semiunciam, pulegij sicci denarios tres, piperis semiunciam, nuclei sicci denarios sex. Haec omnia trita permixta cum mellis despumati pond. unum, dabis ieiuno ad cochlearia tria. Plantaginem in aqua decoques, & eam aquam cum melle mixtam dabis bibere. Herbam quoque Mercurialem dabis in potione. ▶

Ad tenesimum. Cap. xxiiii.

Vlcera que in recto intestino oriuntur (tinesimus non uocant) tisione et propterea deiciendi cupiditate infestant, paucis admodum sequentibus excrementis Gal. de locis affectis. 6. † in uetustate, ut uires inde imponantur



Tenesimo laborantes subinde concupiscunt egerere & nihil efficiunt. Ad hoc uitium senectus anguium cum rosaceo in uase stagneo decoquitur, & uentri illinitur. Et si exulceratio sit, ostreae ex mulsis decoctae eduntur. Lac item bubulum potatum prodest. Ius itidem piscium maritimarum in patina decoctorum cum lactucis sorbetur, aut pane colligitur. Holus discoctum cum sale editur. Aqua marina ex alto hauritur, seruaturque ut uetustate uires accipiat, postea bibitur cum uino & aceto, uomitu praecedente. Aliqui uero aquam marinam per se dant, sed raphanos supermandi iubent ex mulsis & aceto, ut uomatur. Pulticulam filiginis cum sale tantum sine oleo condies, & adijcies caerae punicae denarios sex, & agitabis bene, & sic dabis edendam.

Cholorae quomodo succurritur. Cap. xxv.



Holera uentris uitium est malum, & praecipue mirifice, cuius cura prodest compositio quae infra est scripta. Oliuae quae ueteris rimae sint aqua calida luuntur, ita ut saporis salis amittant, & emulsa cum pipere teruntur, quibus admiscantur coria mali in aceto decocta, oleum & acetum acerrimum adijcitur. Oportebit autem qui curabitur potione quam diutissime abstinere, utpote quod & uomitum per se tim exauriat dieta. In aqua lactucae caules quanto maiores & amariore in patina coquantur, & sic eduntur. Cydonia si matura cruda in cibo sumuntur. Optime facit & potio cuius compositionem quum de stomacho dicere remus, exposuimus. Baccas acrifolij tritae & uino datae profunt. Mororum de rubo succus efficaciter bibitur. Aqua marina calida clysterio infunditur. ▶ Petroselinum, piper, costum, & baccas lauri pariter trita cum uino dabis bibere. Ex uua itidem passa & confusa cymino malagma facies, & adijcies uinum, & sic impones super umbilicum, & dabis ei ut bibat ex aqua calida.

† quoque uomitum p. s. ex h. et cholerae dieta.

A lida. Pulegiū syluaticū conteres cum oleo græco, & dabis ut sorbeat. Hoc enim & uentrem soluit. Semen item aneti tritum admixta aqua potui datur. Polion herba cum aqua trita choleram sistit. Herbam centauriam in aqua decoques, & ex ea aqua per triduum cyathos tres dabis bibere. Item quæ uitulinum fimum recentē ex uino potui dabis, etiā melancholicos liberat.

Fimus uitulinus cholerae medetur et melancholicis.

Tamarisci siue fellis terræ radices contusæ, & ex aqua mulsa potui data, & deorsum & desorsum purgabunt omnes biles, & postea toto anno bene ualebit. Pulegiij pulueris cochlearia tria cōmanducata, & super umbilicū posita oblitaque, intempestiuos & continuos uomitus mire continet, quod si tanta concitatio stomachi in uomitu erit, ut cōtineri nō possit, erucae ramulos tres uel quatuor cum malignanati succo teres, atque ad sorbendū dabis, continuo sedatur. Item mundatoriū cholerae & prouocatorium uentris. Epithimum decoques in aqua ad tertias, addesque mel & facies simul feruere, & dabis bibere siue calidū siue frigidū. Itemque raphanū, lini semen ac per si quis ieiunus manducet, fortissime bilem inhibet. Pulegiū item cōmanducatum et in umbilico positum mire cholerae sistit. Semen itidem maluae ex aqua calida ieiuno potui dabis, cholerae nasci prohibet, et caput infundit. Ad restringendam cholerae cataplasma. Recipe apij seminis uncias duas, samfuci, myrrhæ, camomillæ, farinæ hordei, foenugræci, lini seminis anā uncias duas, aqua in qua radices euisci decoctæ fuerint, mellis uncias sex, olei tres, sapæ tetartū: per singulas autem uices, addesque mel, aquam oleū, & sapam resolues & recoques. Cataplasmati uero sabanū calidū impones, faciesque hoc triduo, & intermisso uno die, iterum triduo facies. Ad purgationē uentris & cholerae deductiones. Mastice teres unc. i. & puluerem mittes in aquam frigidā, & dabis sero eunti dormitū. Ad biles reprimendas. Herba mercurialis coquit, & in cibo cū sale & oleo datur, & cum aqua mulsa bibitur, hoc et ægrotantē iuuat, si & aqua eius cū cōdito bibat.

Cataplasma fistiles cholerae.

Cholerae patrius casus plus cholerae nominatio cholerae.

Coeliacis sanandis. Cap. xxvi.



X quibus coeliacū deprehendas breuiter sit dictum, scilicet ex officio uentris per omnia turbatum. Nam nunc aspera uel alba uel indigesta, nunc sanguinolenta aut purulenta, atque in æqualia egeruntur ægrotantis stercora eodem die frequenter & parua, aut semel & coaceruata, attestante intestinorū rugini, cum inflatione & sonitu descendenti cibi, quando ægrotantes pallore cutis albida superficie, uiriū debilitate, macie corporis totius cum fæore, pulsu crebro, parum imbecilli, unde & coeliacī dicti sunt apertæ passionis, qua tenent. Venter enim patitur quem Græci κοιλίαν appellāt, quos ita curabis. Bulbos Aphricanos rubicundos cōtritos ex uino candenti ferro calefacto potui dabis, et sanabuntur. Columbus ex passo decoctus donec madescat, & in cibo datus utilissime succurrit omnibus uitijs. Oua item in aceto macerant, & coeliacis in cibo dantur. Ungula itidem porcina combusta & in cinerem resadacta, dehinc pridie in uino austero infusa bibitur. Cinis calidus cribratus restringit. Leporis coagulum ex uino uetustissimo dilutum & tepes-

Coeliacis uentres latius uocabis.

Cētum ieiuno dabis bibere, quod remedium ualde manifestum experimentum est. Iecur item caprinum perustum & leuiter tritum uentri appositū. Sanguinis quoq; fluxū torminosi continebit. Itemq; luteo ouorum tritū. lardi ueteris quadrans, mellis pondo quadrans in uini ueteris cyathis tribus simul cōterentur, in nucis auellanae magnitudinē ex aqua coeliacis dantur. Baccæ oliuarū in uino coeliacis propinantur. Item membranæ gallinarum tostæ si cum oleo et sale subferuefiunt, sic datæ in cibo coeliacorum dolorem mulcent. Abstineri autem à frugibus† oportet & gallinam & hominem. Fimus autem columbinus tostus & tritus coeliacis & dysentericis in cibo datur. Palumbi in aceto discocti & dysentericis & coeliacis in cibo medent. ▶ Itemq; oua in aceto macerabis & infricabis ex aqua, panes quidem coeliacis eadem hora resoluunt, & in pane cocta dantur in cibo. Seditum itidem ouilli in uino austero decoctū bibitur: hoc & dysentericis medetur. Item trociscus ad coeliacos & dysentericos. Recipe herbae symphoniæ albæ seminis unciam unam, anisi unam, apij seminis unam, amei unam, balaufti unam, hypocisti doscilo unam, opij semiunciam, omnia trita & cribrata colliges cum aqua pluuiali, & facies trociscos habentes denarios tres, dabisq; in aquæ cyathis tribus pluuialis trociscum unum. Item epithyma ad coeliacos. Recipe cæræ uncias quatuor, masticæ unam, myrrhæ & aloës unam, mannae thuris unam & semis, amerinae quatuor, cyados unā & semis, sydon unam, olei lentiscini tres, maginati Aegyptij quantum sufficit, ut sic ea ipsa cōmiscantur in mortario cum maginate ad mellis spissitudinem, & sic postea cerotariū permiscebis, & uteris ante & retro. Cataplasma ad coeliacos. Recipe scisti uncias duas, mannae, thuris, acatiæ masticæ, cyados similiter, myrti cotylam unā, alfetæ quod est polenta honesti sextarium unū & semis, sapæ creticæ & aceti quod sufficit spaltice hoc est constringere. Item ad coeliacos. Rorem syriacum cum oriza coques & colatum succum iniicies. ◀

Ventri sistendo. Cap. xxvii.



AD uentrem sistendum, cancri fluuiatiles triti ex aqua bibuntur. †Mori succum in caprino lacte potatur. Ozimum idem tritū uentri illinitur. Panicium itidem in lacte caprino decoctū more sorbitionis in die sumitur. Vetus panis nauticus tusus & iterum coctus in aqua bibitur. Cortices fabæ ad tertias decoctæ profunt. Lens aqua coelesti decocta sorbetur. Acetum merum sumitur. Mala etiā syluestria eduntur. Aqua in qua pruna agrestia cocta fuerint bibitur. Syluestrium prunorum baccæ uel ex radice corticis in uino austero decoquantur, ut tertia pars decidat, idq; uinum bibitur merum cyathus, unus in die. Mororum fatiuorū immaturorū succus bibitur. Sorbetur succus seminis myrti. Palumbus ferus ex pusca coctus in cibo datur. Fimus quoque columbinus cum melle uentri illinitur. Bibitur etiam anatum masculorum sanguis. Flores uel cincinnos de auellana colliges & mittes in furnū ut siccent, & quū siccati fuerint terent, & ex uino propinent. Iuniperi baccæ tri

† vetus lectio
habet, & crudis
oleribus,
qui eiusmodi
sunt, debent.
† in potione
propinatur.

Epithema coeliacis.

† fatiui cineris

A cæ tritæ ex uino nigro, id est ex uuis nigris, expresso potant. Flos item hederæ tribus digitis sumptus in uino austero bibitur in die. Ruborū in quibus mora nascitur, cauliculi in uino austero decoquunt & in cibo dantur. Coclearū uero quæ uiuæ crematę sint cinis, potioni ex uino austero inspergitur. Plantago quoq; editur ex aceto cocta. Samsuci etiã radix ex uino bibitur. Gallinacei iecur assum in cibo sumitur. ► Panniculos nucis siccas, & ex eis puluerē factum in uino dabis. Coriū melonis in puluerē rediges, & ex pusca ieiuno dabis bibere & sanabit. Gluten item taurinū mundum rubeū solues in aqua & chartæ induces, & super ligulam impones. Cataplasma ad stringendū uentrē infantū. Recipe thuris unc. ij. sapæ & aceti quod sufficit, ac farinæ hordei. Ouum in aceto acri coques, & quum crepuerit purgabis, & iterū coques, & quandiu colorē mutauerit dabis ei qui patitur. Si uero conationes cū rasura pmanserint & uenter strictus fuerit, succus orizæ cū anulo iniicies. Ad conationes. In uini Aphri sext. ij. mittes fasciculū cymarū rubi & foliorū lauri manū plenā, coquesq; tandiu donec excoquat. Deinde calicē mittes aliū & coques & addes ut supra, & exinde spongia fouebis, facit hoc lenem uentrem. ◀

Cataplasma si
stendo uentri
infantum.

Dysenteria compescendæ. Cap. xxviii.

Dysenteria deprehendes à stercorū qualitate, aut macilēta, uel pinguis humoribus oblita, aut cū rasura intestinorū, nunc purulenta, nūc sanguinolenta; ita uero curatur. Holera cū sale edunt. Per se bulbi triti dantur, & in uino austero potio miscetur. Cælesti aqua coctum ozimū in cibo datur. Ruta cum caseo teritur in uino in modū mereti, & ita editur. Cæra remissa in potione datur. Puluis fit ex alica tosta prius quam detur in quē subigitur cæra remissa. Infundunt fumenta in quibus acini uuarū hærent; & acinorū lapilli cōburuntur, eorūq; cinere aspergit. Sucus pampinorū et uitiū clysterio immittat. Cydonia matura cruda eduntur, Myrti feminis pōdus deñ. in uino propina. Vinū in quo folia myrti discocta sint potui datur. Galla cum cōmagina cōburitur, cinis eius extinguitur, uino illinitur uentri, hoc & ad cœliacos facit. Flos hederæ tritus, & tribus digitis sumptus in uino austero bis in die bibitur. Ruborū in quibus mora nascuntur cauliculi decoquuntur, in uino austero & per se eduntur. Lutea ouorū tria, lardi ueteris drachmas tres, mellis totidē, uini cyathi tres unā t conterunt, & in nucis auellanæ magnitudine ex aqua dantur. ► Rubi radices bene lotas mittes in ollam nouā fictilem & aquæ sext. unū, & decoques ad tertias, deinde supermittes aceti acri heminā unā, & iterū feruere facies ad tertias, ut nigrū fiat, & dabis ieiuno pusillū. Nā si plus dederis uentri nō facit. Muscū qui in tegulis nascitur, cōteres in puluerē, & in uini picati, id est nigri ieiuno dabis, eadē hora claudit uentrē. Nam si febricitat ex aqua calida bibat. Pini arboris corticē in aqua decoques, & ex ea aqua dysentericis dabis, hoc & cœliacis prodest, qui similiter uexantur. Styracem, guttam amoniacā, specularia combusta pari portione, ac piperis grana in uini potione dabis bibere. Si uero uenter ei torquetur, betæ radices

†permiscetur

C ex oleo coques, & dabis ei ipsum oleum bibere. Semperuiuæ maioris succi cyathos quatuor in uini cyatho uno potui dabis, hoc enim dysentericos & coeliacos & lumbricos habentes curat. Corticem agrifolij interiorē & exteriorē rades & mittes in cacabū nouum, et pones super carbones, nō ut comburatur, sed ut tostetur, dein teratur, & dabis cochlear plenū febricitanti cum aqua calida, sanis uero in uino styptico, & stringit mirifice. Cochlear maiorem quæ comeditur affabis, ita ut testam semiustam primū mitas in mortariū, deinde carnem ustam simul in puluerem rediges, & ex eo dabis coclear plenum in uino calido, uel si minus edax fuerit, dimidium dabis. Pruna agrestia, gallam, masticam, thus masculū, myrrham, piper & flores rosæ ex uino styptico propinabis. Costum, styracem, orizam, panem Aphrum, masticam, maligranati folia, ficus, testam oui, omnia tundes & dabis puluerem in ouo sorbili, aut in uino manē & uespere. Corticem arboris mori interiorē teneram rades, & cum uino nigro coques in mortario nouo donec excoquatur, & ex eo dabis cochlearia tria manē & sero. Glandis item rubeæ grana tredecim, piperis quinque, simul teres cum uino ueteri, & dabis tribus matutinis. Si quis in folio postquā sudauerit olei spani si potest heminā, si non uel potionem unam bibat, curatur: tanto autē melius sentiet quanto plus biberit, lauet uero secundū consuetudinē. Item balauistiū, gallam, pumicem, geras, tyrias & locustæ asperas testas, omnia æquis pōderibus teres & cribrabis. Dabis uero ex eo manē & sero cochlearia singula si non febricitat cum uino mixtum, febricitantibus uero in aqua calida. Naxum fullonū teres diligenter, & dabis in uino uel ouo uel aqua calida manē & sero. Cauliculus maligranati, quos Græci sydia uocant, prima die teres numero quinque, & piperis grana undecim in mortario fictili, & mittes uini potionē in calicem minorem, ex quo perfundes ferrū candens, & sic miscebis puluerem & dabis bibere. Secūda uero die cauliculos sex, & piperis grana xv. Vuam quæ ex se in uite fuerit arefacta teres cū diligētia, tritamq; in uino ueteri dabis bibere, ita ut in uino panē intingat, & sic sumat & post ipsam potionē bibat. Fabas solidas franges, & macerabis in aceto acri, et dabis māducare ieiuno quantū potest. Oua cruda franges, & mittes in patellam rudem & maligranati puluerem, gallarūq; pari portione admiscebis & coques, & cum aceto acri dabis bibere. Iniectio ad dysentericos. Recipe pumicis cōbusti unc. unā, gallæ asianæ unā, balami barbarici unde coria conficiunt unam, geræ tyriæ unā. Hæc omnia tundes & cribrabis, & hinc plenū cochlear mittes in mortario, atq; addes maginati un. tres, hoc est uini austeri in quo cocta sunt hæc myrti & rubi fasciculi singuli, coriū maligranati et lētis manus plena, sed et seorsum decoques succū orizæ cū seuo ursino & colabis, hinc mittes unc. unā & semis, & simul miscebis: prius autē reficiat, & sic iniiciatur tepidū, & teneat uero quantū potest. Alia iniectio. Coques ex aqua lentē, myrtū, & corticē maligranati cymas, rubi corticē, roboris & lentisci modicū, pro oleo uero seuū caprini in aqua coques & sic iniicies: qđ si in uase fuerit ex uino mittes quo accipiat.

Sydion malum
granatum &
sua flores
eiusdem.

Iniectio dysen-
tericis

Alia.

A Alia. Cymarum rubi fasciculum unum, lentis manum plenam, orizæ tantundem, & corticis malignanati duos coques in olla noua in aquæ sextarijs duobus, donec succus fiat, quem colabis per linteum diligēter, ut sit uel tertia pars sextarij, deinde teres mollissime gallam Alexandrinam unā, mitesq; ouum unum, et olei unciā unam, salisq; cochlearia duo, miscebis succum & inijcies: prima uero die tantum salem mittes. *Collyrium dysentericum.* Collyrium ad dysentericos qui sanguinem faciunt. Recipe thuris masculi unciā unam, myrrhæ unam, opij unam, quæ teres in mortario diligenter, addita paulatim aqua, donec in se modum collyrii colligat, & facies collyria diuersa pro ætatibus quæ in necessitate cum oleo rosato suppones. *Collyrium dysentericum,* quod recipit drachmas quatuor, opij quatuor, myrrhæ & libani quatuor, succum arnoglossæ ac uinum amineū. *Collyriū hypoticon.* Recipe opij unciā unam, acatiæ unā, myrrhæ unam, croci semiunc. colliges cum amphaci melle. *Collyriū hypoticon laudatum,* ad quod crocum, libanum, opium æquali pondere teres, & cum succo arnoglossæ colliges. *Hypoticon Gorgon.* Recipe gorgon, hoc est agile, facit ad eos qui conationes patiunt & antiquas passiones. Recipe cycidon drach. quatuor, libani quatuor, acatiæ quatuor opij quatuor, cum succo lactucæ colliges. *Trociscus dysentericis.* Recipe albesci drach. xxiiij. aspalti xvi. sandaricæ xvi. arsenicæ xij. gallæ pulueris nouem, succi arnoglossæ quantum sufficit. Picem liquidam & resinam, oleumq; uetus & cærā, omnia mittes modicū in acetabulum, & resolues ad carbonem, ut fiat quasi cerotū molle, & ex eo unges & renes, appositis hinc inde floccis lanæ & fascijs, sed intinges modicū lanæ in ipso acetabulo, & inijcies in intestina, ita ut quotiens uentrem fecerit, aliud mittes. *Trocisci confectio probatissimi.* Recipe leppidi Cyprii denarios octodecim, hypocisci octodecim, styptiriæ unc. unam, sandaricæ unā, croci magnati unam, opij unā, salis amoniaci deñ. sex, epsomaci Cretici quantū sufficit ad coagulanda pigmenta. Quæ omnia diligenter teres & cribrabis, ut puluerem facias, & postea tantū passum mittes, ut constringat, non ut liquefaciat, & facias trociscos habentes deñ. tres, & singulos inijcies, & si iasuras aut saniem facit, primum de aqua oliuarū inijcies, & postea de trocisco: coques quoq; cymas de rubo cum cortice malignanati, & orizæ pugillo, & myrti: quæ si nō fuerit, buxum mittes, & coques omnia hæc in uino styptico, donec de tribus partibus duæ remaneant, et mittes in mortario quantū potio esse potest, & sic solues trociscū. Si aut puram aquam facit uenter, non inijcies de aqua oliuarū, sed tantum de trocisco. *Dysenteria et conationib. m. lagma* Ad dolorem & conationem cum pondere facies fomentum sic. Fœnugræcū bullies in aqua & inde fovebis. Inijcies butyrum, & mel, & oleum, & modicū salem, & exinde curabis. Item trociscus dysentericis, & ad eos quibus uenter sanguinem facit. Recipe iusquiami seminis unc. unā, apij seminis unā, balauisti unā, acatiæ unā, amei unā, agātis Aegyptiæ unā, uulgacæ seminis unā, roris Syriaci unā, opij Thebaici semiunc. mandragoræ radicis drach. ij. geræ Tyriæ semiunc. quæ omnia colliges cū aqua, & facies trociscos habentes drachmā

Trociscus ijs
qui sanguinem
deiciunt

C dimidiam, & dabis bibere ei qui nō febricitat cum uino: febricitantibus uero in aqua calida manē. Trociscus ad eos qui sanguinem faciunt cum conuersione uel rosura uel corruptela. Recipe sandaracæ ponticæ uncias octo, arsenici masculi quatuor, acatiæ rubææ libram unam, calcis uiuæ unā, quæ omnia singillatim tundes & cribrabis, miscebisq; in mortario cū uino ueteri austero in quo cocta sint hæc. Myrtus uiridis, rosa sicca, cortices maligni, cymæ rubi & buxus, tantumq; mittes uini ut ad spissitudinem redigatur: & quum cœperit siccare, faciet trociscos pro ætatibus habentes denarios octo, uel senos seu quaternos, quos siccabis in umbra & repones, & uteris sic: Priusquam iniicias, aqua de oliuis uel Aphra muria spissa in modum heminæ dimidiæ tepefacta abluēs intestinū manē & sero de trocisco curabis. Sufficit autem semel abluere intestinum, trociscum uero quotidie iniicies cū scimmate, id est in uino in quo herbæ superscriptæ sunt coctæ.

Trociscus diasparmaton

Potionem hanc dabis quibus sanguis multum fluit, quod si dolor aut conuulsio multa fuerit, cum succo orizæ uel lenticulæ iniiciatur. Accipiat uero portionem de trocisco qui diasparmaton uocatur quotidie sero. Iniectio ad dysentericos. Recipe rubi cymulas, testas maligni, uinum stypticum, addes acatiam, et seuum hircinum colatum ad modum potionis, tenendū diutissime. Trociscus ad dysentericos. Recipe licij Indici unciam unam, quæ solues in uino styptico, gallæ Alexandrinæ unam, & sulphur uiuum, sandaracæ unam & semis, quæ tundes & cribrabis, calcis uiuæ quatuor, & auripigēnti, quæ similiter tundes et cribrabis, opij Thebaici semiunciam in fundes in uino Aphro styptico, & tunc in mortario omnia permiscebis, & facies trociscos quos sic iniicies: teres trociscum in mortario mundo, & mites uini Aphri quasi calicem bonum, & sic curabis.

Cataplasmata
dysentericis

Trociscus ad hæc. Balaustrij semiunciam, gallæ similiter, croci similiter, styracis similiter, myrrhæ siliquas nouem, castorij tres, capsii laginis seminis, quod est iusquiam siliquas octodecim, apij seminis semiunciam, opij siliquas octo, anisi semiunciam, dauci similiter, aquæ quantum sufficit, facies trociscos habentes siliquas tres. Cataplasmata ad dysentericos. Recipe corticē maligni, rosam, myrtum, polentam, masticam, gallas, aloën, quæ omnia in sapa coques & impones. Panem pulueris Aphri & scenugræci in melle & aceto coques, & in uentrē ac renes pones. Ad idem cataplasmata & ad intestini dolorem. Daptilos in uino ueteri infusos cum pane Aphro & modico croco teres, & in capite intestini hyones. Daptylos infundes in melle, & mites uinum uetus uel acetum acerrimum cum passo in cacabum, quod quum ferbuerit, mittes daptylos tritos & puluerem panis Aphri, parum etiā farinae hordei, sed & puluerem maligni, gallæ Alexandrinæ, myrrhæ masculæ, mannæ quæ uenditur à pigmentarijs, & quū factum fuerit cataplasmata, unges oleo lentiscino, & pones ex utraq; parte. Sanē antequā ad cataplasmata ponas cataplasmata, asperges super illam masticam tritam ex oleo lentiscino unges. Balaustrium item rosam siccam, rorem Syriacum, maligni, rosam sicca in uino austero, uase nouo feruefacies, et ibi solues trociscum uel puluerem

A uerem ad iniiciendum. Cataplasma ad idem in modum epithymi. Gallas Alexandrinas, corticem maligranati, acatias, myrtum, myrrham & masticam teres & cribrabis. Cydonia cruda intrinsecus tantum purgata quam mollissime teres, & comiscens puluerem ustum rursus teres, addens paulatim acetum, donec simile sit epithymo, mittes etiam parum olei rosacei uel myrtini cum aceto modico, & quasi epithyma sit, & pones ad umbilicum, & ita deorsum ad renes. Cataplasma ad eadem. Malorum granatorum coria & gallae decoquantur ex uino, deinde si mollia fuerint simul teruntur, quibus adijciuntur omphatium, hypocistis, & acatia rufa, sed ex aqua infunditur pridie, eis ros coriarius & alumen scissum utraque tusa & cribrata, miscenturque ceroto ex myrtino oleo facto. Epithyma tocydion, quod facit ad dysentericos & coeliacos. Recipe acatiae unciam unam, cyados unam, omphatij unam, sybani unam, balaustrij unam, scysti unam, aloes unam, roris syriaci unam, myrrhae unam, cenante unam, rosae siccae unam, cerae uncias nouem, picis duas, olei myrtini unam. Fomentatio ad dysentericos. Oleastrum, lybiscum, myrrham, laurum, ros marinum, cypressum aequali pondere decoques. Epithyma ad dysentericos. Recipe cenantis unciam unam, sidios similiter, aloes quatuor, omphatij unam, omphaticon unam, rosae unam, acatiae lib. unam, olei myrtini unam, picis unciam unam. Epithyma ad dysentericos bonum. Recipe myrrhae un. unam, seminis myrti et thuris unam, gallae unam, roris syriaci unam, acatiae unam, balaustrij unam, sydiae semiunciam, aloes unam, bedellij unam, cenantis unam, croci semiunciam, cymarum rubi duas, masticae aphrae semiunc. cymini similiter, apij seminis similiter, olei lentiscini lib. unam & semis, cerae octo, daptylos undecim, uini quantum sufficiat: Si uero lentiscinum oleum non habuerit, myrtinum mittes aut melinum. Epithyma item ad dysentericos. Recipe thuris unciam unam, myrrhae unam & semis, masticae unam, absynthij unam, balaustriae unam, gallae quatuor, cymini unam, apij seminis unam, rubi unam, croci duas, spicaenardi duas, olei lentiscini lib. unam, cerae unam, therebynthinae unam. Fomentum. Gallas alexandrinas, sydias, myrrhum, buxum, rosam siccam, & lentem alexandrinam simul in aqua coques, & super ipsam aquam sedebis. Vinum itidem Cilicense coques cum absynthij herba, & fouebis spongia. Caulium radices ustulatas dabis cum ouo, & gallas syriacas teres. Catapotia ad dysentericos explorata. Recipe gallae unciam unam, opij drachmas quatuor, tundes gallas ac teres, & permiscebis cum lachryma ouis, & ex eo facies catapotia in modum lasioli, & dabis secundum uires accipientis. Item ad dysentericos, & ad omnes dolores & rosuras uentris. Anisi drachmas duas, iusquiami quatuor, apij seminis quatuor, florum rosae quatuor, hipocisti doscilo duas, croci unam, opij similiter, myrrhae similiter, opium uero & hipocisti infundes in aqua, & omnia sicca tusa & cribrata permiscebis sufficienti melle, & colliges ad spissitudinem epithymi. Epithyma ad dysentericos & ad coeliacos. Recipe acatiae unciam unam, cicido & omphacidis unam, balaustrij unam, cidon iocis similiter, cerae dra-

Fomentatio dysentericis.

Vinum Cilicense.

Epithema di-
dion.

C chmas sex, rodion libram unam, daptilorum pinguium lib. unam, daptilos uero uino infundes & simul teres. Epithyma caldion ad dysenteriā. Recipe ciadon unc. quatuor, styptiriæ similiter, sydion rosas quatuor, roris syriaci quatuor, hipocisti doscilo unā, amoniaci unā, picis lib. unam & semis olei myrtini un. quatuor, uini parū. Epithyma ad dysentericos quod dicit didion. Recipe acatiæ unc. iij. cicion rosas quatuor, roris syriaci, iij. hipocisti doscilo unā, amoniaci unam, picis lib. unā & drach. iij. cæræ quatuor olei myrtini un. iij. uini stigmatici duas, induces aut linteo & impones uentri usq; ad umbilicū & retro. Epithyma ad dysentericos. Recipe myrrinæ drac. iij. coclearū uiginti, carnes, oleū cyprinū purum, album ouorū septem aceti acris quantū sufficiat. Herbā portaglam ex aqua feruefacies, & iterū adiecta aqua condies, et asperfam polenta offas cōplures dabis edere, quā mire curat. Picem item uirginē tusam in cacabo impones renibus.

Dysenteria & lienteria subueniendæ. Cap. xxix.



V Trem uetustissimū siccum non putrem combures & in puluerem rediges & seruabis diligenter, & ex ipso pleno cochlearia sex, radicis ebuli pul. cochlea. v. speculatis costi & triti cochlearia tria, folia quinque, piperis albi tria. Hæc omnia trita & cribrata in unū miscebis, & exinde cochlear plenum in uino styptico dabis, si non inhæres uino styptico cortices de piro tolles pondo decem, & mittes in stagnē uas grande, & cum ipsis uini sextarios uiginti, & coques ad dimidias. Quum uero refriguerit mittes in uas mundū ex ipso uino et uteris, & cū potionibus accipies, quod si antiquus est languor & sanguinē abundantem egerat infirmus, duo cochlearia mittes in potionem uini calidi, sapius q; utatur & in solio ipsam potionē bibat, & unctioe prædicti calastici utatur. Manducet aut orizam cum manu plena plantaginis benæ coctæ, & cum seuo caprino ibidem misso & exiguo salis anetū & porrū. Oleum ante omnia non manducet, affaturas caprinas peraffas manducet, & ficatū ipsius assum pedes discoctos cum paruo sale comedat non cum aceto, & omnia interanea caprina calida cū prædicto uino mixta bibat. Curat enim & si escam quam manducauerit emittat, quod ipsum dicitur lienteria.

λεντηρία.
Leuitas intesti-
norum.
Laxius intesti-
num κολον
Græci nomi-
nant.

Coli dolor quibus remedijs iuuetur. Cap. xxx.



Immum leonis diligēter colliges & siccabis ad solem & seruabis, quia difficile inuenitur, mittes q; ex ipsius fimi puluere cochlearia quinque, petroselini puluere cochlearia quinque, zinziberis, costi, et piperis albi cochlearia tria, & omnia cribrata cōmiscabis, et exinde cochlear plenum ieiuno in potione conditi tepidi dabis in hyeme, in æstate uero in ueteri uino. Si aut antiqua passio est, duo cochlearia in solio dabis, & hoc per triduum facies, unges uero uentrem & sub umbilico de supra scripto calastico, & si grauis dolor imminet amplius, pone ungenti & super lanam & fascias, obseruet quoq; ne algeat, & recentia nō bibat, nec carnes uel holera seu legumina māducet, quia passio pessima est. Si autem repentinus dolor aduenerit, & prædicta potio parata non fuerit, purgabis

A purgabis allij acerrimi capita quinque, & concides minutatim & mittes in ampullã cum olei gremialis hemina, & macerabis die ac nocte, & ex ipso bibat oleo cochlearia tria, in cibo etiam pro oleo utatur. Si uero in folio balnei prædictum oleum biberit, plurimum prodest. Potio ad coli dolorem, seu ad calculum, quæ in una portione coli dolorem in perpetuo liberet. Recipe folij, spicæ nardi, piperis albi, apij seminis, opij Cretici, siseleos, zinzi beris, pulegij, thymi, cassiæ fistulæ, satureiæ, reupontici anã uncias singulas, piperis longi quatuor, pyretri duas, hyreos semiunciam, petroselini unciam unam, & denariũ, leuistici denarios octo, croci quatuor, erucæ semiunciam, costi denarios sex, scœnugræci semiunciam. Hæc omnia tundes & subtiliter cribrabis, & in uase uitreo recondes, & ex ipso puluere cochlearia tria in cõdito siue careno, in folio mox ut descenderit dabis, & diu in folio foueatur, & in perpetuum liberabitur. Potio ad colicũ. Recipe rutæ agrestis seminis semiunciam, gentianæ uncias nouem, came triæ lib. unam & semis, aristologiæ rotundæ uncias nouem, quibus alij medici addebant squinantij tres, petroselini tres, camepetij tres. Hæc omnia tusa in mollissimum puluerem repones, ut dum opus fuerit, dabis cochlear plenu in aqua calida. Piperis uncias tres, salis montani unam, petroselini acitonici duas omnia in puluerem rediges, & in uino cochlear plenum. Hyssopi Cretici semiunciam, seminis scœniculi similiter, piperis albi similiter, petroselini similiter, cymini similiter, salis montani similiter, anisi similiter, apij seminis similiter, omnia teres, dabis in dolore cochlear plenu sanis in uino uel cõdito, febricitantibus uero in aqua calida. Pridie Idus Martiãs uiolæ purpureæ folia undecim, piperis grana decem, uini ueteris calicem plenum teres in mortario marmoreo, & mittes in calicem ipso die, & pones sub diuo coopertũ testa diligenter, ut ibi maneat, & alia die manẽ ibi agitabis & mittes in calicem herinum, stans contra orientem, & uno haustu bibat. Item expertum. Cocleas tres quas Græci uocant corcotellas, in olla noua claufas et circumdatas, in furno combures, quarum puluerem in uino aut ubi uolueris dabis. Tria grana allij infundes aliquãtis per in aqua, deinde ex cõdito glutienda dabis. Enema ad colicũ quod appellatur diacastoreum. Recipe reupontici sicci unciam unam, croci aphri unam, nitri albi semiunciam, rutæ uiridis folia trita similiter, mellis quantũ sufficit. Conficitur autem sic. Myrrha & castoreum seorsum teruntur, seorsum & nitrum, similiter & ruta. Crocum uero infundes in uino ueteri tanto ut infundatur, non ut supernatet, teresq; in mortario. Opium uero cum melle teres donec soluetur, & sic cõmiscabis singula quousq; omnia adimentur, & superaddes mel ita ut ad spissitudinẽ redigatur, reponesq; in uase uitreo, uteris autem sic. Primũ quum dolor cõp̃pit, porrigitur intestino secũdo de medicamento calastici ad uncias sex, quod quũ iectum est, si cessauerit dolor, intermittendum est. Si uero manserit cõtra noctem iniicitur sic. Olei rutacei sex in acetabulo tepefacies, medicamẽti uero in modũ fabæ Capadociæ, uel paulo amplius seorsum in calice solues cum uini ueteris cochleari, & oleum te

Potio ad colicũ
& lithiasin.

Alia potio.

† Macedonica.

Enema diacastoreum.

ṽsus diacastorei enematis.

C tepactum secundum modum æstimationis miscebis & iniicies : hoc autem & dolores tollit, & somnum facit. Obseruare uero debes ne modum quantitatis excedas. Solet autem plus iniectum grauedinē nimiam capiti afferre, qua quidem celeriter cessat. Enema ad idem, quod appellatur dyargopissum. Recipe aloës hepatici uncias duas, opij spani unam, butyri recentis unam, peculæ uiuæ synceræ sex: Conficies autem sic. Aloën in puluere rediges, opium cum pecula teres donec soluatur, addes aloën, & quum illa terendo miscueris mittes butyrū, & rursus illud simul teres, & hæc omnia permixta colliges in uase æreo, & utēris sic. Si refrigerari passionem contigerit, primum clystere intestinum purgabis, quod accipit oleum rutaceū & mel & butyrum, & hæc calida, dehinc de medicamento suprascripto ita curabis, ut prius cyminum & rutam uiridem in oleo & aloë sine sale tam diu coquas, donec ruta se frigere incipiat, quod colatum ac tepectū mittes in acetabulū in modum potionis bonæ, uel certe uncias sex, & medicamento quantum pars tertia cochlearis est, in ipso à digito solues & super calida pones, ut tepescat, & sic utēris. Facit præterea ad eos qui propter colum confluxum uentrem patiuntur: tollit & libidinem intestini. Si autem & choleribus color fuerit medicamentum oleo roseo locum iniecto.

Enema dyargopissum.

Aliud Enema, ad coli dolorē.

D Enema ad colum probatissimum, sed in nimio non iniicies dolore. Recipe cymini heminam unam, centauriæ fasciculos tres, amei semiunciam, folia lauri numero quindecim, colocinthidos unam. Hæc in aquæ sextariis tribus decoques ad tertias, colabis quæ, et cum oleo ac modico melle iniicies. Nam herbas suprascriptas pridie infundes. Enema ad dolorem coli. Recipe opij denarios octodecim, castorei quindecim, myrrhæ duodecim, croci tredecim, nitri sex, rutæ agrestis seminis similiter, euforbij similiter, omnia tundes & cribrabis, & colliges cum melle, & quum opus fuerit in modum auellanæ solues cum aqua frigida, adiungens anetini olei uncias sex, & butyri cochlear unum, admiscebis & curabis. Enema ad hæc. Recipe baccarū lauri pulueris uncias duodecim, cæræ punicæ sex, butyri sex, medullæ ceruinæ sex, adipis anserini sex, therebynthinæ sex, hyssopi ceroti sex, hæc omnia commiscebis, & factas pillulas siccabis in umbra, & quum necesse fuerit teres in oleo sauinensi sufficiente una pillula, & curabis. Ad coli dolorem, & qualiter ad intestini dolorem eiusque uitium medicamentū conficere debeas. Recipe adipis anserini, adipis phasianorū, hyssopi, ceroti, butyri, therebynthinæ ac cæræ anæ uncias sex, resolues, & ex eo mittes uncias sex, addes galbani quatuor, cymini bene tusi & cribrati sex, baccæ lauri tusæ ac cribratæ duodecim, foliorum rutæ bene tritorū decem. Hæc omnia cum suprascriptis sex uncis bene commiscebis & facies mandalia, hoc est collyria bona, & quum opus fuerit in oleo rutato & auellanæ solues & heminam facies, curabis quæ. Confectio medicaminis ad dolorem coli. Recipe adipis anserini unciam unam, basilicon seminum unciam, butyri unam, olei sauiniensis quatuor. Conficies autem sic. Infundes cymini

A cymini cochlear unum in uino ueteri, dehinc mittes oleum cum rutæ uiridis femiuncia, & uini ueteris cotylam, & feruefacies donec ruta exfrigiat, colabisq; & repones in uase uitreo, & quum necesse fuerit pensabis, ex ipso oleo uncias quatuor, & miscebis cum medicamentis superscriptis, & curabis. Enema ad dolorē coli. Recipe myrrhæ drachmas quatuor, croci duas, opij sex, castorij sex, commiscebis melle in doliolo & curabis. Enema ad dolorem coli. Recipe myrrhæ drachmas quatuor, croci duas, opij sex, castorij sex, nitri duas, rutæ uiridis foliorum duas, commiscebis melle in doliolo, & curabis cum oleo rutaceo. Olei confectio ad dolorem coli. Recipe olei fauinentis libras decē, butyri recentis uncias quatuor, medullæ ceruinæ duas, cæræ punicæ optimæ duas, scœnogræci noui sextarium unum, cymini unum, baccas lauri purgatas numero quinquaginta, aquæ fontanæ sextarios duos: rutæ uiridis fasciculos tres, adipis phasiæ recentis uncias duas: scœnogræci uero infundes in aqua tantum ut intumescat, quod legatum legabis in linteolis tribus, & cuminum similiter. Postea omnia mittes in cacabum nouum, uel in stagnatum optimum, & tam diu ferueat in uase duplici donec decoquatur aqua, dein colabis oleum, & cæram rades cultello minutissime, similiter & medullam, mittes & butyrū cum superscriptis in cacabum, & supermittes oleum calidum quod colasti, & agitabis diligenter donec omnia misceant, & dum refrigerit repones in uase uitreo, & in necessitate duas uel tres uncias calefactas iniicies. Enema probatissimū ad colum. Recipe opoponacis radicis unc. duas, aristologie rotundæ unam & semis, seminis symphoniacæ duas, castorij unā, & semis, opij unam, folij duas, piperis albi unam & semis, croci duas, quæ omnia in puluerem rediges mollissimū, & sic iniicies in olei fauinentis hemina, cymini manum plenam & rutæ fasciculum coques in uase duplici, & ex hoc oleo mittes cygnos tres, & de puluere unum, et diligenter temperabis & iniicies. Iniectio probatissima. Recipe opij drachmas sex, castorij quatuor, myrrhæ quatuor, croci unam, nitri duas, seminis rutæ agrestis duas, euforbij duas, quæ colliges cum melle spisso, & diligenter in doliolo uitreo repones, & quum opus fuerit solues ex eo in modum auellanæ paruæ cum aquæ modico, & miscebis olei anetini uncias sex, & butyri cochlear plenum, ac cymini similiter, mixtisq; omnibus diligenter iniicies. Iniectio dolorem tollat. Recipe castorij uncias quatuor, croci unam, nitri duas, seminis rutæ agrestis duas, euforbij duas, quibus cū mellectis mittes olei anetini denarios sex. Ad colum & intestini dolorem. Recipe opij denarios quinque, croci duos, castorij duos, myrrhæ duos, rutæ duos, nitri tres, mellis despumati quod sufficit, postea cochlear unum in portione olei cyprini uel rutacei solues & iniicies: Si autem uistura fuerit cum oleo rosato temperabis. Iniectio ad colum probatissima. Recipe allij capitula tria, rutæ uiridis fasciculos plena manu duos, olei communis unc. quatuor, confringes allium & cum ruta uiridi confricabis, &colato oleo addes butyri mundi libram unam, picis liquidæ uncias quatuor & semis, & cetriæ

*Alia enemata.**Enema exploratum.**Iniectio probatissima.*

C mundæ tres, quæ omnia commiscebis & uase uitreo repones, subducesque prius uentrem simplici iniectione, dehinc in oleum cõmune uncias nouem mittes medicaminis, & si dolor maior fuerit cõmiscebis, & tepefactum inieñcies. Sanè nullus ieiunus iniectione utatur, quinetiam ad horam iniectionis calix plenus uino mixtus uel aqua calida hauriendus est. Iniectione uero quàm diutissime teneat. Medetur autem renum dolori, calculo qui harenam proijcit, colicis, stomaticis, & perfricationibus, causis etiam matris efficacissime subuenit in cataractico utenda. Qualiter ex medicamento hoc quod colum curat sit adhibenda, ut & uentrem temperet. Ex hoc medicamento facies pillulas in modum nucis auellanæ duas uel tres, & postquam laueris ac deterferis in capite intestini intromittes, et ibis dormitum & continuo senties beneficium. Quemadmodum alio genere curandum sit colum, de hoc medicamine mittes in acetabulum uncias duas uel tres. Deinde de cõmiscebis olei rutacei unciam unam et semis, & sic inieñcies si fieri potest bis in die, diluculo, sero & nocte, continuis diebus quatuor uel quinque, & accipies perpetuam sanitatem. Confectio Diascordi ad colum probatissima.

Confectio Diascordi. Recipe ueretra porcorum cum pinguedine sua in oleo soluta ad lib. unam folia rutæ septem den. purgati alij mundi spicas maiores quinque, olei cypriini lib. unam, olei hyrini unam, nardi unam, adipis pastæ siue phasiani unam, cæræ punicæ unam: Conficies uero sic. Concides pinguedinem porcorum minutatim, & sic coques quum citius soluatur, & sic colabis & mittes in patellam supermittens rutam & allium donec ruta exarescat, rursus colabis & sic miscebis reliqua omnia, iterumque impones super carbones molles, & mittes cæram minutatam ut soluatur, quod quum gelauerit colliges in doliolo uel pyxide: Sic autem temperabis. Olei sauinensis pondus unum uel duo, mittes in capetam cum rutæ fasciculo bono, & cymini in linteo ligati den. tres, & simul ferueat donec ruta siccetur, hinc mittes cignos quinque, nardi bonos duos, adipis pastarum unum, plenum medicaminis supra scripti, cignumque duobus modis commiscebis, calefacies & curabis. Iniectione diascordi ad colum.

Iniectione diascordi. Recipe adipis ceruini uncias septem, adipis taurini septem, picis liquidæ septem, olei hyrini septem, laurini olei quatuor, nardini libram unam, olei ueteris duas, cæræ nouem, rutæ uiridis fasciculum quantum manus capit, anetum similiter, alij purgati sextarium unum, cymini unum: Cyminum uero, rutam & anetum in oleo coques usque dum uirtutem ibidem amittat, & postea colabis. Confectio iniectionis. Recipe rutæ uiridis uncias duas, baccarum lauri decem, cymini denarios uiginti, butyri infulsi unciam unam, medullæ ceruine basilicon unciam unam, dyacilon unam, olei cyparei libras duas, aquæ manum plenam, cyminum uero rutam & lauri baccas pridie in oleo infundes, alio die coques, colabis, & ita butyrum medullam & medicamina mittes resoluesque ita ne comburas, & uteris. Emplastrum colicæ & nephreticæ. Recipe lybani uncias sex, tinaperi sex, masticæ tres, tyleos tres, picis liquidæ libram unam & semis, picis siccæ unam, cæræ unam, nitri uncias sex. Iniectione ad inflationem coli matricis & omnium interaneorum.

Ieiunus iniectionem uitet cane prius & angue.

Confectio Diascordi.

Iniectione diascordi.

Iniectionis cõsectio.

Emplastrum colicæ & nephreticæ.

Rutæ

A Rutam ex oleo & butyro decoques, quod iniectū statim inungat. His alii qui addunt oleum anctinum & adipem phasiaminū & anserinum, & si habuerint, strutioninū. Iniectio ad colum & renes. In oleo anetino adipem anserinū & medullam ceruinam simul solues à digito, & cōmiscabis castorij bene triti denariū unum, & sic iniicies. Confectio pulueris probatissimi ad coli dolorē. Recipe folij uncias duas, croci duas, dauci cretici duas, panacis radice tres, aristologiæ rotundæ duas, iusquiami duas, piperis albi unā, castorij duas, opij duas, myrrhæ duas. Hæc omnia tundes & cribrabis subtilissime: curabis uero primo de cucurbitella agresti & cētauria sic. Mitte unam cucurbitellam et parum centauriæ in cacabum æreum cum aquæ sextario uno, & decoques ad medias, & incolata calida cū oleo rutaceo & melle despumato, & modico nitro uel aphronitro commiscebis, & sic curabis, circa horam nonam ut uentrem faciat, uespere uero mitte in mortariū cochlear unum de puluere cum oleo rutaceo quantum est, & cōmixtum iniicies quod teneat usque ad lucem uel amplius. Confectio pulueris ad coli dolorē. Recipe folij uncias duas, panacis radice tres, iusquiami duas, dauci cretici duas, castorij duas, croci duas, opij unam & semis, piperis albi similiter, aristologiæ rotundæ uncias duas, coques uero rutam in oleo & colabis, mitte quod unum cochlear cymini triti, & unū cochlear ipsius pulueris & sic iniicies, ut habeat olei cignos tres aut quatuor, sed tunc curabis quando in dolore est. Item expertum. Spicam allij mundatam unge ex omni parte, subscindes & balsamo intinctam iniicies. Epithyma calestoriū ad colum. Recipe axungia porcinae libram unam, baccarum lauri quartarū, seui ceruini unciam, medullæ ceruinæ quatuor, resinæ therebynthinae sex, nardi libram unam, solues & uteris. Epithyma ad dolorem coli. Butyrum, resinam, cæram, resinam punicam, & nitrum alexandrinum, omnia æquali pondere coques, & in panno pones ad locum doloris.

B Antidotum ad colum. Recipe iusquiami drachmas uiginti, piperis albi uiginti, opij decem, balsami duas, cassiæ quatuor, croci quinque, euforbiæ quatuor, spicæ nardi quatuor, pyretri quatuor, hyreos quatuor, petroselinii decem, mellis Attici quantum sufficit, cum aquæ fontanæ calidæ cyathis tribus, dabis ad magnitudinem fabæ Aegyptiæ. Antidotum ad colicum. Recipe castorij unc. unam, asari foliorū unam, iusquiami albi denarios uiginti unū, croci unc. unam & semis, mellis despumati sex dabis ut fabam Aegyptiā in careno. Colicæ cui nihil deest. Recipe anisi drachmas duas, sceniculi feminis duas, styracis duas, opij duas, hæc omnia tusa & cribrata colliges melle non cocto, dabis magnitudine nucis ponticæ. Emplastrum ad phlegmata coagulata de intestinis resoluenda. Recipe cæram libram unam, amoniaci unciam unam & semis, thuris similiter, therebynthinae similiter, medullæ uitulinæ uncias tres, picis unam, adipis anserini semiunciam, galbani denarios sex, opopanacis sex, olei ueteris libram unam uel quantum sufficit, factumque emplastrum linteo induces spisso, & impones circa umbilicum atque subter, ut non tangat stomachum.

Iniectio ad colicum & renes.

Puluis contra dolorem Coli.

Antidotum Coli.

Emplastrū ad phlegmata coagulata.

Antidotum ad
colum & calcu-
lum.

Antidotum ad coli dolorem, & ad calculum, & ad stofimi. Lauri baccarū unciā unā, petroselini unam, piperis unā, teres & cribrabis, & mellis despumati uncias sex admiscebis, & in dolio colliges, & facies apozima sic. Apij & fœniculi radices, rutam, pulegium sine fumo, brisci radices, æquā

Colicæ antido-
tum.

lia omnia coques in aqua ad tertias, & mittes potionem de antidoto cochlear plenū, & dabis ieiuno. Antidotum colicæ. Recipe anisi drachmas nouem, apij seminis sedecim, spicæ nardi sex, castorij quatuor, piperis albi sex, longi sex, myrrhæ octo, squinantij quator, petroselini quinque, opij octo, croci quatuor, mellis quantum sufficit, dabis q̄ mensura auellanæ maioris uesperæ, ut reijciat si potuerit. Antidotum colicæ expertum. Recipe myrrhæ drachmas quatuor, castorij quatuor, mormicariæ duas, rutæ foliorum unam, opij sex, croci quatuor, mellis despumati quod sufficit, & da-

Catarticum co-
licis.

bis ad magnitudinem auellanæ maioris. Catarticum colicis. Recipe euforbij unciā unam, hyris duas, masticæ tres, dabis cochlear cū aqua calida. Enema ad colum expertum, quo deponis & phlegmata. Recipe olei dulcis sextarios tres, quod mittes in stagnatum, rutæ uiridis fasciculos tres, fœniculi ficci fasciculum unum, allij purgati & contusi capita duo, fœnugraci manum plenam, ita ut pridie infundatur in aqua, & quum intumuerit effusa aqua, granum cum oleo coquatur quādiu exiccetur: post hæc colabis lintheo & iterum impones in foco, addes q̄ ibidem adipem pullinum, anserinū phasianinū, medullæ ceruinæ, & seui hircini parum, & laricis unciā unam & semis, post hæc colabis & in dolio repones, & quum uti uolueris mittes

Oxiporium a-
maurenticon.

D per singulas uices olei nardini cochlearia duo, & de enema sextarij partem quintam, sed prius sanè uentrem curabis, quū enema acceperit: accipiat & per os. Oxiporium amaurenticon & oleum rutaceum sic facies. Rutæ uiridis libras duas, olei dulcis decem, coques in uase duplici tandiu dum ruta palleat, & agitabis semper de ramo rutæ, postea colabis & repones in uase uitreo. Enema sic facies. Tolles olei nardini pondo duo, medullæ ceruinæ uncias quatuor, hyssopi ceroti tres, adipis anserini sex, adipis uiridini sex, butyri quatuor, castorij optimi duas, laricis duas: castorium uero tundes in pila fortiter, & sic permiscebis omnia, coques q̄ donec castorium quod tardius coquitur soluatur, coques autem in uase duplici, & repones in uase stagneo. Inijcies uero de medicamēto hoc cochlearia tria, & olei rutacei cochlearia sex, permixtum & calefactum in uesicā manè et sero, quod si adhuc dolor permaneat, inijcies meridie mane & sero. ◀

Intestini uulneribus, condylomatis, uisturis, & rhagadijs succurrendis. Cap. xxxi.



Qleum uetus, picē, pollinē decoquere oportet, ac q̄ calidissimū imponere. Folia rubi in quo mora nascunt cum cæra & rosaceo sanāt. Radices eiusdem rubi decoquunt ex uino ad tertias, coque uino fouentur cōdylomata, & omnia sedis uitia. Araneas dempto capite pedibus q̄, & ita infricatas, optime sanat condylomata. Adeps quoque anserinus cum cærosa & rosaceo & cæra pontica imponitur. Adeps

A Adeps cygni ad idem facit, & hæmorrhoidas sanat. ► Folij unciam unā, butyri egydos unam, stypeos unam, cerosæ unam, spumæ argenti unā, thuris unā, cæræ punicæ sex, adipis anserini sex, conficies sic: omnia pigmenta simul teres cum uino ueteri austero sicut collyrium, postea solues cæram adipem & oleum addes miscebisq; & utêris. Item ad intestini dolorem uel tumorem. Butyri uncias quatuor, & cæræ unā solues simul in carbonibus, deinde teres aphronitri candidi uncias quinque, mittesq; simul et agitabis donec misceatur, & quum gelauerit facies quasi collyrium, ut quum opus fuerit paratum sit. Item iniectio ad rigorem intestini. Aqua euisci, fœnugræci, meliloti simul coctorum, bene spissa. Item in oleum dulce mittes cyminum, anetū, & rutam, coquesq; & mittes ibidem dyacilon & adipem anseris, similiterq; phasiani, butyri etiam quantum æstimas sufficere, miscebisq; cum aqua superscripta & utêris. Iniectio calidior in olei dulcis sextarios duos, mittes rutæ fascies duos, cymini pugnos duos, meliloti fascem unum, aneti tres, styracis libram unam admiscebis uini ueteris quantum possit decoquere & simul decoques, deinde admiscebis butyri quartarium, dyacilon quantum sufficit & adipem anseris recondesq; diligenter, & utêris. Alia iniectio leuior. Oleum anetinū, adipem anseris, adipem phasiani, dyacilon, tetrapharmacon quantum existimaueris, si tamen necesse fuerit simul miscebis & utêris. Iniectio alia. In oleo dulci coques abrotanum & absynthium & utêris. Ad intestini rigorem ac matricis, & ad omnia interiora corporis tolles iunci radices unc. tres, maluæ radices tres, fœnugræci quartariū unum, lini seminis unum, meliloti semiunciā, squinantij similiter, & hæc infusa habebis in aquæ coelestis sextarijs tribus per triduum, die tertia eadem hora qua infudisti coques in zema simul & hoc succo pensabis uncias iij. & mittes in stagnatum, et adijcies olei anniculi librā unam, rutæ uiridis sex, famsuci semiunc. & decoques in primis lento igne, quumq; hoc coctum fuerit in aliud uas mittes, hyssopi, ceroti unciam unam, therebynthinæ semiunc. butyri caprini unciam unam, adipis anserini tres, adipis porcini similiter, adipis pullini unciam unam, cæræ rubæ diacilon, emplastri librā unam cum superscriptis miscebis, & resolues & sic coques hæc omnia, mittesq; in uas in quod posteriora pigmenta misisti, & simul coques donec unum corpus fiant, & in mortario teres ut se cōmisceant, & in olla rudi seruabis, & quum iniicere uolueris pensabis olei anniculi lib. unā, & medicaminis unā & sic curabis. Item ad anum. Lithargirij unc. duas, cerusæ tres, olei myrtini libras duas, clinicæ creticæ uncias duas, teres, sicca in mortario & immittes.

Ad intestina rupta. Cap. xxxii.



Entastri purgati quantum tribus digitis cōprehendere potueris tolles, adijcies fœniculi seminis et apij seminis cochlearia ij. & in unum quā minutissime trita, et in uini optimi cyathis quatuor calefacta quod digiti pati possent, ieiuno bibendum dabis per triduum, & quemuis sedabit dolorem. De pilis leporinis in mellis

Stercus leporinum.

C manu plena decoctis facies pillulas & quàm frequentissime ieiuno in melle dabis glutindas, & sic intestina quamuis periculose rupta sint celeriter & efficaciter mederis. Stercus leporinũ cum melle coctum & ad magnitudinem fabæ factum, datumq; frequẽter, interrupta interiora intestina cõglutinat, assidueq; hac curatione utendum donec omni periculo liberetur: facit & ad dolentia intestina. Sed ad lumbricos & tineas. Herbae betonicae sicca puluis ad denariũ unũ, & uini cyathis duobus ex aqua mulsa datur, quod sanat illos qui aliquo ictu omenta læsere, uel de uehiculo lapsi sunt. Ad intestinorum dolorem. Semen coriandri & parum salis bene contrita ex uino austero ac ferro candente calefactum bibat, cõtinuò curat & defectionem tollit. Brassicam conteres & succum exprimes, atq; aqua calidæ cyathũ unum admiscebis, & ieiuno dabis bibere per dies quinque. Ad torsionem uentris. Rutæ unc. tres ex aqua calidæ cyathis quatuor & herba brassica dabis. Brassicæ radices cõtusas in pila cum axungia ueteri appones, alligatæ enim omnem humorem & dolorem tollunt.

Ad ileon. Cap. xxxiii.

Idæos tenuioris intestini morbus.

† pridem.
† ciliacis.

† hoc
† aque.
† calefact



Idæos est grauissimum uentris uitium, cui resistit discerpti uespertilionis sanguis illitus uentri, & facit dysentericis. Oua † pridie in aceto macerantur ex his & farina & aqua panis † ciliacis fit. Quidam uero eadem oua resoluunt, & in patinis tosta dant in cibo. Caseus uetus ouillus in cibo prodest. Seuum item ouillũ decoctum in uino austero bibitur † hoc, quod & † ciliacis medetur. Cocleæ duæ tertur cũ suis testis, & oua cruda ex passi cyathis duobus, & aqua cyathis tribus, † atq; totũ in nouo uase † decoctũ ad temperamentũ potionis bibitur. Coclearum cum suo putamine combustarũ cinis addita pusilla resina ex uino bibitur. Senectus serpentiũ decocta cum rosaceo in uase stugneo uentri illinitur. Dysentericis potiones ferro candenti calefieri debent. Caseus uaccinus recens immittitur. Ad omnes uero epiphoras uentris caseum mollem in cibo poni iubent. Veterem aut tritum in modũ farinae, mensura cyathi addi in cyathos tres uini cibarij, & ita deuorari. Lac caprinũ ad dimidias partes decoctum infunditur. Gluten taurinũ aqua calida resolutũ additur. Imponit̃ item inflationi fimus uitulinus in uino decoctus. Frequenter autem euenit ex causa aliqua latente, ut uentri dolor subitus existat, quoniam nunquã tentatur qui habet secũ talum leporis, ut aiunt mulierculæ. Antidotum pema, quod facit ad ileon, colum, & intestina omnia, ita ut ad unã portionem dolores cessent, facit & ad ptyficos qui etiã sanguinẽ excreant, sex portionibus datis ad lateris dolorem, ad sciam, ad quartanas, acceptũ ante passionem: suspiriosis etiam multum prodest. Recipe autem hæc: Spicæ nardi drachmas quinque, amomi unam, croci duodecim, costi octo, euforbiæ sex, folij duodecim, styracis septẽ, zinziberis octo, iusquiami duas, opij duas, pyretri sex, piperis quinque, piperis albi sex, piperis longi octo, reu pontici duodecim, quæ omnia trita melle quod sufficit commiscebis, & dabis auellanæ magnitudinẽ.

Adia

Ad lateris dolorem id est pleuresim. Cap. xxxiiii.



Rutæ & iunci radicum fasciculi singuli & piperis albi grana nouem trita in uini cyathis tribus, ieiuno dabuntur. Succum erucae uiridis ad modum potionis, uel sex grana piperis cum salis grano tepefacta bibes, & transibit dolor. Ad lateris & iccinoris dolorē: tolles costi denarios duodecim, eupatorij duodecim, aloës sex, petroselini decem, baccarū lauri decem, scœnugræci quatuor, piperis duodecim, & hæc omnia in puluerem rediges, & dabis ex eo cochlear plenū cum aqua calida ieiuno, & iaceat in ipso latere. Ad pleureticos qui in periculo sunt melius facit. Piperis unciā unam, myrrhæ troclis denarios tres mellis Attici lib. unam, mel uero & piper coques super lentos carbones donec paululum spiffetur, postea uero depones, & sic mittes tritam myrrhā cum modico melle diligenter, & dabis ut glutiat cochlearia duo. Antidotum ad pleureticos quod mox dolorem minuit, ad tortiones etiam quæ remanent ex dolore coli specialiter & ad omnes dolores frequenter eo utimur. Recipe castorij sicci denarios octodecim, dauci cretici seminis octodecim, panacis radice octodecim, iusquiami albi nouem, opij thebaici nouem. Hæc omnia tundes & cribrabis diligenter ac miscebis melle optimo despumato, & repones in uase stagnato, & ex eo dabis quantum est faba Cappadocia cum aqua calida potiones tres. Epithema pleureticon diapEcanum. Recipe cæræ uncias nouem, olei cyprini librā unam, opopanacis uncias duas, rutæ uiridis sex, sulphuris uiui duas, guttæ amoniaci quatuor. Panacem uero & guttam cum uino ueteri teres & ruta trita cōmiscebis, & addes sulphur tritum, deinde facto ceroto permiscebis. Confectio pleuretica. Recipe hyssopi ceroti unc. sex, therebynthinæ sex, cæræ sex, solues autē cæram & therebynthinā, hyssopum, cerotū, & sic admiscebis hyreos tusum. Epithema pleureticon diapEcanum. Recipe cæræ lib. unam, therebynthinæ unam, olei cyprini unā, opopanacis uncias duas, rutæ uiridis unam, sulphuris uiui duas. Ad lateris dolorem. Stercus caprinum in sylua inuentum resolutum in aqua & percolatum ac potui datum, celeriter & efficaciter quamuis uehementissimum dolorem mitigat. Tritum apri sterCcus & admotum lateris dolorem sanare certissimū est. Ad lateris dolorem qui respirare non potest. Fœnugræci unciā unam, piperis denarios quatuor, croci duos in puluerem rediges & cōmiscebis, dabisq; cochlear plenū in potione, si febricitat dabis ex mulsa cyathum unum ex aqua calida. Coriandri semen teres & cribrabis & cū melle coques donec spiffum fiat, & ex inde manē ac sero cochlearia tria dabis. Rapæ denarios quindecim, ex mulsæ cyathis quatuor dabis per diem. Ad eos qui lateris dolorem patiuntur & sanguinem expuunt. Rapas tritas ex aqua, & lac caprinum dabis in die ieiuno & quum dormitum uadit. Herbæ ebuli radicem dummodo sine medulla sit ex aqua calida bibat, & lumbricos eijcit. Emplastrū ad lateris dolorem. Marrubium & cæram & oleum in unum cōteres et panCno illinies atque impones.

Epithema diapEcanum.

Aliud diapEcanum.

Curatio pleuritidis spiritū impediens.

Pleureticis qui sanguinem expuunt.

C Costarum fracturis sanandis. Cap. xxxv.

Flimum caprinum ex uino ueteri tritum, costisq; fractis impositum, aperit, extrahit & sanat mirifice.

Lumbis dolentibus curandis. Cap. xxxvi.



Acinorum nigrorum succi cyathus unus cum mulsæ cyathis tribus potui datus lumbos dolentes sanat. Enulæ foliorū siue radicis pulueris denarij duo ex uini cyatho uno bibiti emendant.

Pastinacæ item radices siue semen den. quatuor in aqua mulsæ decocta & potui data lumborum & renum uitia emendant. Porri secti succus ad cyathos duos, in uini cyathis duobus bibitus sine mora sanat. Asparagi semen & cymini pari pondere tritum, & ex uino uel aqua calida potui datum emendat. Apij itidem radicis succus ad cyathos duos, & uini cyathis tribus potui datus prodest. Oleastri item radix in uino coquitur & ad cyathos duos potui datur. Radix similiter asparagi trita & in uino potui data lumborum dolori medetur.

Cataplasma lumbis laborantibus.

D cataplasma ad idem Nasticium cum polenta teritur, calidumq; imponitur. Ferulæ uiridis folia trita & in uino mixta & imposita mirifice sanant. Lana succida in oleo, pice liquida, sulphure uiuo, nitro Attico feruefactis, intincta quàm fieri potest calidissima bis in die ponitur. Pilorum cypressi uiridis sextarios tres in aquæ sextarijs tribus in olla noua decoques, ut sicut cæra mollescat, & sublatis granis quæ intus sunt atque proiectis ipsos teres diligenter, & ut hoc per triduum facies, ita ut quotidie mutetur, & de prædicto calastico facius lumbos confricabis, & in balneo cum ipso sudet: sed & quum se collocaueris de ipso calastico loca perungat quæcunq; doluerint. Sulphur uiuum imponitur cura adipe. Conditum nephreticum hoc recipit. Petroselinij unciam unam, cassiæ unam, asari unam, spicnardi unam, zinziberis unam ac semis, leuistici similiter, betonicæ unam, costi uero semiunciam, pyretri unam, maratri unã, coconidij unam, † saxifragiæ unam, olei unam, artioticis semiunciam, piperis quatuor, apij seminis unam, baccarum lauri semiunciam, rutæ seminis unam, prassij unam, cymini unam, seminis asparagi semiunciam, de puluere autem mittes semiunciam, piperis unam, melis optimi quod sufficit, uini Ascalonij sextarios sex, & uteris.

† saxifragiæ

Renibus sanandis. Cap. xxxvii.



Radix foeniculi cum † tyfana decocta & in cibo data renum denitates relaxat, & eiusdem radicis succus ad cyathos duos in uino potui datus mirabiliter uitia sanat. Vrticæ semen tritum ex uini cyathis tribus bibitur. Betonicæ pulueris denarij duo ex mulsæ cyathis tribus febricitantibus cum aqua calida propinantur.

† legendum arbutror ptisana

† fortassis bacca sculaccæ

Asparagi item radix teritur, & ex ea denarij tres ex uini cyathis tribus potui dantur proficue. Ozimi itidem succus sapius bibitus renū uitia emendat. Ius ciceris cum condito bibitur. Lauri † lacæ uirides quàm plurimæ tritæ super renes imponuntur, & ex uini cyathis tribus puluis carum bibitur.

A tur. Ad renum dolorem, uel ad lapides eijciendos, & ad urinã prouocandam. Recipe petroselini unciã unam, piperis duas, foeniculi seminis tres, helenij quatuor, dabis uero denarios tres cum aqua calida. Antidotum ad renum dolorem qui lapillos colligunt, & uix cum dolore proijciunt, & interdum proijcere nõ possunt. Recipe men semiunciam, petroselini similiter, spicanardi similiter, hyris similiter, baccarũ lauri purgatarũ semiunc. piperis denarios sex, testarum oui ex quibus pulli nascuntur uncias tres, seminis caulium semiunciam, mellis optimi quod sufficit ad totum puluerem colligendum, omnia enim tusa cribrabuntur diligẽter ut sint minutissima, dabis autem cum condito in modum auellanæ paruæ, febricitantibus uero cum aqua calida. Ad renum dolorem siue ex frigore fuerit, siue ex casu, siue de ictu, hoc physicum est & probatum. Pollices pedum perunges pice liquida spissa & lana caprina super obuolues & ambulabis. Hocq; medicamentum in die bis uel ter mutabis per dies nouem, renes autem nullo medicamento tanges. Emplastrum † malaginicum ad renum dolorem. Recipe styriacis uncias quatuor, thuris quatuor, galbani quatuor, amoniaci quatuor, picis uirginis libras duas, cæræ duas. Styracem uero & galbanum & cæræ partem mediam in pila tundes & facies collyria, deinde picem & cærã simul solues, thus in puluerem rediges, amoniaci puluerem cum aceto teres. In cacabo uero ubi pix & cæra soluuntur malaxabis collyria supra scripta ut se misceant, postea guttã tritam cum aceto & puluerem thuris supermittes & agitabis bene ut se commisceat, deinde leuatis partibus omnibus in recentẽ ollam mittes & facies collyria: hoc idem etiam sciaticos sanat. Recipe therebynthinæ uncias tres, galbani duas, euforbij semiunciam, panacis similiter, olei cyprini libram unam, cæræ uncias sex. Cataplasma ad idem. Euisci radix ex uino decocta & trita atq; imposita dolores renum sanat. Serpillum & radices caulium contundes & teres admixta axungia & renibus appones. Recipe styriacis uncias duas, mannae thuris duas, galbani duas, amoniaci sex, therebynthinæ sex, cæræ lib. unam, picis unam; Conficitur autem sic. Amoniã & thus cum aceto uel biduo teruntur, deinde styrax & galbanum & cæræ pars in pila tunduntur ut unum corpus fiant, pix resina & residuum cæræ resoluuntur & colantur, ac sic cõmiscuntur species supra scriptæ, hinc fiunt mandalia & seruantur, hocq; & sciaticos curat. Emplastrũ ad idem. Recipe euforbij unciam unam, pyretri duas, castorij unam, stafisagriæ unam, samfuci unam, amoniaci quatuor, cæræ libram unam, nardi unam. Epithema ad renum dolorem quod in modũ collyrij colligitur. Recipe cæræ libram unã, gyphi specularis cocti denarios sex, colophonix frixæ unc. decẽ, mellis boni uiginti, spumæ argenti aurosa trigintaseptem & semis, aceti acris sextarios octo & semis, & denarios sex, olei Sauiensis unc. unam, iu, scisti unam. Diateseron nephreticon, fu, meu, asarum, nardum, celticum æqualia teres & dabis in mellierate. Elegma nephreticon. Recipe piperis albi denarios tredecim & semis, petroselini similiter, cassiæ fistulæ tres & semis,

† men. i. manna

Si renum dolor ex frigore ca= siue, aut ictu.

Nihil legendũ uidetur malaginicum.

† iu. i. es uiride aut eris rubigo.

Quod diosc. men. plin. mion Auicen. mion nominat.

C betonicae quatuor & semis, zinziberis nouē, nardi pontici nouē & semis, faxifrici nouem, mellis despumati lib. unā & semis, dabis autem cum condito cochlear unū. **Emplastrum nephreticon.** Recipe nardi uncias nouē, cærae sex, colophoniae duas, myrrhae unam, quod facit et ad eos qui pulmonum inflationem patiuntur, uel cui uiscera tument, quod est plancia. **Emplastrum** ad quod supra. Recipe amoniaci unc. duas, lybani duas, bedellij duas, myrrhae duas, castorij unam, masticae duas, nardi octo. **Epithema pleureticon.** Recipe cærae drach. octo, hyris quatuor, piperis albi duas, codion quatuor, cyprinū rutatū: quæ cum cyprino rutato coques, & ita cerotum facies & omnia permiscebis. **Antidotū** ad renum dolorē quod harenas detrahet. Recipe apij feminis unc. duas, petroselini duas, anisi tres, dauci denarios duodecim, scaonitis octodecim, croci unū, mellis quantum sufficit, daturq; in modum lupini cum cochleari mellis & aquæ cyathis tribus. **Antidotū** ad renum dolorem & tumorem, & ad iecinoris ac lienis tumore, & ad eos qui propter hæc uitia mali coloris sint: facit & ad aquas matricis. Recipe croci denarios sex, nardi rustici sex, costi sex, scenitis tres, cynamomi tres, myrrhae & stactis tres, mellis unc. tres & denarios tres: datur uero in modum auellanæ ex mulsæ cyathis duobus, ita & febrientibus dabis. **Antidotum** ad renum dolorem, & ad uesicam, & calculum comminuendum & expellendum, ad tumorem & exulcerationē renum & ad omnia uitia, eorum etiam si sanguiuolentam urinam faciunt. Sicca rosa, paueris semen, & nuclei pari pondere coquuntur & trita miscentur, & hinc datur in modum auellanæ amplioris ex aquæ cyathis duobus uel tribus. **D** Ad renum & lumborum dolorem in picem liquidam lanulam intinges, & super umbilicum pones. **Emplastrum** ad dolorem renum, à quo multi curati sunt. Citonia optima intus & foris purgata numero decem coques in omphatio melle siue uino Ascalonio aut Siculo, daptylos etiam optimos purgatos numero decem coques similiter, addes aloës hepaticis triti unctres, croci triti cum uino semiunciam, postea facies cerotum de oleo melini libram unam, cærae unam, quod quum refrigerit, omnia simul miscebis et impones. Herba agrimonia trita & potui data dolorem sedat. Si uero ex pondere sentiat, pollinis fabæ sextarium, & beræ uiridis succum simul coques & calidum impones per triduum. Betonicae denarios duodecim ex aquæ calidæ cyathis tribus, si febricitet: si autem uō febriet, in uini cyathis tribus. **Ad renum dolorem.** Castorij denarios tres, resinæ tres, seui taurini similiter, picis duræ similiter, styracis similiter, olei nardini quantum sufficit. Hæc omnia in unum coques & impones, examinatum est. **Catapotia** ad renum dolorem. Recipe apij feminis uncias duas, siseleos duas, petroselini unam, tordeli quatuor, piperis albi unā, erucæ feminis duas, nuclei sextarios duos, partem dictami farinæ rubi heminas tres, mellis sextarium unum. **Conditum nephreticum.** Recipe eupatorij unam unciam, petroselini unam, squinantij unam, spicæ nardi unā, asari drach. unā, maratri feminis sex, folij unā, cyperi unam, piperis decem, reupontici iij. dauci

Emplastrū nephreticon.

Antidotum harenas propellens.

Antidotum renibus, uesicæ et calculo proficundo.

Emplastrū renibus.

Catapotia renibus.

A dauci Cretici sex, uini optimi quadraginta, mellis libras uigintiquatuor, teres aut diu sicca cum melle. Postea mittes uinum, & quum digestum fuerit dabis in balneo in folio, & post balneum agitabis & uteris. Conditum nephreticon, hoc est ad renes. Recipe petroselini, spicæ nardi, † saxifricæ, piperis, betonicae anā unciā unam, asari, dauci, fu, anā semiunc. singulas croci drach. duas, uini sextarios duodecim, mellis duos. Epithyma nephreticon expertum. Recipe euforbij unciā unā, nitri sex, adipis porcini unā, opopanax unam, galbani duas, bituminis unam, cum aceto autem sicca teres, permixtis q̄ uteris, pones super lumbos & umbilicum. Confectio ad renum dolorem, uel ad uesicæ & stomachi. Recipe masticæ unc. tres, cassiæ denarios nouem & dimidiā, folij similiter, costi similiter, amoniaci octo decim, † absyntij nouem, rosæ siccae nouem, alicæ nouem.

† uide an legendum saxifragie.

Ad uesicæ dolorem. Cap. xxxviii.

Petroselini semiunc. ficorum seminis similiter, apij similiter, tundes simul & cribrabis, adiecto paruo myrrhæ optimæ cum piperis granis nouem. Hæc omnia cum uini optimi cyathis duobus miscebis, & dabis potui in folio post sudorem, & quum redierit, in calido membra contineat. Hæc enim potio sexum & ætatē celerime sanat. Nasturtiū tritum cum uino dulci cibario ac ualde spissum per triduum potui datum. Apij radices & fœniculi & asparagi bene lotas & exiccatas æquis ponderibus subcōdes, & hoc septem diebus in uino calidissimo macerabis ita uti operiantur uino, & hinc merum quum opus fuerit accipiat ieiunus. Aluminis scissi unciā unam, & draganti duas cōficies sic. Dragantū pridie in aqua maceratum alumini trito miscetur, hinc facti pastilli in modū scrupuli dimidij cum passæ cyathis duobus dantur. Brassicæ seminis triti denariū unū, piperis duos admiscebis, et ex eo cochlear plenum in careni potione dabis per triduum. Fœniculi, asparagi, petroselini & apij & herbæ saxifricæ uel uerbenæ, manipulos singulos cum aqua ad tertias decoques, & ex hac aqua in uino ieiuno in uino optimo ppinabis per dies nouem. Est enim res salubris. Ad uesicam uulneratam. Radices apij, fœniculi & asparagi infundes in uino ueteri albo, & ieiuno quantum unus est calix dabis. Ad uesicæ dolorem, uel urinæ difficultatem. Pulegiū, spicæ nardi, & folium trita mittes in facellum paruum & plenum appones ad uesicæ dolorem, uel qui sanguinem mingit. Marrubium conteres & addes passum, ac tantundem aquæ decoctæ & bibes. Ad uesicæ dolorem, uel si guttatim aquam digerit. Cardi semen ex uini sextarijs duobus decoctum ut ad heminā redeat, totum uitium tollere constat, si frequenter fiat. Fœniculum itidem decoctum et potui datum unc. decem, nimis proficit ad omnes difficultates. Item q̄ millefoliū & acetum bibitur contra omnes uesicæ difficultates. Trifolium item minutissimū cum pipere & pulegio potui datur. Petroselini cyathos duos, olei rosati duos, apij seminis tres, simul tundes et cribrabis tenuissime, & ex eo cochlearia tria in mortario trita tenuissime edes. Fomentū uesicæ ut meatus anterior laxetur. Recipe meliloti unc. unā

Sauce uesicæ curatio. Vesicæ doloris dysentericæ, remedia.

Malagma uesicæ.

C fœnugræci heminam unam, euisci fascem unum, maluarum agrestium & fabuarum radices, camomillæ siccæ uel uiridis unciam unam, lauri quoque folia & herbam uesicalem simul decoques, & per triduum fouebis. Euiscus sanè & laurus fœminis molestior, ut si mulier fuerit, saluatur matrix: si uirgo rheumatizet. Ad hoc fomentum renum postea faciendum. Laurum, pulegium, myrtum, gramen, anetum & rutam decoques, & per triduum fouebis. Ad uesicæ dolorē, quæ iam grauius afflicta est, sed & si puteat et ad stranguriam ad calculum quoque, necnon ad loca mulierum, quæ res & homines à morte reuocat. Tolles asparagi radices, graminis radices, apium quoque cum suis folijs, maluas & ius maluarum quod exprimitur. Subinde adijcies ros marinum, ramulum cypressi, ramulum herbæ sauinæ, ramulum pulegij ueteris, fascem allij, cerros restis unius siccos, coronam roseam siccam, lauri ramulum, nepetæ montanæ fasciculum, fœnugræci semen contusum, hederæ rutæque ramos, uerbenæ ramos cum suis radicibus, herbæ quæ nascitur secus aquam, & habet folia similia, fabæ fasciculum, apium erraticum, et hæc omnia mittes in uas amplum, ut aquam plurimam capiat, & decoques usque ad tertias, ita ut ter uas impleas, & ex hac aqua decocta dabis ieiuno bibere, & in ipsa aqua calidissima, prout pati potuerit, sedeat in balneo, ita ut testiculos & uerenda in aqua habeat: sedeat uero quandiu poterit, & subinde ex eadem calida adijcies donec sentiat se proficere, ac sabulum per urinam digerere, hocque facies per triduum, & licet uitium sit uetustissimum sanabitur, in utroque sexu quælibet sit ætas. Mulier autem quæ his locis aut uesica laborauerit, ex ea intus utatur ut sedeat similiter, ut supra de uiro diximus, explicabit enim & stranguriam & tortiones omnes uesicæ statim soluet. Ad podis in uero potionem sic demonstrabis. Mittes in uesicam calculos, & cum ipso medicamento suspendes in calore balnei ut tota nocte pendeat, et inuenies manè calculos uel medicamentis resolutos. Rutæ agrestis grana nouem trita ex aceti hemina subferuefacies, & dabis bibere continuis diebus nouem, sanusque fiet. Quorum putamina unde pulli nati fuerint, quod sufficiat contundes, & myrrhæ tusæ & cribratæ semiunciam commiscebis & in passo ieiuno dabis. Asparagi item montani siue syluatici fasciculum bonum, aut certe radices eius decoques ex aqua bene, & ex ea aqua bibat cum uino, mirifice sanat. Porri itidem sectiui, uirginis succi cyathum unum ex passi cretici cyathis tribus bibat. Item amygdalas numero triginta diligentissime teres. Draganti etiam semiunciam in sapa infusam & bene tritam simul miscebis ac colliges, hinc dabis in modum auellane quæ dormitum uadat. ◀

Vesicæ & calculo purgando. Cap. xxxix:



Mili semiuncia conteritur, & ouum eiusque putamen ter impletur passo, idque balneo subferuefactum datur aduersum calculi dolorem. Cicer arietum in aqua discoquitur cum sale, & ex ea aqua bibuntur bini cyathi per triduum in difficultate urinæ, sic & calculi pelluntur. Cariotæ tritæ dolori imponuntur aduersus urinæ difficultatem.

Atatem. Murino itidem fimo dolorem illinire prodest. Vermes item contriti bibuntur ex uino aut passo. Ad culculos comminuendos pellendosq̄. Cochleæ inanes combustæ conteruntur, & cinis earum in potione datus, calculos pellit. Lapilli aut̄ qui in gallinaceorū aut palumborū uesica inueniuntur contriti potioni insperguntur. Fimus palumborum in sorbitione ex faba fracta bibitur. Turturū itidem fimus in mulsâ decoctus imponitur.

Cicadas † coctas in patella in uesicæ dolore, utile enim est contra omnes uesicæ dolores seu difficultates. Cinis plumarū palumborū ferorū ex aceto mulso bibit̄. De nido itidē hyrundinis glebula uti diluta ex aqua calida bibitur. Turdorum fimus ex mulso decoctus imponitur. Conuenit quoq̄ turdos esse cū baccis myrteis in aqua, in qua decocti sint pedes agnorum. Scorpio marinus in uino necatus, uesicæ uitia sanat, & calculos pellit: ipse autē sane editur, & uinū bibitur. Lapillus qui inuenit̄ in scorpio nis marini cauda utiliter potatur. Inueniunt̄ in brancis capitis piscis quasi lapilli qui poti ex aqua calculosis præclare medentur. Echini cū spinis suis tunduntur, & singuli ex hemina uini bibunt̄. Difficultatibus urinæ succinū potatū alligatumq̄ prodest. Plantaginis itidē uel folia, uel radices potare ex passo prodest. Vesica apri in cibo elixi sumit̄. Leporis renes inueterati in uino poti calculos pellunt. Ungulæ equi cinis ex uino uel aqua bibit̄.

Incontinentiæ urinæ compescendæ. Cap. XL.



Verrini genitalis cinerem potare ex uino dulci oportet. In canis ualet cubili urinam facere. Item remedium ne ipse urinā faciat, ut canis in suo cubili. Ungulæ apri uel suis cinis potioni inspergitur. Leporis quoq̄ cerebrū in uino bibitur, & eiusdem testiculisti tostati eduntur. Anserum etiam triū ligulæ assæ in cibo sumuntur. Cocleæ Africanae cum carne sua comburuntur, cinisq̄ earum ex uino bibitur.

Ad uerendorū uitia, si fornicatio sit uel uerrucæ. Cap. XLI.



Arietini pulmonis sanies illinitur. Ceteris uero uitij arietinorū uellerum cinis ex aqua, & seuum omento pecudis præcipue ab renibus admixto, & pumicis cinere & sale imponit̄. Lana item succida ex aqua frigida. Caro pecudis combusta trita ex aqua frigida. Mularum itidem ungulæ cinis. Dentium caballinorū tusorum farina inspergitur, ulceribusq̄ imponitur cum melle hyssopum & plumbi † stolaria. Muricum uel purpurarū cum suis testis & carne combustarū cinis cū melle, carbunculosq̄ eorum salsamenta cum melle cocta † cōfringunt. Singulariter uero cerebrum apri cum suis sanat ea quæ serpunt. Fel item bubulum cum alumine Aegyptio ac myrrha ad crassitudinem mellis subactum illinitur. Insuper beta cocta ex uino & trita imponitur.

Testibus & ramicibus medendis. Cap. XLII.



Holus cum faba cocta æquis partibus dolori apponitur. Bulbi triti ex uino mulso & illiti medentur. Rutam item cū teneris lauri ramis contritam tumori imponunt. Cuminum quoq̄ tostum, contritumq̄ cum cæra & melle ac rosaceo. Farina lini feminis

Cum resina & myrrha contra dolorem facit in uino cocta & contrita. † Inflammationi uero beta ex aqua imponitur aut melle. Ad idem. Fex uini aut saba ex uino illinitur. Folia cypressi cum polenta trita † ramini profunt. Pillulae item de cypresso tenerae tritae cum axungia & lomento imponuntur. Succus de pillulis cypressi, si cum ficu arida prius demptis granis imponitur, iuuat. Farina quoque foeniculi in hydromelle decocta, addita axungia, facit ad omnia. Si uero decidit alter ex testibus spuma cochlearum illinitur, tetriscum uulneribus ibi manantibus auxiliatur capitis canini recentis cinis. Senectus anguium trita ex aceto atque hydromelle. Stelliones quoque demptis pedibus, & interaneis, & capite, & affati in cibo dantur. Tumores testium marina aqua utiliter fouentur: quod si & dolor & tumor sit, pusca calida imponitur in spongia.

† Inflammationi
† ramini
Si alter testium
decidit, qui succurrendum.

Inguinum uitij iuuandis.

Cap. XLIII.



Negantur inguina intumescere eius qui habeat secum furculum ex myrto, nec ferro nec terra tactum. Cocleae minutae tritae ex melle illiniuntur, inguina priusquam exulcerantur uel intumescant, in licio autem facere nouem nodos oportet, atque ad singulos nominare singulas mulieres uiduas, ac tum licium alligare ad talum, uel cruri, uel infra genu. Si autem ex equitatu femina uexata sunt, spuma equi ex ore femine illinitur, & inguibus imponitur. Fimus suillus sub testa calefactus, & tritus cum oleo. Oleo item de lucerna intestini caput perfricabis ter, miraberis quod effectum, sed posteaquam meatum unxeris, aliquantulum reijcias. Lini item semen ex aceto & oleo decoquitur, & tritum inguini imponitur. Myrtea uirga quae ferro tacta non fuit, in dolore inguini circumligatur, abanthium quoque habere in uentrali prodest. ▶ Lupini ex aceto cocti fomentum optimum est, & tollis & parothesis utile est.

Ad intertrigenes.

Cap. XLIII.



Putredo ligni in puluerem redacta inspergitur. Lentisci foliorum puluis ad idem facit. Myrti item foliorum puluis mirabiliter facit. Corticis quoque granatorum puluis mire facit. ◀

Sciae sanandae.

Cap. XLV.



† ameno

Vermis terrenus effoditur & imponitur in catillum ligneum, fissum, ferro alligatum, aqua perfunditur, rursusque in eo loco in quo erutus est uiuus suffoditur, & ea aqua in eodem catillo bibitur. Cocleae crudae tritae ex uino † mero cum pipere bibunt. Lacerta uiridis dempto capite & pedibus cum interaneis condita, ut fastidium abigat, in cibo datur. Rubeam qua pelles conficiuntur quotidie bibere utile est. Lauri & genestae rami pluribus diebus in aceto macerantur, deinde tunduntur & coquuntur, & ex eo succo quotidie cyathus potui datur. Fimus quoque bubuli calefactus in cinere feruenti locis dolentibus in folijs cuiuscumque holeris imponitur. ▶ Picis purae pond. iij. solues in cacabo donec penitus liqueat, addesque sulphuris uiui triti unciam unam & semis, hordei pollinis heminam, & aceti acerrimi heminam, quodque tandiu misceri & confricari facies donec

Ado nec unum corpus efficiatur, & sic induces in taludam, & postq̄ balneū ^{† alutam} exieris in locum qui dolet impones, & utēris biduo, & post rursus lauaberis, ac post balneū renouata cataplasmata impones, hocq̄ tertia uice facias, & recipies integram sanitatem. Capparis radices, in aqua decoctas & bene tritas, pannoq̄ inductas ad noctem impones, & alio die sanus lauabis. Nepeta ante solis ortū sublata & imposita, remediū præstat: hac etiam tria seu uiridi in balneo fricetur. Frustrū enulæ uiridis cum uino albo beneteres, & colabis per linteū, & dabis cui coxa uel scia dolet. Sed prius aliud frustrū teres, & illinies uertebro uel coxæ dolenti, & quum fricauerit, bibet potionem supra scriptā, & in ipso latere iacebit. Silphij cochlear plenū cū aceto & aqua dabis bibere. Potio ad sciam. Herbam agrimoniā cum fuste roboreo euelles, teresq̄ radices eius, terges diligenter, & teres in potione unā cum uino quantum sufficit, & sic dabis bibere per triduum. Bulbi albi succus potui datus medetur. Itemq̄ senecionis succi drachma unā cū oximelle potui data, si mox deambulet, prodest. Porri item capitati succus potui datus, ad sanitatē efficaciter perducit. Salis itidem amoniaci cochlear unum in uini cyathis duobus bibitur. Malagina † galieni sciaticis. ^{† Vide nū legi possit Galeni, porro de maligna quid sentiam, ante iam mihi dictū est.} Recipe pyretri unciā unam, castorij unam, helenij adarcis unam, euforbij unam, zinziberis unā, cæræ unā, uini quantum sufficit. Alia potio ad sciam. Plantaginem, porrū uirginem, & heliotropij iuris folia, teres diligenter, et expressum succū dabis in uino ueteri tepefacto, luna decurrente per terdabis bibere, & quando heliotropiū folia non habet, radices eius tolles uel cetera. Potio ad sciam, ad coxā, ad arthrisin, ad pedes. Hibicini fimi pugnū, piperis grana xxvi. teres diutissime, addesq̄ mellis heminā unam, & uini sextarios duos, dabisq̄ stanti per dies septem. Genescæ item frondes & caules cum aceto madefactas sumere triduo conuenit. Vnctio item leonis, & leopardi adipēs, & pyretrū pari pondere admiscebis aphronitro & euforbio tantundem admixto & balsamo, & quotidie coxam in sole perfricabis, & quū melius senseris, adijcies passam & oleum rosatū quod sufficit. ^{Potio sciaticis.} Curat etiam neruorū & articularū ualetudines. Acopū ad coxæ uitia calidissimum. ^{Acopum ad coxæ uitia.} Recipe olei therebynthini libram unam, axungiaē ueteris duas, cæræ iij. galbani unam & semis, euforbij duas & semis, panacis similiter, adarcis duas, sagapemitres, castorij pontici sex: conficies uero sic. Sagapemum & panace infundes in modico aceto, & teres oleum therebyntinū, & axungiaē cæramq̄ simul solues, cætera tundes & cribrabis, & simul omnia miscebis, & colliges in uase uitreo, & utēris, confricando per unam horam contra solem, uel ad carbonēs. Confectio lysopomi ad sciam. Recipe pyretri uncias duas, medullæ ceruinæ unam, galbani unam, hyssopi unam, adarcis duas, therebyntinæ unam, piperis unam, balsami librā unam, olei cyprini uncias sex, olei hyrcini libram unam, olei styracini unam, olei amaricini uncias tres, olei laurini quatuor, cæræ punicæ tres. Confectio malagini sciaticis experti. Recipe cæræ libram unam, picis duræ duas, therebynting de cauliculis uncias sex, amoniaci sex, styracis optimi duas, mannæ thuris

C duas galbani unam & semis, aceti acerrimi quod sufficit: conficies sic. Cæram, picem, et resinam igne lento solues, styracem & galbanū admixta modica cæra tandiu tundes in pila, donec malaxari possint: amoniacū uero leni manu teres ut puluis fiat, addesq; acetū ut pinguius fiat. Deposito uero cacabo, galbanū cum styrace supermittes, & de spatula mouendo, cōmisceris postea omnia, deinde in mortario super omnia condimenta fundes, uel manibus permiscebis acetū, hocq; facies assidue, spargendo super quantū species possint combibere, & utēris. Confectio medicamenti sciaticis. Recipe salis cōmunis uncias tres, & deñ. tres, leppidi unciam unam & semis, amoniaci sex, sinapis sex, pyretri unam, strutiū unam & semis, taristologiae longæ sex, camepitheos unā, colophonæ tres & deñ. x. olei ueteris uncias nouem, propolis sex, resinæ pituinæ siccæ sex, stercoris colūbini semiunciam, melibdenæ tres, & deñ. tres. Confectio nitri sciaticis. Recipe adarcā, pyretrum, sinapis semen, stasifagriā & nitrum rubeū æquis ponderibus, quæ omnia contundes & cribrabis diligenter, in balneo utēris sine unguento. Ad coxarū dolorem, & ad sciā. Brusci radicē contundes, & in uino ueteri decoques ad tertias, & tres cyathos exinde ieiuno dabis bibere. Herbe camipides, quā piscariolā uocant, teres si uiridis est, deñ. iij. & ex aqua multa potionem dabis per dies uiginti. Ipsam item herbā uiridem contundes, panem aut nauticū pridie infundes in aceto acri, postea ipsam herbā contusam exprimes, & adijcies salis tenera pro modo, & saponis gallici pillulas, & in modū cataplasmatisciatico induces à uertebra coxæ usq; ad geniculum, ita ne subfragmen tangas, & fascia cinges: & quū sudare cœperit, in calida depones, & ibi diutius faciat: quū uero exierit & desudauerit tolles, & locū ipsum oleo perfricabis, mirū effectū est. Cocleas crudas cum testis xix. bulbos crudos xxi. piperis grana xxij. in unum cōmisceris, & teres ut fiat in modū ceroti, & inductum panno, exeunti de balneo induces in coxam, & ligabis, & post triduū solues eunti ad balneum. Apiū uiridis, siue apiastrī radices, ipsosq; uerticulos rotundos ad modū ceroti facies, et eunti de balneo impones in panno, & post triduū solues in balneo, post pangra perfricabis, quod conficies sic. Cerusæ unciā unam, argenti spumę unciam unam, cærx quantū sufficit, & post balneum impones. Hoc cerotū aliqui totion appellant. Malagma sciaticon. Recipe peculę unciā unam, euforbij tres, pyretri duas, sulphuris uiui tres, calefacies uero peculā usq; dum regelet: & tusa omnia & cribrata permiscebis, & in aludam inductū impones, ligabisq; ac die tertia solues, & duces in balneum, & post balneū utetur ceroto cyprino & oleo cyprino. Acopū sciaticis. Recipe nitri unciam unā, tinaperi duas, stasifagriæ unam, alcionei, unā, cærx sex, terebynthinæ sex, cyprini tres, taphiascydon duas: taphiascydon uero cū aqua marina, & sic alia soluta permiscebis. Herbe camitriæ uiridis collectæ mense Maio, manū plenam teres diligenter cum pipere, ita ut acrum sit, admiscebisq; uini acris sextarium unum, & alterum seorsum pones, & quū distemperatum fuerit, in potione dabis calicem dimidiū, & refundes de uino puro tantundem, & ita

† Nō pauci ari-
stolochiæ scri-
bunt, neq; ut ui-
retur, male.

Saponis, id est
megmatis.

A ita facies per dies octo, sicq̄ facies, ut ambos sextarios adijciendo cōsumas unum, singulis diebus dimidiam heminam bene calefactā, & iaceat in ipso latere obuolustus pannis ut sudet, donec digerat potionem, abstineat uero à balneis & recentibus carnibus, & sanus erit: alij parum mellis adijciunt propter asperitatē. Ad sciam quæ quodāmodo semper ex flegmate fit, dabis in primo geræ semiunciam, aut certe secundum uires & mensurā tenebis, & post dies quatuor iniectionibus curabis. sed prima iniectio recipit hæc. Centauriæ deñ. sex, colocynthidos unum contusum, radicis cucumæ syluaticæ sex, radicis betæ unciā unā, sulphuris unam, aneti deñ. sex, aquæ sextarium unum, coquesq̄ ad tertias & colabis, & in ipsam aquam addes mellis potionē, & inijcies hora prima, expectabisq̄ opus iniectionis usque ad horam quartā, ut bene purgetur, post hæc facies iniectionem alterā que habet olei & aneti potionem & adipis semiunciam, castoriij triti deñ. tres: cōmiscabis autem hæc, ac tepida inijcies, & teneat quandiu potest: cum uero hæc omnia feceris, exerceatur ambulatio per dies septem. Postea ut per curetur, utatur iniectione ista per dies plurimos, ut causa dissoluatur. Recipe euforbij uncias duas, tapsiæ unam, & semis, adarçę unam, pyretri duas, sinapis unam & semis, eruçæ seminis duas, piperis albi duas, piperis nigri unam & semis, bulbi rustici albi duas, cæræ albæ duas, oleo cyprini duas: hæc omnia cōmiscabis cum oleo supra scripto diligenter, & ungendero fricabis diu lenta, in alijs locis durioribus ungueto puro utēris in stomacho uel medijs contra frigus cum nardo unges & utēris.

Ad coxæ dolorem. Cap. XLVI.

S Tyracis optimæ unciā unam, castoriij unā, euforbij unā, quod nō sit pertusum, piperis duas, cymini barbari duas, uini ueteris ascolanij fortis sext. semis, hæc omnia mittes in ollā nouā capientem sextarios duos, addes quoq̄ sterco columbinū, coquesq̄ in carbonibus modice, & inde unges coxam siue renes ubi dolor fuerit.

Vnctio ad dolorem coxæ siue uertebri probatissima. Recipe panacis semi unciā, lasaris optimi deñ. sex, seminis caulium tusi & cribrati semi unciā, cymini tusi & cribrati unciā unam, baccarū lauri tularū & cribratarū unā: panace uero & lasar infundes in uino ueteri, & post biduū nouū cum uino ueteri calidissimo sufficienti, & modice calefacies ad prunas, & cōmiscabis simul panace & lasar, & calefacies agitando, in calido sole uero contra pilū diutissime cōfricabis. Artemesia herba admixto aceto imposita in triduo, tollit dolorem. Acopum sciaticum. Recipe euforbij, myrrhæ, tinaperi, lybani, cyprini anā unciā unam, quæ cōmiscabis, & utēris.

Ad geniculorum dolorem. Cap. XLVII.

Q Vinquefoliū adiecto modico sale contritum, aspersumq̄ aceto, & genibus circumligatum efficaciter medetur. Baccarum hemina ficus Aphricanę librā unā, axungię uncias sex, cum uino ueteri simul contusa & illita efficaciter perfanant. Ad genua & ad pedes. Neruus de cruribus uulturis contundes, ac talis impones, &

Prior lectio habebat apocum, tu iā uide utri tibi magis arri deat, ita & supra fo. 15. i. margine acopi lege non ocopi.

C alligabis, statimq̄ dolor decidet. Est enim res physica & cōprobata, quod si genicula forte contracta fuerint, lomentū ex faba in passo maceratum impones, ac desuper caulium folia alligabis. Aphronitrum maceratum cum lana succida imponitur. ◀

Tibiarum uitij succurrendis. Cap. XLVIII.



Ardamomi herbæ folia cum aqua tusa & imposita sanant. Ad tibiarum tumorem folia herbæ anagallidis per triduum alligata, tumorem tollunt. Ad ulcera in tibijs & cruribus. Lomentū fabatiū ex aceto acerrimo conspersum teres diligenter, & panis nō inductum impones, & quum cœperit exiccari, ex ipso aceto suffundes usq̄ in diem tertium. Adeps ursinus admixta rubrica & imposita, magnifice sanat, solusq̄ adeps facit idem. Caprinum item fel, uel aprinum, cum resina & † ceroto resolutum, uulnera quæ serpunt mirifice sanat. Sordes casei ficci, & fimus ouis mollis pari pondere trita, adiecto melle pusillo intra dies uiginti curant. Caprinus fimus ex aceto subactus & subferuefactus imponitur. Lenticula item ex aqua decocta addito exiguo mellis, trita & imposita sanat. Ad maculas autem tibiarū ex ictu recentes corianderū ex aceto tritum & impositū, eas inherere non patitur. Ad tibiarum ulcera resina cum cerusa imponitur. Cinere autem maxillarū apri uel suis insperguntur, omniaq̄ in his locis ulcera purgantur, cōplentur, persanantur, butyro ac medulla ceruina, felle item taurino cum cyprino oleo & † hyrcino.

† cerusa

† aut hirino

D.

Talorum uitij tollendis. Cap. XLIX.



Talus luxatus quomodo restitui debeat. † luxatos luxatis legere malim.

Vsculus ex oleo tritus sedat uitium, & tumorem tollit. Limus aquaticus cum oleo subactus & impositus, prodest. Caprinus fimus siue bubulus ex aceto decoctus, & cum melle subactus utiliter medetur. Ad laxatos uero talos finum caprinū siccū siue bubulum in puluerem redactum, ac cum melle mixtum & impositum, † laxatis tumorem & dolorem sedare certum est. Vitulinus item fimus recens laxui & tortis talis aliquo casu continuo impositus, non solum dolorem, uerum etiam collectiones ac tumores mire arcet. Mulieris capillus quamplurimus in cinerem redactus, admixto ouiuū adipe, ueteri ceroti modo illinies, celeriter enim dolorem releuant, & pristinam restituunt sanitatem. Talis tumentibus fimus caprinus decoctus & subactus melle imponit. Pulmo marinus imponitur. Cancris marinis cinis ex oleo, utiliterq̄ aqua fouentur in aqua eorum decoctus est. ▶ Bubulas quoq̄ impositas, ac desub alligatas luxaturam, experti sanare promifere. ◀

Ad tumorem pedum. Cap. L.



Hæc filiū ueteris exemplaris olere uidentur

Quillæ purgatæ libras quatuor, pulegij uncias sex, aceti sextarios duos, mellis librā unam, conficies & impones, miraberisq̄ eius rei effectū. Lana cū cinere calido omnia ulcera pedū sanantur. Fimi gallinacei uel columbini cinis ex oleo ulcerationibus medet. Tegmenti item testudinis cinis ex uino & oleo tēperatus, ulceribus pedum

A pedum medetur. Seuo pecudū cum alumine si plura sint ulcera, sanantur. Articulis uero fimus columbinus tritus imponitur.

Pernionibus & uitijs pedum. Cap. LI.



lucus aridæ † discoctæ, cū cera liquida subactæ ambustis & per
nionibus imponuntur. Seuo pecudū cum alumine, si plura sint
ulcera, sanantur. Terrenorū uermium cinis cum oleo imponit.
Similiterq; cornu caprini cōbusti cinis cū oleo imponitur. Co
clearum quæ nudæ inueniuntur, uiuarū combustarū cinere, omnia pedum
uulnera sanantur. Fimi murini cinis ex oleo ueteri imponit. Agninus pul
mo uel arietinus imponitur. Dentis caballini cōtusi farina subluuiem emen
dat. Lacertæ uiridis sanguis † subtritus, pedes illinitus sanat. Adeps autē
anserinus addito alumine, omnes rimas pedum sarcit. Testudinis cinis ex
uino & oleo temperatus huic malo medetur. Maluæ folia in cinerem re
ducta, uulnera pernionū sanant sparsa. Fomentū lanarum feruefactum in
passo Cretico aut Aphro, calidum appones, hocq; ter facies uel quater, &
scias te curasse. Mustus coclearū frequenter imponitur. Dragantum infun
des in mellicrate pridie, glycirizam quoq; contundes & infundes in melli
crate & coques. Lauabis & teres dragantū æque tritū, diligenter admisce
bis, quod quū in modum ceroti medie temperati feceris, linies in pedibus
uel manibus: quod si spissum fuerit, addes de ipso mellicrate & utēris. Sty
ptiriam coques in uino, & ex hoc fouebis manus & pedes, & sic de ceroto
suprascripto illinies. Aqua in qua eruum decoctū est, utiliter fouebis.

† decoctæ

† subtritus

Eruum; id est
orobum.

Clauis & callis curandis. Cap. LII.



Lerunq; pedibus innascuntur clauī aut calli, præcipue tamen in
digitis, & in manibus, quibusdam uero & in alijs corporis par
tibus, aduersus quos monstrant remedia talia. Vrina muli, mu
læ uel cum suo luto illinita tollit. Fimus ouīū imponitur. Iecur la
certe uiridis uel sanguinis impositus in † sole comedet. Vermes terreni ex
oleo, fimus columbinus decoctus ex aceto in modū malagmatis subactus,
imponitur. Fimus apri uel suis recens impositus, & post diem tertium so
lutus prodest. Faba in qua laser seruatur in aceto missa & tumefacta, & ita
alligata. Si in facie nascantur etiam † iuniperi, assidua fricatione tolluntur.
Pollinem ex oleo temperant & adiiciunt, extrahit em̄. Idem facit & Amo
niacū. Salicis ramorū prunorū cortices exuruntur, eorumq; cinis ex aqua
impositus tollit. Utuntur & seuo bubulo cum thuris polline. Vrina canis
cum solo luto imponitur. Ad interdigitia. Salem tritum cum oleo de
lucerna ardenti bene mixtum inunges & miraberis. Vermium item ter
renorum cinis in oleo ueteri impositus, optime sanat.

Libro tertio
hæc uitia repe
tit, sed alia re
media apponit

† sale

† iumentū

Ad interdigi
gitia.

Ad † parocimi dolorem. Cap. LIII.



Ermentum cum sapone & ficu pingui tusum & subactum impo
nitur. Si autem caro excreuerit, & unges separauerit, flos len
tis infulcitur, & cataplasma de chartæ cinere ex aceto mixto su
perponitur.

† panaritij

C Ad unguinarum dolorem. Cap. LIIII.



† Forte sciffu.

Oenugræcum crudum tritum admixta aqua pro cataplasmate imponitur, & sanat. Ad unguem læsum efficiendum. Stafisagriâ tundes primo, deinde teres, & admiscebis acetum, postea impones usq; dum sanat. Quum autem ceciderit fabam impone, mire facit. Ad ungues si quid mali habuerint, alumen † sciston in testulam mundam immittes, & in foco coques, deinde tolles & aceto supersparso extingues, iterumq; repones in focum, & quum opus fuerit, superscriptum puluerem sparges, aut solutum cum uino puluerem illinies, & post linteum suppones, & linteolo uino infuso digitum obuolues ligabisq; & sanabitur.

† proscadram
masa.

Vt unges læsos emundes uiscum cum sulphure uiuo tere & infundes unges. Quinquefolium tritum cum adipe impones. Emplastrum † proscadram nata hoc est quum de frigoribus in manibus uel in pedibus uulnus nascitur, quæ sunt comedæ. Recipe cerusæ libram unam, cæræ albæ unam, folij cõmunis siue amigdalini unam, spumæ argenti, cerusam uero & spumam argenti teres cum oleo diutius, donec colorem mutant.

Ad corporis salubritatem. Cap. LV.



D

Beta syluatica sine semine cum aceto & uino cocta & super tensa mire salubritatem corporis præstat. Myrrha cum uino trita, sanitatem corporis uiri mire seruat. Vt totum corpus hylare sit, uini ueteris feces cum oleo teres, & per unges totum corpus in sole. Ne corpus male oleat uel puteat. Laterem antiquum, & rosam siccam tundes primum, & uteris in balneo. Ad seruandam item corporis sanitatem. Marrubij unciã unã ex lacte ouillo calefacto bibat semel in mense.

Lichenis arcendis. Cap. LVI.



† lichenis

Ræco nomine † lichena appellatur, quod uulgo mentagram appellant, & est uitium quod per totam faciem solet serpere, oculis tantum immunibus, descendit uero in collum & pectus, ac manus, foedat cutem: eosq; qui sic uexantur osculari non cõuenit, quoniam contactus eorum perniciosus fore perhibetur. Manlius Cornutus Prætor prouinciæ Aquitaniæ legatus, CC. in hoc morbo locauit se curandum. Huic ergo uitio sic conantur mederi. Contharides illiniunt cum succo uuæ Amineæ, & seuo ouis uel capræ. Murium fimum illiniunt ex aceto. Cinerem item herinatij ex oleo imponunt, sed in hac curatione prius faciem ex nitro & aceto foueri præcipiunt, & tunc illiniunt adipem uituli marini.

† Hybisti

Itemq; delphini iecinoris cinerem ex aqua. Ficulneæ caules in aceto cocti & triti illiniuntur. † Euisi radix cum glutino lupino in aceto decocta, & quartas similiter adhibetur. Flos uisci cum calce subactus laudatur. Thitymalli quoq; flos cum resina decoctus adhibetur. Lomentum cum thuris polline æquis ponderibus ex aqua adhibetur & illinitur. Tapsiæ radix trita cum melle imponitur. Glutinum factum genitalibus uitulorum, liquatur ex aceto cum sulphure uiuo, tamo ficulneæ permixto, ita ut recens bis in die reponatur. ▶ Item trociscus lichenicos. Recipe gummi scisti unciã unã, tina-

peri

Aperi unam, lybani unam, tytaneos libram unam, amoniaci unc. unã, litargyri unam, gumeos duas, aceti quantum sufficit. Lybani drachmas decem, tinaperi decem, bedellij decem teres cum aceto. Catapotia ad lichenas experta. Recipe litargyri unciã unam, alcionei unam, arsenici unam, asphalti unam, lybani unam, tinaperi unam, amoniaci unam, quæ omnia teres cū aceto, & facies trociscos. Trociscus quo utimur ad lichenas & ad exanctum mata, hoc est ambuſta, et ad herpistigoden, hoc est scabiẽ. Recipe psymiti drac. octo, Litargyri viij. calcis uiuæ duas, aceti & olei quod sufficit. Trociscus lichenicon. Recipe cameleontis nigræ drachmas iij. pyretri duas, tinaperi quatuor, chryfocollæ quatuor, aceti acris cotylas uouẽ. Trociscus. Recipe alcionei uſtulati drachmas duas, cameleontis nigræ quatuor, aspideli radice quatuor, tinaperi, lybani, pyretri, aphronitri anã duas, tauro collis quatuor, aceti ueteris quantum sufficit. Trociscus ad lichenas. Recipe luſyderon unc. tres, scordion purgati unam & semis, tinaperi similiter gumeos quatuor, quæ in aceto acri teres in sole, & facies trociscos. ◀

Elephantiaſi depellendæ. Cap. LVII.



†Facies hoc malum plerunq; incipit, & nare primo surgit, uelut lepticula quæ celerrime per totũ corpus †serpit maculis uarijs, colore, & inæquali cute, alibi crassa, alibi tenuis, alijs dura locis quasi †scabie aspera & postremo nigrescente, & ad ossa carnes apprimente, tumescentibus digitis in manibus et pedibus. Hic morbus peculiaris est Aegyptiorũ populis, totus exitiosus est, quũ in reges excedit. His qui hoc malo afficiunt cinis mustelæ & eiusdẽ sanguis mixtus illiniẽ.

Radix asparagi in aceto cocta & trita imponitur. Mentastri folia †com masticata adhibentur, †cedro illiniuntur. Bulbi quoq; triti in aceto & sulphure medentur. Nitrum etiam ex melle & lacte bubulo tritum faciẽ purgat & erugat. ▶ Smeagma ad elephantiacos. Recipe pumicis drach. x. testarum sepiæ decem, nitri decem, cimoliæ decẽ, gumes albi quinque, cycidon omphation quinque, post hunc puluerem uteris & thure cum uino.

Trociscus heron optimus tollens humeros acerrimos, id est lichenas. Recipe lybani drach. octo, calchanti octo, tinaperi octo, calcideos similiter, acatiæ quatuor, mysei cyrii octo, gumeos quatuor, quæ cum aceto colliges & uteris. ◀

Ad morbum comitiale. Cap. LVIII.



Llium elixum subinde in cibum & in potione sumat. Fel agninum cum melle uel cochleari uel ligula sumatur. Lini semen et urticæ ex melle illitum sanat. Coagulũ quoq; uituli marini bibitur cum lacte equino aut malo punico sicco, aut mulsã aut acetõ. ▶ His qui sæpius cadũt clyster infundit ille. Castorij drachmas duas, mellis heminã unã, aloës unã, aquæ sextariũ, si superatio erit unguentũ facies. Recipe crocum, & thus masculum, & myrrham, gallas albas, acatia nigra, helyotropia quæ appellantur, corium mali punici, centauriam, olosatri semen, æquis ponderibus teres omnia ex uino & uteris, dabisq; potio-nem bibere ei qui patitur & abſtineat à balneo, & si usus exegerit lauet. ◀

†à Capite habet Ro. codex.
†surripiedo serpit.
†sub scabie.

†commandu cata.
†cerria.

C Testiculi ursini in cibo profunt. Testes aprini crudi, triti, ex aqua bibuntur, quum primū quis cecidit, in eo loco quo caput eius fuit, clauus ferreus figatur, non repetit. Dantur item carnes edendæ bestiæ occisæ eo ferramento, quo homo ante occisus est. Hirundinis sanguis cum thure, uel eiusdem cor recens deuoratur. Lapillus idem hirundinis è nido alligatur ad collum iacentem, recreat, & ab hoc periculo tutū præstat. Tenentes in manu anetum, comitiali morbo non appetuntur. Testiculi itidem arietini in ueterantur, & ex his dimidij denarij pondus datur in hemina aquæ tritū.

Abstinentia uero utendum est uini diebus quinque, & ante & totidem postea. Sanguis pecudis uel uituli ter bibitur, sed & humanus sanguis hoc uitio liberat. Catulus item lactens absciso capite & pedibus, ex ætis interaneis ex uino & aceto coctus editur. Vuerra quoque sumpta in cibo prodest. Coclearum cinis addito lini semine & urticæ ex melle illinitur cū sale. Iecur itidem uulturis tritū cum suo sanguine propinatur ter septem diebus, meliusq; prodest si ea auis quum occiditur satura sit humano cadauere. Fel testudinis naribus illitum iacentem erigit. Castoriū item in aceti mulsi cyathis tribus ieiunis datur. Mustelæ quoq; iecur marinæ in cibo bene sumitur. Carnes etiam caprinæ in rogo hominis tostæ hunc depellunt morbum. Caprini similiter uel ceruini cornu ustinidior adhibetur.

D Regio morbo pellendo. Cap. LIX.



Alsamentum in cibo ex pipere sumitur seruata carnis abstinentia. Allium tritum in potione uini sumitur. Cicer item arietinum discoquatur in aqua, duo cyathi potui dentur uel ex melle in cibo. Nuces Græcæ cū absynthij semine terunt, deinde pillulæ ex aceto edunt. Herba sauina quæ habet folia quasi cypressu, trita ex uino potui datur. Folia quoque oleastri ex uino trita imponuntur, atque ipsum uinum bibitur. Sordes de auriculis aut mamma pecudis denarij pondere cum myrrhæ pusillo ex duobus cyathis uini hauriuntur. Vermes item terreni cum myrrha in aceto mulso propinantur. Cerebrū perdicis in tribus cyathis uini bibitur. Cineres interaneorum palumborum cochlearia duo bibuntur ex mulso. Erucæ syluestris tria folia sinistra manu decerpta ex aqua mulsa bibuntur. Rubea qua pelles efficiuntur in aqua mulsa bibitur. Fimus pulli asini, quem primū edidit à partu, datur ex uino ad magnitudinē fabæ, triduo medetur. Canini capitis cinis in mulso propinatur. Gallina si sit luteis pedibus, aqua ei pedes purificant, deinde uino colunt idq; uinū potui datur. Ad idem equini pulli fimus ex uino propinatur. Eademq; ratione cymini ex uino albo in balneo datur. ► Optima & certa ratio est qua ego iam desperatæ salutis plurimos curauī. Si raphani succū in balneo bibat, et in quocunque potu maxime ieiunus parū urinæ suæ bibat. Lapatij radices cōterat ex uino austero, colabisq; & potuidabis, mire auruginem tollit. Radices porri cum aqua quanta uolueris ex uini hemina potui dabis. Radices betæ tundes & exa

Hic Ro. codex
aliud caput or-
ditur.

A & exprimes succi cyathos quatuor, teres et dabis cum uino bono bibere, si ne mora sanabitur. Raphani item succum in folio usque ad collum uersus bibat. Chrysolaginis quoque feminis denarios undecim cum aqua factis calida bibat, & sanabitur. Item ad auruginem. Herbae fellis terrae quam centauriam uocant, fasciculū unum, aneti unum, allij capita septem a triplicis semiunciā. Hæc omnia in olla noua ex careno coques ad tertias, & dabis ieiuno in balneo, ita ut in calida non descendat, sed sudorem detergat, & post balneum radículas ex oleo sale edat & uinum accipiat modicū. Item in pila radicem tundes ac succum exprimes, & in balneo ex eo succo fricato te usquequo descendas in folio sine oleo lauare, & statim aurugio super aquam apparebit. Amygdalæ amaræ unciam unam, anisi semiunciam, absynthij florū denarios sex insimul tere & fac trociscos duos, & dabis cum uino & melle ad cochlear unum. Prassium succum tundes & cribrabis, & dabis similiter cum uino & melle. Raphanos item aut septē, aut nouem, cōtundes & ex eo succo per linteum colato dabis in folio statim cum uino bibere. ◀

C. PLINII LIBRI DE RE MEDICA SECVNDI FINIS,

C. PLINII SECVNDI

DE RE MEDICA LIBER

TERTIVS.

Ad febres calidas intercidendas. Cap. 1.

Veteris exempla
plaris capitum
series hoc libro
planè seruata
non est, suis ta-
mè locis notha
ueribus inclu-
sa habentur.

† portulaca.



EDVLLA ceruina, adipe anseris, adipe porcino recentis
& exiguo cæræ perunges sero, ac statim de succo lini se-
minis. Idemq; asinæ lac tepidum facit. Cotonia item
matura, & rosam siccam, & papaueris capita sicca in olla
rudi cum aqua decoques, & ex hoc dabis bibere. Item

Ambrosia ad
ardorem stoma-
chi.

D

fato & lactucæ folijs & rasura cucurbitarū & ouis crudis permixtum, et in
modum ceroti pectori impositum ardores ac subitos dolores hemitrítei &
febres emendat. Ad ardorem stomachi febrientis. Rosaceum in aquam
calidã mittes, & agitabis in carbonibus, quo platulam lineam infundes et
stomacho superpones. Mellis libram unam, adipis porcini recentis cola-
ti unam, olei rosati unam, cæræ unam, argenti spumæ uncias duas, teres au-
tem spumam & simul decoques, deinde croci triti mittes uncias duas & teres
in linteolo, inductum super stomachum impones. Ad hæc ambrosia.
Recipe olei rosati libram unã & semis, cæræ unã & semis, croci unc. duas,
succo rasuræ cucurbitæ quantū sufficit, medullæ ceruinæ uncias quatuor,
feruefacies aut cæram & medullã cum oleo tepefacto cerotario, addes suc-
cum per partes & teres diligenter, postea addes crocū & diutissime teres,
permiscebis & facies pastillos, seruabisq; et quū opus fuerit teres cum ouo
rum uitello. Quumq; unū corpus fuerit, linteum illitum impones super sto-
machum. Ad ardorem stomachi in febribus quæ non declinant ex lini se-
minis farina cum albo oui facies cataplasma & frigida super stomachū pos-
nes. Lactucas aut in calida coques & teres cum albo oui, & stomacho su-
perpones. Itemq; rasuræ cucurbitæ & uuæ acerbæ cū albo oui imponun-
tur. Rasura itidem cucurbitæ & crocū æquale cum albo oui imponitur.

Alia ambrosie
descriptio.

Confectio ambrosiæ. Cæræ lib. unam, olei rosati unc. sex, olei camomillæ
sex, axungia recētis lib. unã, croci unc. unã, lithargyri unã, meliloti unã et
semis. Iniectio ad febres calidas. Succus lini seminis cum oleo rosato seu
camomillæ bene faciet. Si uero nimiū febris æstuauerit. Plantaginis folia ui-
ridis & caules simul tundes, succoq; eorum corpus perunges. Ad arden-
tissimam febrem, herbam quæ dicitur Iouis barba, cōteres, ac succum eius
exprimes, & miscebis cum cinere aquaticæ lanæ, & addito oleo rosato per-
unges, tunc ægrum cooperies, inde somnus irruet, & ardor compescetur.
Item ad febres. Axungia leoninã manu subiges, et totū corpus perunges.
Ruta item cum oleo subacta totū corpus perunges. Lili radices tres aut
quinque, croci deñ. v. macerabis in aquæ quartario uno, & ouorū tribus,
uitellos teres bene, & adijcies olei rosati quantū sufficiat, & inde totū cor-
pus perunges, præter manus & pedes. Vt febrē tollas. Nucleos tritos ex
aqua

A aqua calida dabis bibere. Itemq; ut febres foras eñcias. Siliginē in aqua recentē macerabis, & teres in mortario cū tribus ouis duris, et pāno inducto ad stomachū ligabis. Si quis uero febres patitur & fatigatur aut angustias patitur, daptylos quam plurimos & adipem aut recentem aut uetustum in recenti aqua mace rabis, donec exallescāt, deinde in mortario teres ut unū corpus fiat, & panno induces quasi cataplasma, & stomacho impones nocte, sed prius daptylos tritos in careno aut sapa macerabis. Ut febrem tollas, & ut ex infirmitate pallidum ad bonum colorem perducas ciuaria et lupinos dulces ieiuno in cibum dabis. Succum item calamenti & oleum rosarum fatum aquis ponderibus cōmiscabis, & sic perunges. Itemq; herbam que uocatur canis lingua, mense Iunio tundes & uuam exprimes, succo que eius ægrū perfundes. Hemytriteo depellendo. Cap. II.

*Pallido color
qui inducatur.*

R Anulas paruas uirides capies, & aperto uentre uiuarū harundine intestina auferes ac proñcies illas, uero mittes in stagnatū nouum & frigis, quibus sublatis mittes in oleū cæram & facies cerotum molle, et ab auribus usq; ad pedis ungulas triduo perunges, & non lauet, sanus erit: quia uulnera exeunt per corpus à quibus citò liberabitur. Potio ad hemytriteū, siue ad leuiscos. Croci denarios duos, nardi duos, absynthij pontici duos, enulæ tres, quæ omnia cribrabis, & quum opus fuerit dabis cochlear dimidium in aqua calida. Potio. Recipe costi denariū dimidiū, folij denariū unū & semis, spicæ nardi duos, croci tres, semperuiuæ cauliculū unum, aut certe prout uideris magnitudinem cauliculi dabis cum aqua calida. Herbam camomillam cum rosa sicca coques, & ipsam aquam quum colaueris mittes camomillinū oleum, et farinā lini feminis coques & uteris tepido, sed alij tantum de farina hordei & lini feminis & oleo camomillino faciunt: alij daptylos camomillam & melilotum aqua infundunt & coquunt, in quam mittes farinā lini feminis & hordei coquesq; & ita cataplasimabis, sed eum qui magnis laborat febribus. Trochiscus ad hæc & ad febricitantes, ut nō sentiant: ad ardorē stomachi, ad febres, & ad solis ardorem nimium. Recipe succi glycirizæ drach. sex, feminis cucumeris hortensis quatuor, draganti duas, quæ teres singillatim & permiscebis cum albo ouorum, & facies catapotia. ◀

Febribus periodicis medendis. Cap. III.

L Ecur delphini ante accessionem gustandum datur. In taselli piscis capite lapilli qui plena luna inuenti sunt, alligantur in linteolo. Utile est inungi oleo & sale. Cancris fluuiatilibus tritis in oleo & aqua, ante accessionē perungi oportet. Oculus item lupi dexter salis alligat, ante meridiē quoq; dantur heminae tres potui, in quibus additæ sunt guttæ tres sanguinis ex uena asini quæ in auricula habet. Recipiunt aut febres phibet lacerta uiridis uiua alligata in uascello quod eā capiunt. ▶ Lyxoperita ambrosia ualde optima. Recipe lithargyrii li. i. rodini i. mellis i. sed prius facies cerotū, postea mittes lithargyriū et feruefacies ut supra fortius, leuabisq; de foco & cū spatha agitabis donec refrigescat. ▶

† praselli.

*Lyxoperita
ambrosia.*

C

Quotidianæ curandæ. Cap. IIII.



Abis bibere mentam tritam ex aquæ cyathis duobus, statimq̃ sanguis è naribus exit. Costum tritum & admixtum oleo ante accessionē perunctos à febris liberat. Beta agrestis cum oleo rosato totum corpus perunges. Itemq̃ rutæ succum cum uino bibat qui potest, quia uehementissimus est. Ad horrores. Betonice denarios sex, aquæ calidæ cyathos duos ex uino austero sub accessione dabis bibere, & sudabit.

Tertianæ curandæ. Cap. V.



Vb accessione, pauca grana apij seminis cum aqua calida bibat. Itemq̃ succum trifolij hora prima dabis bibendū ei qui patitur. Folia item de persico & modicum lasari teres, et dabis potionē. Rursumq̃ ante accessionem tria grana coriandri deuoret. Meli licratum item frigidum bibat. Ante solis ortum spongiæ aphricanæ cinis ex oleo uel aceto fronti illinitur. Cancri fluuiialis oculi eruti alligantur, & ipse cancer in aqua remittit. Pulegij similiter ramus in lana inuolutus ante accessionem olfaciendus datur, aut stratis subditur. Vrticæ autumnalis radix alligatur. Is uero qui eam effodiet debet, nominare eum cui medetur, & quibus parētibus natus sit. Herba quæ in fluminibus aut riuis nascitur alligata in leuo brachio, quid sit nescienti, tertianas discutit. Legi autem debet ante solis ortum, sic ut eum qui colligit nemo uideat. Aranei tres cullie emplastro infricantur, idemq̃ emplastrum ut libet in aluta tanquã ana colina imponitur. Ante accessionē quoq̃ aquæ frigidæ decē unc. bibunt.

Superstiiões.

D

Quartanæ curandæ. Cap. VI.



Ini optimi Spateni uel pecinium, uel puto Hadriani Aphricæ, seu burdi gallici pond. nouē pensabis, hinc quotidie in maiori calice potionē dabis uini calefacti ieiuno donec totum bibat, & sanus erit. Parum croci quantū tribus digitis leuatur teres, & ex aqua calida dabis sub hora accessionis iam suspecta. Communiter autē ad omnes typos facies pannum talem. Recipe axungia lib. unā, picis unā, absynthij tenelli unam, primumq̃ teres absynthium & dehinc picem, postea simul omnia in pila tundes in modum ceroti, & panno illita per totum pectus & stomachum ac uentrem pones, habendū iugiter quinque diebus ac noctibus. Cataplasma ad quartanas. Recipe farina baccarū lauri sextarium unum, scenugræci unū, farina lupi unum, sapæ heminā unam, carycas numero triginta, oleum laurinū ad ungendum stomachum habebis, prius uero sacello de furfure per quatrīduū fouebis, & sic cataplasmas. Apocus thermaticus ad quartanas. Recipe therebynthinae drach. sex, carycae similiter, medullæ ceruinæ similiter, guttæ amoniaci similiter, galbani similiter, aphronitri similiter, hyssopi unciam unam, piperis uuam, myrrinae unā, uini cyathos duos, mellis Attici duos, olei ueteris drach. septuaginta, hyrini sexariū unum, soluta uero resolues in olla, & sic mittes sicca, trita & cribrata, & sic omnibus permixtis utēris. Ad quartanas expertum. Recipe

Apocus Ther
manticus.

A Recipe castorij sex, panacis regij sex, opij sex, iusquiami duas, mellis quantum sufficit, dabis ante horam dimidiam accessionis ad magnitudinē fabæ Aegyptiacæ cum uino mixtū. ◀ Caput clauī quo aliquis in crucē fixus est alligatur panno. Fimi bubuli cinis spargitur. Vrina pueri illiniuntur primi digiti in manibus & pedibus. Leporis cor alligatur, coagulum quoque eius bibitur ante accessionem. Leonis quoque in cibo datur. Viperæ etiam caput abscisum in linteolo alligatur. Muri uiuo rostellum primum & auriculæ summæ præciduntur, et in roseo panno alligantur, & ipse mus uiuus dimittitur. Ranæ in triuio decoquuntur cum oleo carnibusque earum proiectis & oleo utuntur ad unctionem. Allij elixi caput unum cum lasare tritum obulo in uino austero bibitur. Hirundinis item fimi drachma una trita ex lactis caprini aut ouilli aut passi cyathis tribus ante accessionē propinatur. Rubetæ ranæ cor uel iecur alligatur in panno leucopeo. Semen aneti tribus digitis comprehensum & foeniculi tantundē, & aceti mulsi cyathus unus potui datur. Panem & salem in linteo de tlyco liget & circa arborem licio alliget, & iuret per ter panem & salem: Craftino mihi hospites ueuturi sunt, suscipite illos: hoc ter dicat.

O cœlum, o terra, o maria Neptum, qualis superstitio? tlycio.

Letargicis. Cap. VI.



B X quibus lethargicū depræhendis: ex febre acuta cum sensus oppressiōe, aut ut difficulter, aut nihil sentiat pulsu magno, raro & inani. Vnde lethargia dicta est ab obliuione mentis atque corporis uagatione. Græci enim λήθη obliuionem, ἀργία uagationem uocauerunt. Hos itaque tali ordine curabis: ferulam accensam naribus admoueto, fumigatione facta si repente æger hunc morbum inciderit, sicut alijs uisum est, celeriter emendabit. Nepetæ succus ex aceti parte una mixtus & capiti fronti que illitus lethargicos dormientes excitat. Euforbium cum castoreo suffumigatum excitat. Calchantum item cum aceto tritum & naribus illitum dormire non sinit. Euforbium quoque ex aceto tritum & naribus confricatum excitat. Capilli itidem mulieris incensi suffumigatione sua liberant dormientes. Satureia & cum aceto capiti frequenter infusa excitat. Caprina similiter pellis uel cornu eius combustum idem facit. Sanguis testudinis fronti illinit. Peucedanū cum oleo rosato & aceto tritū & incoctū naribus inditur, & iam uidebis dolores capitis emendare. Ruta item ex aceto odoratur. Vis imbrum quoque capiti ex aceto infunditur. Vrtica etiam fronti & pedibus illinitur. Cimices septem tritum in aquæ cyatho uno dantur si uir sit: si puer, eodem modo aquæ cimices quatuor. Spondilium capiti instillatur. Mustelæ quoque iecur exuritur ad olfaciendum. Pulmo pecudis calidus circa cuput alligatur. Palumbi item tres putrefacti lethargum excitant odore. Tolles itidem uulturis neruos, & eos circa manus laborantis ligabis. Apostolicum rotundum cum adipe uulturino teres, & ex eo manus fricabis.

Indicia lethargi.

λῆθη ἀργία unde.

Somno asciscendo. Cap. VIII.

C



Pium in modum fabæ cum oleo rosato mixtum naribus illinit. Coriandri quoque semen tritum colatūque & ex aqua calida potui datum prodest. Item ad eos qui non dormiunt. Styracis uncias tres, glycirizæ tres, croci unam, opij tres, castorij unam lycij Indici duas, spicæ nardi duas, mellis pondera duo. Hæc omnia trita cōmiscabis, & naribus fronti que illinies. Glyciricæ unc. tres, styracis duas, croci unam, opij duas, castorij duas, lycij duas, zinziberis unā, piperis longi unam, spicæ nardi unā, mellis pondera duo, conficies & uteris ut supra. Confectio diacodion ad hæc & ad febres. Codias unam, capita papaueris numero triginta infundes in aquæ sextarijs tribus per triduum, postea ad tertias decoques, addes que in aquam ipsorum mellis partem dimidiam, hoc est sextarium unum & semis, dehinc coques ad carbones uel ignem sine fumo, donec in mellis pinguitudinē redigatur: & hoc dabis ad noctem glutendum singula uel bina cochlearia. Papauer ex aqua elixatum ad tertias bibas, statim somnum adducit. Ad somnū saluabis ægrum sic. Opij denarijs tribus, myrrhæ, croci, thuris anā denario uno cum cæra mixtis parstillos scipulares facies, & præcalectos umbilico impones, quæ res tam somnum quàm uentrem mollit. Antidotum anetinum ad somnum colicis expertum. Recipe anisi uncias duas, apij feminis unā, iusquiami duas, opij semiunciam, mellis quantum sufficit, dabis que aduersus uirtutem patientis integram potionem ad magnitudinem fabæ Aegyptiæ cum aqua calida.

Hymnoticum ad somnum. Recipe bedellij drach. quatuor, lybani quatuor, galbani quatuor, rosæ siccæ quatuor, myrrhæ uero duas, croci duas, castorij unam, quæ cum oleo rosato teres ad spissitudinem mellis, & induces in nares, in frontem & in aures. ◀

Phreneticis sanandis. Cap. IX.

Note phreneticis.



X quibus signis phreneticū deprehendis? ex febre acuta cum alienatione, & manu uano errore, ut aliquid suis digitis apprehendat: quem ita curabis. Succus rutæ ex aceto tritus & temporibus instillatus mire prodest. Castorio & peucedano ex rosæ ceo peruncto capite somnus accedit. Allium elixum in cibo datur: Suffragatio lanæ succidæ prodest. Hyeme etiam oleo anetino caput infunditur. Ad phreneticos, siue ad eos qui uertiginem patiuntur. Hederæ racemum cum suis folijs teres adijciens oleum, eum que cerebro superfundes, & tempora unges. Ad uertiginē capitis. Rosam in aceto fricabis, spissam que capiti impones. Ad insanos & mēte motos, & si qua alia uitia in capite habuerint, herbam tythimallum capræ lactariæ solum manducare dabis: postero die mulge, & lac eius ieiuno da bibere qui uexatur, nam cordialum sine mora emendat. Grillis adipe frontem lini & dormit. Pellem de lepore albo nescientis sub capite pones. Lauri folia trita nescientis capiti supponas, & dormit. Semē lactucæ ac papaueris cum dactylis tribus in aqua coques ad tertias, dabis que bibere & ante expectatum, dormit. Spondilium capiti

† ante expectatum uetus exemplar non habet.

A capiti infunditur. Pulmo pecudis calidus circa caput alligatur.

► Ad epilepticos. Cap. x.



X quibus epilepticum deprehendis: ex accessione quæ eum tenet, quemq; ita curabis. Vulturis cerebellū teres cum oleo uetustissimo, et post illud cetræ uel balsamo ac repones, & ex hoc in modum grani fabæ cum portione uini ueteris potui dabis per dies septem aut nouem: balsamum autem tunc mutes pro cetræ, si odorem non fert. Herbam sauinam dabis triduo in uncijs aquæ tribus. Mustelæ hepar sine felle assum dabis bibere cum aquæ uncijs quatuor, hocq; quum biberit si intra septem dies non fuerit uexatus, scias illum sanum esse. Cerebellum quoq; agni assum dabis ad manducandū. Medulla cameli cum oleo rosato teres & frontē stomachūq; perunges. Apophlegmatismus. Recipe stafisagriæ drach. quatuor, salis amoniaci unam, pyretri duas, sinapis quatuor, exinde factum puluerem diuides in partes tres, & cum mastica per triduum mastiget unam partem in die. ◀

Apophlegmatismus.

Cardiacis sanandis. Cap. xi.



Vta ex aceto & melle cū farina hordeacea mixta et pectori imposita emendat. Vinum calefactum spongiæ infusum & mammæ sinistrae impositum sudorem sistit. Cornu caprini & ceruini cinerem oleo myrtino permiscebis, & ex hoc aduersus sudorem nimium corpus omne perungitur. Lactucæ albæ nomen est syris quæ trita & imposita mammæ sinistrae magnifice sudorem minuit. Aqua potui datur in qua holera discocta sunt, sale addito. Rutæ fasciculus in rosaceo & aceto decoquitur, & adiecta aloës uncia una in olei perunctione sudorem sistit. Radix item scrulæ ex oleo & aceto perunctione sudorē minuit. Myrti semē cum polenta ex uino mammæ sinistrae imponitur. Folia rubi in quo mora nascuntur trita per se imponuntur. Succus mororū rubi potui datur. Puluis autem ex myrti folijs tostis inspersus sudorem sistit. Lapillus qui in uentriculo hyrundinis inuenitur. Ad eos qui in infirmitate non sudant. Cucumeres syluaticos incidēs in oleum, & in solem pones in uase uitreo forti ne crepet, & exinde unges ut sudet.

A uetusto exemplari nihil nisi medicamentorum ordo confunditur.

Hydropisis species, eoq; morbo arcendo. Cap. xii.



Vid est hydrops: Extensio uentris ultra modum naturalem, a quofo atq; corrupto humore effecta. Vnde hydrops nomen accepit: Ab accidēti, hoc est humoris infusi materia. Quot uel quæ sunt species hydropidis? Duæ: totius corporis & uentris. Prima leucophlegmatia uel hypposarcha appellatur. Secunda rursus in duas diuiditur species: est autem humoris uel speciei cōmixta materies, sed humore superate Ascites: spiritu Tympanites uocant. Ex quibus deprehendis leucophlegmatiam: Ex totius corporis molli inflatione cum colore subalbido & grauedine, atq; impressis tumore digitis cedente, carnium resistente duritia cum mali odoris inspiratione. Hos ita curabis. Lapidem Gagathem hydropicus si secum portauerit liberabitur. Vomitus canini uentri

Hydrops quid

Hyposarcha.

Ascites.

Tympanites.

† sub ioue. C

illinuntur. † In fabulo calido marino obruuntur. Spongiæ Aphræ ficcæ opponuntur. Adeps delphini liquatus ex uino bibitur propter graueolentiam naribus obturatis, aut unguento optimo tactis. Cancri marini uel fluuiatilis in cibo ex iure allium uiride cum fico duplici malum euocat: Scylla subiecta linguæ sitim compescit. Scyllæ bulbus torretur, deinde purgatur, & medium eius in aqua coquitur, quum madidum est ex eo tres oboli dantur potui ex melle & aceto, euacuatur per urinam. Synape & ficus & cyminum æquis partibus tusa uentri imponuntur. Ficus siccæ coquuntur, & ex uino & absynthio subfunduntur. Farina hordeacea addito nitro omnia in unum conteruntur & ita imponuntur. Folia myrti in uino decocta conteruntur, & ex eo uino duo cyathi potui dantur. Radices sambuci in uino decoquuntur, & ex eodem uino duo cyathi poti exinaniunt. Est hedera quæ Chryfocarpos appellat, propterea quod fert grana aurei coloris, cuius grana uiginti in uini sextario conteruntur, & ex eo uino terni cyathi bibuntur, qui per urinam exinaniunt. Testudo decisis pedibus & capite & cauda in testinis abiectis in cibo datur, ita cõdita ut citra fastidiũ sumi possit. Fimus uituli masculi uentri illinitur. ► Bibere debent antequam epithema accipiant foeniculi feminis uncias duas, apij feminis duas, asari duas, petroselinæ Macedonici unam, anisi unã. Hæc omnia in olla noua aut stagnato aque fontanæ pleno decoques ad tertias, quod refrigeratum repones in ampullula & inde potionẽ calefacis, & cum uino hadriano uel piceno per calidã bibat. Puluis ante epithema corpori spargendus. Recipe apij feminis unam, pulegij unam, anisi unam, cymini duas, sambuci unã, baccas lauri numero quinquaginta, hæc omnia tundes & cribrabis, & prius oleo cyprino malaxabis leniter stomachũ, uentrem & renes, & iterũ unges pulueremq; supersperges, ita ut uentrem & stomachũ impleas, sed & renes, & linteis superpositis duplicabis fascias, hocq; facies per dies quindecim, & intermittes triduo & iterum repetes usque dum cures. Si uero pedes tumuerint facies puluerẽ de cymini uncijs duabus, nitri duabus, et unctos pedes oleo cyprino, & inde fricabis. Epithema ad initium hydropidis. Recipe apij feminis uncias duas, amei unam & semis, anisi similiter, hyreos similiter, cardamomi similiter, cyperi similiter, meliloti, panacis radicis similiter, natri alexãdrini similiter, squinantij similiter, croci similiter, cæræ uncias sex, amoniaci sex, resinæ therebynthinæ sex, seui taurini sex, olei hyrini sex, mellis vi. Pigmenta uero tundes & cribrabis, & postea in mortario beneteres, addito uino ueteri styptico quod sufficiat, ut sit uelut cerotũ. In cacæbum uero mittes oleum, mel, cæram minutatam, seuum ac resinam solues, & colata diligenter mittes in mortarium superspergendo pigmẽta, & diu omnia terendo permiscebis, & inde facta collyria repones, & quum opus fuerit induces panno & uentri uel stomacho superpones. Malua rustica tusa diligenter cum fermento & æquali ex axungia facies cataplasma, & tepefacto uteris, à pullorum cantu usque in horam tertiam per tridũ, intermissa triduo rursus impones; Hoc facies uicibus tribus; Quod si & renes tumuerint

A sumuerint ex utraque parte uteris. In balneo item salicibus operiuntur in alueo, ita ut etiam substratos folijs habeant. Herbae betonicae denarii duo sano ex mulsa, febrienti ex aqua calida potui dati succurrunt. Potio ad hydropida experta. Cornu bubuli ea parte quae ad cardines est combus- res in patella ad carbones & teres in puluerem mollissimum, ex hoc cochlear unum cum aceti acri cyathis duobus, & floris liquaminis cyatho uno, & aquae calidae cyatho uno ieiuno dabis diebus nouem. Allium item uiride cum uino duplici aluum euacuat. Cataplasma. Recipe farinam hordei, farinam fenugraeci, farinam fabae, nitrum, fimum bubuli siccum duas libras duas, fimi caprini uncias tres, seminis apij tres, fimsuci quatuor, nitri Alexandrini duas, guttae amoniaci duas, fenugraeci frixi tres, baccarum lauri tres, piperis duas, laricis siue terebynthinae quatuor, olei cyprini siue sicyonum quod sufficiat. Apozima ad hydropida. Recipe radices apij, asparagi, asari & pulegij, quas coques simul in aqua & bibes, uel uinum ex inde temperabis. Cataplasma ad idem. Recipe fimi bubuli sicci pulueris partem maiorem, & farinae hordei minore, quae miscebis & coques ex mulsa, & induces panno qui cingat totum uentrem, & superasperges sulphuris triti minutissime cochlearia tria. Quumque inuerso panno uenter caluerit desubtus manu confricabis, et quum uideris substinere posse, repones fascias, & usque in diem alterum non tollas. Quumque mane tuleris, sic alterum impones usque dum tumor cesset. Sane bibat ieiunus apozima de spica nardi & radicibus apij in aqua decoctis: recentia penitus non bibat, sed de pullo modice, & uinum mixtum cum apozimate. Ad hydropidis duriciam. Salis & milij aequas partes feruefacies & in facello impones quum iam humor eruperit. Lana cum sale & oleo tepido uulneribus imponitur. Item ad nimiam sitim quae ex hydropisi nascitur. Corticem ulmi interiore in aqua decoques ad tertias, & ipsam calidam uel puram, uel cum uino quoties sitierit bibat. Stercus bubuli recens cum aceto cataplasmas. Ad hydropicos. Anisi uncias septem, amei sex, cymini sex, diffinidon sex, absynthij sex, sandonicae sex, cardamomi sex, brathei sex, lybani sex, resinae frixae libras sex, cerae tres, olei glaucini quantum sufficit. Epithema hydropicis. Recipe carycarum pinguium pondo quinque, nitri libram unam, hyssopi, gummi unam & semis, agarici uncias sex, camileae quinque, absynthij sex, celuci sex, coconidij purgati tres. Carycas autem tundes donec cerotum efficiatur, postea coconidium purgatum temperas & miscebis cum carycis diligenter, post haec sicca trita omnia mollissime permiscebis, & addes oximel terendo quandiu ad modum malaginis efficiatur, & uteris. Vrinam item in potione saepius dabis, mirum praestat auxilium. Hebuli radicem sine medulla ex mulsa sextario dabis bibere, & in sole deambulet. Itemque uomitus canini uentri illiniuntur.

Cataplasma
hydropicis.

Apozima hy-
dropicis.

Epithema de
quintercutē
laborantibus.

† malaginis.

Paralyticis curandis. Cap. XIII.



Villus tam idoneus est paralyticis cibus quam bolea rubea. Saepe lubriter ex his bibitur, sed ut usus sequet balnei. Aliqui solent folia temperare addito euforbio, pingue glyrium, & foricū de coctorum ex aqua dant edendum. ► Calasticum ad paraly-

sim. Recipe euisci unc. quatuor, tyfanæ quatuor, lini seminis quatuor, foenugraeci quatuor, meliloti quatuor, quæ coques in aqua fontana donec fiat spissa, exprimes, et mittes succi lib. unam, olei cōmunis unā, cæræ unā, seu taurini unc. sex, resinæ frixæ septē, resinæ terebynthinæ quinque, hyssopi medicaminis duas, galbani unam & semis, coques primū oleū cum succo lento igni donec excoquatur pars dimidia succi, & colabis, dehinc mit-

Vnctio paralyticis.

tes reliqua infra scripta ut simul miscebis, atq; soluatur. Vnctio ad paralyticos. Recipe baccarū lauri tritarum & cribratarū unc. unā, cymini tussit et cribrati unā, satureiæ non tussæ sex cum surculis rutæ siccae tribus, quæ infundes uini ueteris sext. quinque per triduum, postea miscebis olei anetini non flores sextarios octo et semis, coques lento igne, agitans indefinenter.

Quum autem uinum consumptū fuerit colabis illud, et expressis herbis ex eo oleo unges manē & sero eum qui patitur. Lino autem non utatur nec in lecto, hoc etiam oleo in balneo uti debet quando sine febre est. Abstineretur uero oportet à bubula & porcina carne, pisce, & caulibus, & malui, & utatur pipione molli ac reliquis holeribus: si aquam calidam bibere non possit

Acopum ad paralytin.

uinum accipiat aquaticū: quod si hyems fuerit, aut infirmitas grauior uel se nectus, addes hinc oleo balsami primi unc. tres, piperis unā. Acopum ad paralytin & neruorū tensionem & dolorem, & ad omnem perfractiōnē.

Recipe nardi lib. unā, olei hyrini unā, laurini unā, cyprini unam, styracini sex, panacis unā, castorij unā, euforbij semiunc. adarcis similiter, piperis similiter, amoniaci similiter, medullæ ceruicæ unciis quatuor, galbani duas, propolei unā, butyri tres, hyssopi ceroti duas, cæræ lib. unam, olei samuclini unc. sex, cucumerati sex, resinæ terebynthinæ nouem. Conficies uero sic. Euforbiū, adarcam, amoniacū, piper, castoriū, insimul tundes, et cribrabis galbanū & propoleium, malaxabis contra focum cæram & medullam cum omni oleo resolues, & admiscebis puluerem, dehinc panace tritū cum modico aceto, postea galbanum & propoleium. Ad paralyticos & ad omnem neruorū causam seu contractionē siue stuporem. Recipe farinae fabæ lib. quatuor, picis frixæ quatuor, pulueris uitri duas, piperis duas, aceti quod sufficit. Hæc pariter coques, & in modū cataplasmi linteo grosso induces, & locis dolentibus seu contractis impones & calabricis ligabis bis in die per triduum, & intermisso uno die iterum repetes per triduum, post hæc uteris unguento infra scripto. Vnguentum ad paralytin & ad omnes neruorū causas. Recipe cæræ unc. sex, terebynthinæ iij. hyssopi ceroti unā, amoniaci iij. piperis unam & semis, nitri septē, pyretri semis, galbani unā & semis, mellis similiter, olei ueteris lib. unā, euforbij unc. tres, cyperi quatuor, olei hyrini unā & deñ. xvij. uini ueteris cyathos duos, amoniacū

Vnguentum ad paralytin.

autem

A autem in uino teres, & quū tritā fuerit addes piper & nitrū in puluerem re-
 dacta, pyretrū, euforbiū & cyperum similiter in puluerē redacta permisce-
 bis, et resolutis cæteris speciebus superfundes in mortario, et pariter teres,
 & quum opus fuerit utēris, fricabisq; uehementer bis in die, & lanis inuol-
 ues & calabricabis. Podagræ depellendæ. Cap. XIII.



M Viscus qui in aqua nascitur tritus & impositus prodest. Farina
 frumenti cocta ex aceto imponitur, utiliter dolor perungetur,
 in quo decocta sunt ranarū intestina. Ranæ rubetæ cinis cum
 adipe ueteri. In palustribus lens nascitur in aqua non proflu-

†palustris:

ente refrigeratoria sine comparatione, hæc imponitur uel per se cōtrita uel
 cū polenta. Adipe uiperino sanguine quoq; milui pedes perunguntur.

Euisi radices coctas cum axungia miscebis, & cataplasma pedibus impo-

nes. Maluæ erraticæ coctæ, pisas cum sale, pedibus impones. Vrtica tri-

ta cum columbarū sanguine apponitur. Lenticulam coquis, teris, adiectis

mellis cochlearibus tribus, & pedibus impones. Adipe uitulini marini pe-

des perunguntur: cuius & pellibus calciari conuenit. Ranæ aquaticæ di-

scriptæ subinde recentes imponuntur. Lenit & plantago cum axungia.

Limus aquaticus cum oleo subactus mire prodest. Vrsino adipe, seuo tau-

rino cum cæræ pari pondere decoctis utuntur. Bubulum fimum cum ace-

ti fece magnificant, fimi similiter caprini cinis cum axungia ueteri prodest.

Quum uero pluribus malagmatis utantur hi qui hoc malo laborant, prout

illa apud unumquēq; commendat monstrantis auctoritas, ponam compo-

sitionem de qua nemo qui usus est, questus est. Picis brutiæ uncias †sex, et

scrupulos septem, cæræ ponticæ tantundem, resinæ frictæ tantundem, gal-

bani scrupulos undecim, amoniaci semiunciā, omnia hæc in cacabo nouo

componuntur & coquuntur ad unum feruorem bonum: in mortario autem

teruntur hæc. Euforbiū unciā unam, †styptiriæ scystos tantundem, thuris

pollinis scrupulos nouem, opopanacis nouem, fellis taurini octo, salis amo-

niaci sex, his suffunduntur aceti acerrimi cyathi tres, tum quod in cacabo co-

ctum est mortario imponitur, & pistillo permiscetur. Quum eo utendū est

alutæ illinitur, quod si induruit, modice ad ignem calefactum manibus per-

fricabis & sic mollescet. Hoc medicamentum non inquinat uires in usu, nō

perdit, appositū reseruari potest. Sunt & qui potiōe podagra sint liberati.

Cuius compositionē subiiciā, & quemadmodū ea sit utendū pandam. Ca-

metriæ lib. unā, centauriæ unc. tres, aristolochiæ rotundæ tres, stichades

tres, agarici quatuor, cyperi seminis quadrantē, aloës unc. quatuor, & hæc

pondera singularū specierū expendi oportet & trita cribrataq; permisceri

ex mellis Attici lib. sex, & in uitreo uase recondi. Vsus autem huius potio-

nis talis esse debet, ut sumat à ieiunis qui bene concoxerint, & per numerū

dierū anni adiecto uno die, si dies continuari non potuerint propter crudi-

tatem aut languorē aliquamq; causam, quotquot intermissi fuerint totidem

restituantur. Potionis uero mensura erit, ut denarij argentei bibatur pon-

das ex tribus cyathis aquæ semel in die. Radix cucumeris erratici ex

†quinque.

†septerie.

C aceto coquitur & imponitur: mitigatur, si secum habeat is qui uexabitur pe-
 dem leporis uiuo abscissum. Peractis singulorū membrorum malis et eorū
 remedijs, quæ improviso solent accedere, percurrimus eo ordine qua una
 quæq; res succurreret. Incipiemus itaq; à re podagræ proximè. **V**rtica
 trita cum columbarū sanguine apponitur. ► Porcellum dierū undecim
 nec minus nec amplius occides & coques diligēter, ita ut si fieri potest, ossa
 decoquantur, quibus sublatis teres carnes in mortario in modum catapla-
 smi & impones. **E**xpertum. Stercus duorū uel trium porcellorū quod
 inuenitur in uentre occisorū ferueat in sartagine cum aceti sextario uno, &
 in ipso dolore pedibus imponatur. **I**ncipientem podagram mirifice discu-
 tit, **B**etæ combustæ cinis si leuissime admixta sanguine bubulo imponat.
Ad impetum doloris. Salis sextariū unū solues cum aqua tepida, ita ut to-
 tum liquefiat, deinde mittes aceti sextariū unum & agitabis diligenter, post-
 stea mittes aquam fontanā frigidam & temperabis prout delectat, & spon-
 gia fouebis diutissime loca dolentia & terges ac linies medicamēto subscri-
 pto, defruti partes quatuor quasi tessellas, et aphronitri ciuarij pastillos nu-
 mero quinque teres diligenter & addes ouum unum, & rursū tam diu te-
 res donec in modum ceroti mollis fiat & linies penna: quod quum siccaue-
 rit linteum superpositū caleretur. **A**d podagræ dolorem & tumorē. **F**ia-
 mum columbinū, amoniacū, carycas ægre natas, et nitrū pari portione tun-
 des & cribrabis admixtis olei cyprini & melini singulis semiunc. & omnia
D bus in unū mixtis in modū malagmatis impones dolorem & tumorem tol-
 let, & podagram annorū decem sanabit. **F**œnugræci cochlearia duo cum
 aceti cochlearibus duobus teres diligenter, & inductum linteo impones.
Folia item lactucarū purgabis ita ut mediū thyrsū & uenas tollas ac pro-
 iicias, folia uero elixabis in aqua, infundes panem teresq; semotè. **P**ostea si
 mul folia cocta mollissime teres, & tepesactū cataplasma cum linteo im-
 ponas. **C**eratoriū podagricum expertū quod facit ad arthridicos. **R**ecipe
 seui hircini lib. unā, butyri unc. quinque, lini seminis, fœnugræci, alteæ, ane-
 ti, rosæ, melliloti anā lib. unā, soluenda solues & permiscebis omnia, mala-
 xabis & utēris. **E**mplastrū faciens ad podagricos quod exiccat optime.
Recipe melybdenæ libras quatuor, salis amoniaci duas, lyppidos sideroni:
 quod & facit ad sciaticos. **D**efricatum & oua cruda & aphronitrū teres di-
 ligenter, & tepesactum illum linteo illitum impones. **H**erba item euisci tu-
 sa cum axungia ueteri & imposita tertia die sanabit. **H**uius herbæ experia-
 mentatam uim plures autores annunciant. **C**ucumeris syluatici radices in
 aceto coctas teres & impones podagræ, atque articularū morbo. **P**ræsens
 enim remediū est, & melius si oleū simul pari portione miscueris. **T**orpes-
 do nigra marina uiua in oleo putrefiat, siue in eo uiua coquatur ex qua cero-
 tum facies, de quo manus & pedes confricabis, dolorem sine mora tollit &
 neruos liberat: quod si fel eius infricatur pedibus dolore similiter carebit,
 ita ut corium eius superponas: quod qui ei detrahet ozimo uiridi manus
 confricet. **I**tem pullos cicomarum teres in olei dulcis sextarijs septem,
 decoques

Incipienti po-
dagræ.

Tumori poda-
græ.

Ceratorium
podagricum.

A decoques ad tertias, colabisq; & in ipsum oleū adijcies adipis ursini libras tres, seui taurini unc. sex, medullæ ceruinæ septem, olei laurini sextarium unum, myrtini unum, stercoris ciconiæ unciam unam & semis, conficiesq; repones & utēris. Ad aliud melius quod in annos septuaginta curat. Fium ciconiæ & axungiaē ueteris partem unam cōmiscabis, et utēris, & miraberis. Podagræ, pituita siue sanguis ubicunq; se fixerit & dolorem nimium fecerit. Fœnugræcum in olla noua ex aceto acri siue urina humana discoques & teres in modum ceroti, quod linteo inductum quotidie impones sapius renouatū, quia cito siccatur, & dum recens est uim habet, & sanum ocius facit. Alij uinum & oleum adijci debere tradunt, & sic decoqui. Recipe cæræ libram unam, olei ueteris cinarij unam, resinæ frixæ, siue the rebynthinae siue pituinæ qualem inueneris libram unam, nitri Alexadrini unam & unc. tres, aphronitri albi uncias sex, † lexiuæ qua utuntur saponarij libram unam, uncias quatuor. Nitrum uero & aphronitrū teres diligenter in mortario, addes lexiuam, sed paulatim augendo atq; terendo donec totum expendas & fiat tanquam cerotum, postea oleum, resinam, simul fortes in trulla, ac mittes super species prius tritas, & rursus simul omnia teres donec diligenter misceantur, ex eo induces pāno & suppones pedi dolenti donec aperiantur ex semetipso & humor digeratur, ita ut aliud nihil ponas nisi manē uel sero, foueas prius emplastro mutato, & quum humor cessauerit tantum siccum superponas linteum usque dum sanetur. Cerotum ad hæc. Recipe fœnugræci bene purgati sextarios quatuor, quos in fundes aqua, lini seminis duos, infundesq; seorsum, euisci pond. quinque seorsum, maluæ radicem plurimam, quæ omnia in aqua pariter coques, ita ut ad maximā molliciem perducas, postea colabis & mēsurabis ex eo sextarios octo, admiscebis olei quatuor, baccarum lauri tusarū unum in uase dupli diutissime coques, donec ad mensurā olei reuertatur, colabisq; & mittes resinæ frixæ unc. quatuor, laricis quatuor, hyssopi ollaris quatuor, diu agitabis donec frigidum fiat, de quo dolenti bis uel ter in die pedes confricabis, hocq; facies etiam quum dolet bis in die. Cerotum ad hæc. Recipe herbæ personatæ succi & uini ueteris sextarios duos, medullæ ceruinæ uncias quatuor, seui ceruini quatuor, olei rosati quinque, cæræ duas, succum autem ac uinum & oleum simul miscebis in cacabo nouo fictili, & ad carbones ad tertias decoques agitans cum canna. Seuū uero & cæram rades de canna minutatim & supermittes. Quumq; liquefactum fuerit, leuabis & in aquā frigidam pones, & dum sese colauerit quod supernatat, manu colliges, uinū colabis et proijcies, quod uero in fundo de succo inuenieris exprimes, & cum eo quod summo tuleris, simul in mortario conteres, & inductum linteo appones dolenti loco. Emplastrum expertum. Recipe cærusæ uncias tres, spumæ argenti tres, cæræ punicæ sex, axungiaē porcinae ueteris colatæ lib. unā, cærulam uero & spumā in Thebaico mortario tamdiu teras donec in puluerē redigas: cærā aut & axungiaē solues et puluerem totū paulatim admiscebis, & leuato cacabo mittes manū, et agitabis

†lixinj.

Ceroti ad podagram.

C tepidum donec omnia soluantur, & sic in patellam fundes ut regelet, ferueturque mundè, & quum opus fuerit malaxatū oleo rosato imponatur. Confectio medicamenti ad dolorem pedum. Nitrum Alexandrinum sine lapidibus teres fortiter, & admiscebis oleo Sauiensi, & coques leniter donec se colligat & denset, inducesque linteo & superpones. Hoc enim medicamentum dolores qui sunt intrinsecus citius foras producat. Si autem felicitus est qui patitur pro oleo sauiensi rosaceum mittes. Ad hæc compositio. Recipe aneti uiridis uncias septemdecim, scyllæ uiridis septemdecim, olei gemialis sextarios septem & semis, aquæ septem. In oleo uero & aqua macerabis acetum & scyllam per dies tres, postea simul coques donec aqua deficiet, & colabis oleum & mittes cæræ nouellæ libras duas & semis, seui porciui recentis duas, medullæ ceruicæ unam, seu seui ceruini duas, liquefacies & superpones pedibus. Aliud ad hæc. Recipe croci uncias duas, cæræ septem, spumæ argenti tres, olei rosati libram unam, seui porcini recentis unam, mellis uncias quatuor, lini seminis integri pisati & infusi succi treis: spumam autem teres & succum mittes lini seminis in quo crocum simul trueris, dehinc omnes species reliquas in cacabo resolues & agitabis, quæ quum se miscuerint & refrigerauerint supermittes hæc in mortario quæ trita sunt & commiscebis, factumque medicamentum panno impones. Aliter ad dolorem pedum seu manuum. Recipe cæræ punicæ sex uncias, aphronitri candidi duas, stactis & olei rosati libram unam & semis, gummi sauiensis uncias sex, styptiriæ tres. Styptiriam uero cum aphronitro res res mollissime cæram solues cum oleo & puluerem admiscebis addito succo lini seminis, & agitabis donec se misceat uel refrigeret, hinc malaxatum ad uaporem dolenti loco corporis impones, & linteum superpositum fasciabis. Ad podagram medicamentum. Recipe seui taurini libras duas & semis, resinæ marmoris similiter, medullæ ceruicæ un. nouẽ, lapatii duas, mentæ duas, marrubij unam, gypsi tres, herbarum uero puluerem & gypsum in unum rediges & commiscebis: Medulla uero seui & resina miscentur, & omnia mixta faciunt medicamentum. Confectio medicaminis ad pedum dolorem. Recipe succi symphoniacæ herbæ sextarios sex, & cætrix tres, quos miscebis & decoques ad tertias, post hæc mittes oleum Sauiense uel Aphrū ad sextarios tres, adijcies & resinæ fricæ libras duas, resinæ marmoris duas, axungia porcina sine sale duas. Quum omnia hæc soluta fuerint colabis ea, & postea addes cæræ lib. duas, et soluta iterum simul bulliant, reponesque in cacabo fictili, & quum non dolet quotidie indelenter unges: quando dolor paulò amplior fuerit, amplius confricabis.

Linimentum Armozos. Emplastrum armozos bene faciens ad tumorem. Recipe lithargyrj drachmas septuaginta, porcini adipis septuagintanouem coques lento igni.

Emplastrum diastotion. Emplastrum diastotion ad podagram. Recipe lexiuæ unc. quatuor, nitri Alexandrini lib. unam & uncias quatuor, cæræ libram unam, therebynthina unam, olei ueteris unam. Emplastrum podagricum. Recipe lithargyrj libram unam, cæræ unam, cianij unc. duas, calcanti cypij duas, nitri tres sal

Remediū cum
podagræ tum
chiragræ.

D

Linimentum Ar
mozos.

Emplastrum dia
stotion.

A salis fusci tres, olei ueteris libras tres, yu uncias tres, aceti quod sufficiat ad
 sicca terenda coques amolentum. Item ad hæc. Recipe herbæ personæ
 tæ tusæ, et manibus expressi succi sextarios duos, medullæ ceruinæ uncias
 quatuor & semis, cæræ rubæ spanæ duas, olei rosati quinque, uini ueteris
 fauinentis sextarios duos, omnia autē in oleo separatim calefacta in stagna
 to coques, ita ut omnia soluantur, post hæc depones stagnatum super aquā
 fontanam, & quum regelauerit species tolles crustocalatas, & in mortario
 marmoreo diligenter teres, & rosaceo perunctis manibus miscebis. Me
 dicamentum ad hæc quod appellant dramas. Recipe olei ueteris lib. duas
 & semis, spumæ argenti duas, cærusæ unc. sex, cæræ sex, guttæ amoniaci
 tres, galbani quatuor & semis, resinæ laricis libram unam, meconij uncias
 duas. Est autem quàm optimum & probatissimum. Ad podagricos. Mi
 cas infundes in aqua & teres, addes q̄ coriandrum, aphronitrū, & lachry
 mam oui & modicum olei, & tepidum impones super pedem. Iterū lenies
 & superpones maluarum folia & sic ligabis. Si autem linteum posueris are
 scit. Emplastrum ad dolorem pedum. Micas panis in aqua infusas teres
 & adiecto oleo coques, & sic pones in linteo tenui. Item aliter. Fœnu
 græci farinam in aqua coques, & post infusum panē teres & miscebis, quo
 illitum linteum impones adiecto modico seuo porcino. Item q̄ aliter, ut lo
 mentum fabæ subtile coquas, & adiecto seuo porcino linteo illitum impo
 nas. Radices maluarum coctæ contusæ & superpositæ idem præstant.
B Herba quidē quæ polycarus dicitur, in aqua cocta & superposita bene me
 detur, humorem uaporare facit. Ad nodos soluendos. Recipe libram
 unam, terebynthinæ libram unam, aphronitri unam, galbani uncias qua
 tuor, propolei quatuor, guttæ amoniaci octo, lexiuæ quantum sufficit.
 Vnctio Fauij clementis ad homines resolutos, & ad omnem membrorū re
 solutionem siue podagram. Recipe olei fauinentis libras duodecim, te
 rebynthinæ unam, radicis cucumeris agrestis duodecim, cæræ unam, me
 dullæ ceruinæ unam, galbani unam, ranas maiores de flumine sex, in oleo
 uero radices cucumeris fricabis, postea colabis, & sic mittes ranas in spor
 tellam palmiceam, & coques in oleo donec discoquantur, ossa q̄ pura rema
 neant. Istud medicamentum Valerius Paulinus sic conficiebat. Recipe
 samfuci libram unam & semis, mirocrocini unam, folij unam, balsami unc.
 tres, sanguinem decem testudinum. Si uero crocinum nō est, syriacum mit
 tes, sanguitudinum in samfucum colligens. Vnguentum diacedriū ad do
 lorem pedum uel manuum. Recipe cetria duo, peucedanum aristologiam
 rotundam & rosmarinum, ita ut hæ tres species contra cetriam pensent,
 olei Sauinēsis libras octo, quod coques uase duplici, donec oleū ad tertias
 decoquatur, colabis q̄ oleum diligenter, & cæræ addita facies cerotum, ex
 quo si laueris per diem, secundo unges, si minus semel. Trochiscus physici
 cus ad dolorem suspendendū podagræ uel cihragræ. Recipe terræ Ale
 xandrinæ lentæ unc. duas, thuris masculi unam & semis, herbæ lentiglæ
 quæ in aqua nascit, succi cochlear unum, aceti acri duo. Hæc omnia simul

†fusi

Meconij .i. pa
paucri.Vnctio Fauij
Clementis.Valerius Paul
linus.Vnguentum dia
cedrion.Trochiscus
physicus.

Malagma. C teres & penna illinies, dolorem uehementer leuat. *Malagma.* Recipe costi unciam unam, folij unam, zinziberis unam, piperis albi unam, iusquiammi semis unam, sulphuris uiui unam, picis quinque, peculae portionē unā, nitri assi unciam unam, amoniaci unam, alcyonei unā. Ex his quæ sicca sunt tundes & cribrabis, & quum primū pix & pecula resoluta fuerint, mittes amoniacū ut simul soluatur, agitabis diligenter & cōmiscabis, deinde quū tepesieri cœperint, mittes quæ tusa sunt paulatim, et agitabis diligenter, et supra marmorē aqua lotum fundes medicamen, quod tepesfactū colliges: uteris autem sic. Primum cataplasma facies de nitro albo & bulbis tritis diligenter mixtum, temperatum cum uino leui, ita ut spissum sit, quod tepesfactum ad carbones & panno illitum superpones, et post triduū solues, post quod stanti malagmata suprascripta alutæ inducta impones, medicamentum quod methe quod facit post impetum podagræ. Ad confirmandos pedes. Recipe picis spanæ pond. unum & semis, spumæ argenti unciam unā & semis, terebynthinæ octo, seui taurini octo, thuris octo, cæræ quatuor, galbani unā & semis & denarios sex, yu unciam unam & denarios sex, opopanacis unciam unam & denarios sex, olei rosati uncias quatuor, olei ueteris decem, uini ueteris quantum sufficit. Factum autem medicamentum triduo in uino sit, & postea malaxabis cum oleo rosato, & inductū linteo pedibus appones, donec tumor qui ex dolore restitit auferatur. *Antidotum podagricum.* D Recipe gentianæ creticæ uncias duas, aristolochiæ longæ duas, & rotundæ tres, myrrhæ troclitis quatuor, baccarum lauri purgatarum octo, reupontici primi unam, spicæ nardi denarios sex, quæ omnia simul tundes & cribrabis. Accipitur autē mensibus continuis denarij duo, in aqua calida. Alijs uero mensibus die intermisso denarij singuli & semis, alijs autem duobus biduo intermisso, sicquæ facies donec compleantur petitiones cccclxv. cætero tempore per singulos menses semel accipiantur, æstimabisquæ aquam calidam quantum est uini in calice minore. His autem abstinendum est rebus propter antidoti huius uirtutem: à porcina, bubula ueruecina, caprina, pedibus omnium animalium, pipere, liquamine falso, oleo, menta, fasciolis Alexandrinis, cicere Alexandrino, cedro, raphano, faba, rapis, porro, caulibus, cæpis, condito præter pullino sine pipere & liquamine, sine adipe porcino, uinum modicum bibat, nigrum uero acinatum cum carenum ne bibat, mulierem ante omnia ne contingat, sed & si somnia uerit tale aliquid, lauatur, & accipiat potionem, habeatur autem cum omni mundicia, uel ab eunucho in uestibulo horti, uel à puella seruatum. Sane si fortis fuerit accipiens, ut citius curetur, debet unius anni laborē. Hæc autem maxime in cibo accipienda sunt, pultes, fungi, arbutus, seu eporeos, liquamine quoque fungorum utatur. *Conditum podagricum.* Recipe costi uncias tres, folij unam & denarios sex, spicæ nardi uncias tres, zinziberis unam & semis, gentianæ duas & denarios sex, aristolochiæ longæ denarios sex, et rotundæ tres, seminis asparagi unc. duas & denarios sex, piperis unam & semis, baccarum lauri unc. sex & denarios sex, mellis Attici lib. quinque &

A que & semis, uini ueteris sext. octo. Emplastrū podagricon quod dicitur *Angelus eme*
 angelus. Recipe galbani unc. unam, cæræ tres, pice tres, butyri pondera *plastrum.*
 duo, colophonix duo, saponis duo. Ad podagram. Recipe tapsiæ Sicut
 læ lib. unā, guttæ amoniaci unc. octo, resinæ pituinæ lib. unam, cæræ unā,
 olei ueteris unā, euforbij scrupulum: Tapsiam uero & guttam ante trita in
 uino ueteri infundes, tertia die teres diutissime, resinam autem & cæram et
 oleum in ollam nouam mittes uti soluantur, & quū soluta fuerint mittes in
 mortariū ubi tapsia & gutta, & sic omnia cōmiscabis, & quoniā papula fa-
 cit hoc cæroto utēris. Testudinis decollatæ sanguine pedes fricantur.
 Ranas ad tertias in oleo in olla rudi quandiu in modū ceroti fiant, & exin-
 de pedes unges. Asinū autem duabus hebdomadis furfure cibabis in uen-
 trem eius mittes: quod si in principio doloris hoc feceris sani erunt. Hunc
 autem uentrem sago molli inuolutum in sportam pones ne refrigescat.

Ad podagram frigidam quæ fuerit ac uetustissima. Recipe costi un- *Podagrifris*
 ciam unam, folij unā, zinziberis unam, sulphuris unam, piperis albi unam, *gide.*
 iusquiami denarios quatuor, picis duræ semiunc. picis liquidæ portionem,
 quæ uero sicca sunt tundes & cribrabis. Quūq; pix utraq; bullierit addes
 quæ tusa sunt & miscabis diligenter. Postquā uero coxeris super marmor
 asperges aquam, & sic effundes medicamentum, quod quum se refrigera-
 uerit repones in alio uase, & quū opus fuerit induces alutæ, & sic impones.

B Antidotum podagricum. Recipe cametriæ uncias nouem, centauriæ &
 epicarpi octo, aristolochiæ longæ septem, gentianæ ponticæ sex, hyperici
 quinque, petroselini quatuor, fu pontici tres, albi asari duas, meu adamanti
 ci unam, mellis Attici sext. unū. Vnctio podagricis. Recipe anserini adi-
 pis unc. quatuor, cæræ sex, terebynthinæ quatuor, succi lini seminis decem
 colophonix quatuor, lactis bubuli sex, amoniaci duas, lybani duas, butyri
 sex, uitellos ouorū octo, factaq; unctio leniter unges. Emplastrū poda-
 gricum. Recipe pulueris rosæ uncias sex, corticis granati sex, missei tres,
 calchanti quinque, lithargyrii duas, cyperi quatuor, piperis quatuor, cæræ
 tres, coclearū uistarum tres, gallæ quatuor, porri lib. unam & unc. tres, pa-
 nis autopiri libram unā, diacilon tres, succi lapati sext. unum, olei ueteris
 unum & semis, uini ueteris similiter, aceti heminā unam: Conficiatur autē
 sic. Prius mittes succū lapati, oleum, porrum, lythargiriū, cortices grana-
 ti, & mouebis in foco quandiu bene discoquantur, postea mittes diacilon
 cum cæra & miscabis quandiu unū corpus efficiatur, & sic mittes per par-
 tes dum coquitur, & leuabis de foco. Emplastrum podagricū. Recipe pe-
 culæ lib. unam, cæræ unā, olosanti unc. tres, galbani duas, olei ueteris qua-
 tuor, colophonix quatuor. Epixis manethonos. Recipe cæræ uncias sex
 colophonix quatuor & semis, adipis anserini quatuor, butyri decem, olei
 ueteris quatuordecim, succi lini seminis tres, lactis bubuli duodecim & se-
 mis, thuris duas, amoniaci quatuor, ouorum uitellos octo. Item pixis. Re-
 cipe amoniaci unc. duas, lybani duas, terij duas, succi lini seminis quinque,

Colophonix duas, lactis bubuli v. adipis anserini tres, olei ueteris quinque butyri quinque, cæra tres, galbani duas, oua quinque. Antidotum podagricum. Recipe reupontici unc. duas & deñ. quatuordecim, aristolochix longæ unc. unam & deñ. uiginti, spicæ nardi deñ. duodecim, gentianæ uncias duas & denarios quatuordecim, myrrhæ troclitis uncias duas et denarios xviij. betonicæ unc. duas & denarios xvij. camitriæ unc. duas, costæ denarios decem, baccarū lauri siccarū unc. duas, folij denarios decem, quæ omnia tundes & cribrabis, & in uase uitreo recondes, & accipiat qui patitur per totum annū, diebus exceptis, quando sunt cynocaumata. Portiones uero quas non accepit primo anno, sequenti anno accipiat. Mensura potio nis est deñ. tres. Oportet uero accipientē abstinere à Venere. Lauacro uero utatur in v. dies, sumat uinū nigrū stipticū & dulce, & holera. A capis uero, cucurbitis, apioq; abstinere, et piscibus de stagno, ac fluuiialibus. Abstineat quoq; ab anseribus & anate, & ab omnibus canribus pinguibus, & carnibus etiam bubillis & ueruecinis, & ab omni genere leguminis. Antidotum podagricū expertum. Recipe reupontici unc. duas & deñ. xx. aristolochix longæ unā & deñ. xx. gentianæ duas & deñ. xiiij. myrrhæ troclitis duas & deñ. xvij. betonicæ Creticæ un. unam & deñ. octo, camerogrum un. duas & denarios xvij. folij semiunc. baccarū lauri siccarū & purgatum un. duas, pulegij Cretici unam, peucedani montani semiunciam, quæ omnia simul teres & cribrabis, & dabis per singulos dies denarios duos cum aqua calida à Caleñ. Septembris usq; ad Caleñ. Maiās.

Ad neruos, articulos, & arthridicos.

Caput xv.




Articuli & frigora & pruinas sustineant ne adurantur, malo teræ contuso, adiecta axungia ueteri perunguntur. Fimus caprianus in pulnerem redactus, & ex melle, acetoq; coctus, & pro malagmate impositus articulorū dolores sanat. Ursinum fel articulis infricatum dolorem sedat. Vitulinus quoque siue bubuli fimus recens cum creta argentaria ex aceto coctus & articulis dolentibus illitus dolorē sedat. Adeps item uulturis cum felle eius inungitur. Iecur etiam eiusdem calefactum & tritum cum axungia imponitur. Beta & ficus pari mensura trita & imposita morbis articulorum medentur. Agrifolium tusum addito sale & oleo prodest. Idem seuum pecudis cum cinere capillorum mulieris facit. Neruorū uero nodis capitis uiperini cinis cum oleo cyprino imponitur. Terreni uermes triti cum melle imponuntur. Styrax quoque illinitur. Fimus quoque caprinus decoctus in aceto tritus cum melle imponitur. Tremulis inutile est manducare holera, et panem ex aqua: ad balneum quoq; ungi oportet oleo quod in castoreo additum est. Articulorū fracturis cinis ex femoribus pecudis cum cæra medetur. Articulorum dolori fimus caprinus ex melle seu passo potui datus prodest, & suppuratis neruis medetur, expurgatq; & ad sanitatem perducit. Potio ad morbum articulorum. Recipe lugibonis radices numero quindecim, plantaginem rotundam

καυοναβιμας
 Tx appellat Ga
 len. estus canis
 cule.
 Venus inimica
 podagricis.

A rotundam cum radicibus ac folijs parte dimidia, rodonabis radicis quantum plantaginis est, herbæ balsamariæ folia propensius, ardiffæ minoris quam plantaginis, uerbenæ similiter, quas omnes herbas simul teres, addens melli pondera tria, piperis semiunciam, & temperabis in uini sextarijs sex, prius tamen quam piper mittas, linteo colabis & addes piper, singulasque potiones in balneo dabis. Potio ad arthridicos. Recipe thymi denarios sex, quos in aquæ uncijs tribus teres, & grana piperis octo, et dabis hoc prima die bibere: secunda thymi denarios quatuor, piperis grana quinque in aqua superscripta, liquamine uero abstineat et porcina quando bibit. Ad arthrisin & ad sciam. Herbam agrimoniam teres & cribrabis, accipiesque cochlear plenum & mittes in uinum uetus, potionem, & tepes factum in folio bibes, ita ut ibi moram facias. Vnctio ad arthridicos. Recipe euisci pondera duo, castorij uncias tres, panacis pondera duo, herbæ dontezæ duo, quæ infundes in uini ueteris sextarios duodecim, & coques donec herbæ bene coctæ intumescent, & teres quousque uinum misceatur, postea iterum sicca adijcies herbæ sauinæ pondera tria, rosæ siccæ libram unam, adarcæ uncias duas, euforbij duas, cymini sex, piperis duas, trita prius & cribrata. Item alia. Recipe hyssopi ollaris uncias sex, terij sex, seui taurini sex, medullæ ceruinæ sex, olei rutacei pondera tria, quæ sic conficies. Mittes rutam, adipem & pulueres superscriptos, & omnia diligenter admiscebis, qui uero unguendus est post balneum calente corpore utatur, & cum diligentia sibi attendat per triduum, & sic habeat illam unctiorem, post hæc lauetur & eadem faciat similiter. Ad articulorum uel nodorum dolorem. Marrubium uiride cum sale teres, succoque ex eo facto loca dolentia fricabis. Ad hæc, & ad eos quibus nerui expauescunt. Euforbij uncias tres & semis, galbani similiter, castorij similiter, panacis similiter, medullæ ceruinæ quinque, terebynthia sex, resinæ frixæ unam et semis, resinæ pituinæ similiter, sulphuris uiui sex, betonicæ quatuor, cetrig quatuor, cæræ libram unam & semis, nardi ij. olei cypharij libras quinque. Amphisbena mortua neruorum doloribus alligatur. Senectus quoque serpentium in corio taurino appenditur. Folia item uitium trita & admixta hordeaceæ farinae articularibus morbis imponuntur. Incisos uero articulos aranei tela comodissime curat.

Ad syderatos. Cap. XVI.

 Sinini pulli urinam & asinæ matricis, ungulasque posteriores in cinerem redactas, & axungiam eius admixto nardo coques ut sit quasi cerotum, ex quo corpore peruncto liberabitur ut mireris, quod & ad podagrâ facit. Syderatis uero remediū quibus manus, pedes, & faciē euertit, facies continuo. Recipe herbæ artemesiæ folia, mentam, bedellium, opopanace, oleum Cyprinū, quæ omnia miscebis, & coques, et unges per dies quatuor: qui ad se non fuerit reuersus, dimittas, sciens eum ita ira dei esse percussum. Ad syderatos fel taurinū & sulphur uiuum coques, et ex eo perunges, mirificum remediū est.

C
 † quid si chiro
 nium legere
 mus?

Mel uulnera
 mundat.



I quis ceciderit, aut undecunq; uulnus habuerit, siue ulcus† cyromum, tolles agrimonix partem unam, millefolij duas, axungia unā, cymarū rubi qui mora fert unā, tundesq; omnia quasi cærotum, quo illito linteopositoq; ad uulnus, sanat. Ut autē uulnus purges modicū mellis biduo pones, sicq; curabis uulnus undecunq; fuerit. Ad uulnera siue ulcus cyromū. Porcini fimi sicci & usti cinerem rediges intus in ulcus cyromū, & superimpones medicamentū supra scriptū. Si uero quis aliunde cadens caput uel aliquod membrorū ruperit, aut ferro præciderit, folia cardi nō de pomis mundabis à spinis et omnē duriciē auferes, ipsam uero pinguedinē cū axungia teres diligenter, & ut cerotū impones, sed antea uel biduo aut triduo mel pones, et de medicamento supra scripto.

Si quis ictu pugnum uel manum læserit. Cap. xviii.



Q Vicunq; ita ictu pugni manū læserit, uel humano dente aut de digito, ut aut sanguis fluat, uel per tunsurā fecerit aut tumore, lumbricos terrenos teres addito modico aceto acro, donec sit in modum cæroti, ex quo linteum illitum pones ad locū, quod si minor dolor fuerit alutæ impones & ligabis manum.

Ad fracturam seu rupturam pellis. Cap. xix.

Saponem impones & fascia stringes, tertiāq; die solues & sanus erit.

Vulneribus recentibus & neruis concisis cōglutinandis. Cap. xx.

D



Vulnera recentia cōglutinant uermes terreni triti, adeo ut etiam neruos incisos solident in die septimo. Idem arefacti in sole & ex aceto triti uulneribus imponuntur, & interposito biduo soluantur. Cocleæ exemptæ de suis testis crudæ tritæ mirifice solidant. Cocleæ item cum suis testis ustæ cum myrrhæ & thuris pari pondere† ex aqua præcisos neruos sanant. Efficaces sunt & bulbi triti per se ad uulnera glutinanda. Adijciebat tamen illis Damon medicus muscū qui aqua gignitur & die quinto soluebat. Myrobolanum, ut iam diximus, genus est cariotæ quod os non habet, hæc ex uino trita austero uulnera curat & solidat. Cupressi folia trita ad eundem effectum† profunt. Rubi item siue platani uel flos uel mora sine collectionis periculo sanant. Millefoliū quoq; tritū uulneribus imponitur. Centauriæ radix tam efficax est ad plagas cōglutinandas, ut etiam carnes cohærescant quæ cum ea coquantur. Lana etiam succida infunditur† melle & aceto frigido, & oleo deinde expressa imponitur. Spongia ex aqua cœlesti imposita recentia septa nō patitur intumescere. Caro uituli recentibus uulneribus arcet tumorem. Idem fimus bubulus cum melle præstat. Recentes plagas à ferro factas gluten taurinum liquefactum calidumq; impositum, nec ante diem tertium solutum efficacissime iuuat. Marrubiū cum sale exiguo tritum purgat omnem saniem. Ad uulnus, siue etiā cancer sit. Vrticæ tritæ pond. unū ac salis unc. duas impones & frequenter mundabis: sanatur & uulnus recens, ne tumorem habeat, neq; cicatricem faciat. Trifoliū ieiunus cōmandu

† etiam.
 Damon medi
 cus.

† imponunt.

† in mel.
 † secta.

cet

A cet & uulneri supernectat. Folia rubi trita cum melle permixta. Artemisia quoque imposita uulnera eadem die claudit. Bulbus recens tenuiter incisus & ad uulnus appositus concite claudit, & uestigia cicatricis extirpat. Misiam item contusam impones, quae non soluta triduo solidat cicatricem, & quum solueris sanum uulnus inuenies. Xeron polyticon ad complenda uulnera, aut si est uisum. Recipe psimithij drach. octo, lyppidi octo, mannae quatuor. Psaron ad complenda uulnera. Recipe cycidon drachmas decem, calchanti decem, lyppidos octo, scystos sex. Radices caulium compositae & in puluerem redactae & insperatae omni uulneri profunt, etiam ferro facta. Ad omnia uulnera facta uel nata. Cinerem cribrabis, subrabis subtiliter & consperges oleo, atque impones: sed si fistula fuerit facta, colliria intramittes, mundat & sanat. Ad uulnera confectio medicamenti & cicatrices non pereant. Recipe olei unciam unam, elcismados unam, aquae marinae sex, colophoniam unam, picis unam, cerae quatuor, quae omnia coques, & sic uteris. Si paruulum uulnus est, linteam illitum impones & colligit: quod si scissura est, prius consue & sic impones. Si autem adhuc suppuratum est, prius fomento calefacto locum uulneris, & ita emplastrum impones: facit hoc ad syringium, purgat enim & colligit. Si autem euenerit ut non colligat, tunc modicum uiridis medicamenti solues cum oleo rosato, ut facias aquatum, & carpta lintea ibi infundes, & secundum mensuram uulneris impones, & intrinsecus emplastrum molle, quod si difficile potest colligi emplastrum, collige de medicamento uiridi spissius ac superpone, quod medicamentum uiride sic conficit. Recipe cerae unc. sex, colophoniam nouem, yu unam & semis, olei semiunc. mannae thuris unc. tres, aceti quantum sufficit, quae omnia commiscebis & uteris. ◀

Sanguini ex uulneribus sistendo. Cap. XXI.

IYssopum cum hordei farina siue cinere eius sparsum prodest. Fimus caballinus cum ouorum putaminibus crematur, isque cinis admixto melle spatulae plagae impositus mire sistit. Cortex uitis & folia eius arida, tusa in tarinam sanguinem sistunt, et uulnus glutinant. Bubulus quoque fimus in cinerem redactus ac sparsus sanguinem profluentem sistit. De fundo cacabi fuligo trita imponitur. Leporis pili desubtus mento mollissimi imponuntur. Polypus tusus in pila instar emplastri adhibetur. Pillulae platani tuse ex aceto impositae sanguinem sistunt. Calcitis in puluerem redactus sanguinem sistit. Persici folia trita & imposita haemorrhoida sistunt. Vtris etiam uinarij cinis cum pari pondere resinae ex aceto impositus sanguinem sistit, & uulnera coaglutinat. ▶ Ad eum cui sanguis ex praeciso non potest retinere. Spongia albam nouam de mari mittes in cacabum supra picis spanae optimae resolutae & colatae pond. ij. ita ut operatur pice. Quum simul bene coxeris leuabis, spongiam & suspendes, quae quum siccata fuerit redigis eam in puluerem, de quo tanges locum ex quo sanguis fluit, qui facit & ad profluuium. Ad uenas uel neruos praecisos. Lumbricos de terra contundes & pones, statim sanant. Ad omnia lo-

Xeron polyticon
con ἀπὸ τοῦ
Xyris fortassis
quod est aridum
& siccum Xi-
ros alias noua
cula xiron sic-
cum significat,
uidendum horum
quid hic signifi-
cet.

†ulceribus

Vetus codex
hanc lectionem
habet: isque cinis
spatomele mi-
xto melle im-
ponitur. Est au-
tem spatomelis
organum chirur-
gicum, quo uul-
neribus pharma-
ca inseruntur.

ca dolentia herbam cyclamnon contusam pones, & statim sanat. Ad san-
guinem sistendum, resinam frixam tritam locis supersparges. Faciunt &
linthea usta & in pulca extincta. ◀

Ulceribus, cancris, & nomis uermibusque arcendis. Cap. xxii.



Cio gratius futurū fuisse, si singulis generibus ulcerū nomina-
tim dedissem titulos & remedia, sed quū aliquoties pluribus ui-
tius prosint, breuitatē secutus genus scripturæ elegi quod subie-
ctum est. Vermes qui in ligno nascuntur, uocantur tosses, hii
triti in panno illiniuntur, & ulceri apponunt. Idem combusti cum aneti pa-
ri pondere impositi nomas, quos uocant canculos, sistunt. Fimo ouium † sub
† subiecta testa calefacto & subacto tumores sedant, fistulæ sanant. Nomas sistunt
cocleæ crudæ de suo teste eiectæ & in linteolo illitæ, & appositæ æque em-
mendant. Viola discocta in oleo & contrita, cui misceatur butyrum ouillū
& mel. Eadem ratione curantur & cibio uetere, quod ut emplastrum pan-
no illini debet. Vermes ulceribus innati ranarū fellē tolluntur. Quæ ser-
punt, salsamento ueteri tuso in modum emplastri curantur. Radix pepo-
nis contrita ulcera sanat, in modum faui concreta, quæ κήρια uocant. Semen
raphani ex aqua tritum & impositū sistit ulcera, quæ faredines appellant.
Porrus capitatus contritus ex melle ulcera purgat. Allium cum sulphure
& resina fistularū uitia extrahit. Vetera ulcera etiā carcinomata foueri de-
bent aqua calida, in qua cocta sint holera, deinde ipsa holera trita imponun-
tur bis in die: sic curantur fistulæ & tumores quos euori quos uel tolli opus
D est. Cruda holera trita ueteribus ulceribus imponuntur. Lini seminis
farina in uino decocta prohibet serpere. Eadem farina cum melle eruptio-
nes & pituitas emendat. Fistulas ulcerum lenticula cocta rumpit: eadem
† ad suppuran- collectiones sedat, eadem † intra suppurantia cum polenta decocta imponi-
† tiam tur, lenticulæ succus ulceribus & erosis & genitalibus adhibetur, sed cum
rosatio trito & cydoneo. Farina erui serpere uulnera nō patitur spato melle
le imposita. Lini farina eodē modo imposita siccatur. Cinis uitii cum axungia
gia uetere fistulas curat & sanat. Folia oliuæ cōmanducata & imposita ul-
ceribus manantibus medentur. Cauliculi oleastri decocti cum melle & im-
positi carnes quæ ab ossibus recedunt cōprimunt. Cōtra collectiones. Fo-
lia oleastri ex uino trita imponuntur. His quæ purganda sunt, oleastri folia
ex melle adhibentur. Ulcera manantia, oleum amygdalinum cum uino ex-
purgat. Fici ramorū teneri cauliculi tusi imponuntur cum melle ulceribus
quæ κήρια uocant. Carcinoma si sine uulnere sit, quā pinguiSSimā ficū im-
pone, singulare remediū est. Nuces iuglandes perueteres cōmanducate
uulneribus medentur impositæ. Glans roborea trita cum axungia duritias
quas κακονθεας uocant, & euocat & emendat. Ulceribus quæ serpunt, &
quæ in his excrescunt, spondeliū cum ruta illinitur. Pix brittia cum melle
ulcera purgat, explet, sanat: eadem pix cum uua passa et axungia ulceribus
putrescentibus medetur. Aqua in qua leutiscus decoctus est, ulcera quæ
serpunt utiliter fouentur. Pilulæ de platanis tusæ emendant. Vermes col-
lunt

κήρια
genus ulceris
instar faui.

A lunt mala tusa ex melle. Hedera ex uino decocta imponitur. Idem præstat
 & lana succida ex melle. Cinis fimi pecudum, addito cinere ex ossibus fir-
 morum agnorū, & nitrum tusum adhibetur ulceribus quæ cicatricem non
 trahunt. Pulmo arietinus carnes excrescentes in ulceribus exæquat. Vl-
 cera quæ serpunt, & quæ in his excrescunt, cinis capitū menarū cohercet.
 Fistulæ aperientur siccanturq; balsamento cum linteolo immisso, intraq; al-
 terum diem omnem callum aufert. Serpentiū ulcerum cohercet impetus
 †galla non lota, temperata ex rosaceo & aceto atq; †indita, mox cæra & ro-
 faceo permixta perducit ad cicatricem. Symphitū omnia ulcera celerrime
 perducit ad cicatricem & sanat. Plantaginis succus infunditur fistulis, &
 eisdem medetur. Fel taurinum cum porri succo pari mensura carcinomata
 curat. Lentis farina eodem modo carcinomata cum axungia ueteri impo-
 sita, curat. Coagulū leporis cum capparisi pari pondere, quod utrunq; ad-
 spersum uino teritur unā, canraginis penna illinitur. Fel ursinū in his que
 serpunt medetur. Caseus caprinus siccus ex aceto & melle purgat ulcera
 quæ serpunt, cohibet seuum caprinū cum cæra, id etiam additis sulphure
 & pice purgat. Allece linteolis conceptis imposito purgantur ulcera.
 Ad ulcera aut sordida qualibet in parte corporis fuerint: Cognoscuntur
 aut quū candicant, aut quū crustā albā superdixerint, purgatq; ea mel infu-
 sum, aut puluis hyris, uel mali terræ, aut panacis radix. Mirificēq; purgat
B hoc medicamen etiā si cancer tentauerit: est aut lene, & recipe auripigmen-
 ti drac. sex, hyris tres, elaterij unā, cineris chartæ cōbustæ iij. & quū opus
 est cochlearia iij. rosæ cyatho permiscetur, atq; uulneri superponit. Hoc
 medicamentū citò & sine ullo morfu expurgat ulcera sordida. Cortex itē
 cauliculorū papaueris cōtus in puluerē ac melle permixtus sordidis ulce-
 ribus imponit. Ad excrescentē uero carnem hyris floris usti drach. sex, cal-
 cideos usti quatuor, sed acre hoc est, & quasi cauteriū crustam ducit. Cre-
 scentem enim cancrū prohibet. Ulcera item sordida optime mundat lenti-
 cula cocta, et addito melle imposta sanat. Xeron diatefferon quod facit ad
 nomas. Recipe calcideos cocti drach. calchāti quinquaginta, myseos ustu-
 lati xxv. calcoci cauminos xij. & semis in aceto, quæ omnia teres donec sic-
 ca efficiantur & in puluerē perueniant. Xeron caroteten quod facit ad no-
 mas. Recipe calcoci cauminos unc. unā, calcidios unā, calchanti unā, my-
 seos unā. Xeron catapastaton diacorcon facit ad nomas, & ad paturā spar-
 ges & ligabis. Recipe lyppidi un. unā, myseos unā, calchanti unā, schistos
 unā, cicidos iij. Lypara ad nomas & ad uftulationes. Recipe albesci dra-
 chmas iij. psymithij iij. cæræ xvi. cærusam uero & albescū teres cum la-
 cte mulieris donec habeat spissitudinem ceroti, & sic permiscebis in morta-
 rio & teres diligenter. Xeron ad nomas melantiū, hoc est propter arseni-
 cum sandaracā calcoce cauminū æqualia teres & utēris. Item xeron ad qd
 supra. Recipe calcideos assi drach. xl. calchanti xxx. myseos assi xx. ustu-
 lati decem. Xeron Theodori ut supra. Recipe calcideos drach. iij. sanda-
 racæ iij. arsenici iij. albesci octo, quæ teres et sic utēris. Ad ulcera, ad uul-

†calx uina
 †illita
 Symphitum, id
 est, consolidata.

Xeron diateffe-
ron.

Xeron caro-
teten.

Xeron catapa-
staton diaco-
ron.

Lypara nomis

Xeron melan-
tium.

Xeron Theop-
dori.

Cnera ad cancrumata ad uermes necandos. Herba nepeta uiridis trita adiecto modico salis & apposita uulneri quod ex negligentia uermiculos habere coeperit, omnes eijcit & perfanat. Folia cannabis & millefolij, & lactucæ in uino teres, & succū earū ulceribus immittes, uermes necat & ad sanitatem perducit. Betonicæ item pollinē bibat ex aqua calida statim sponte exeunt.

Vomica.

Ad apostemata interiora. Cap. xxiii.



† excretur

Postemata interiora uomicas uocamus. Erumpūt enim plerūq; è lateribus membranæ superuacuae ex languoribus natæ humore cōcreto, intusq; conuerso qui adeò fœcunde innascitur, ut nō tam † excretur q̄ euometur. Eos qui in hanc passionem inciderint oportet ambulare, uectari, ungi, lectos & requies, & ob hunc morbum malū sustentandi erūt cibis firmis, glutinosis, auibus pinguibus, operibus, pistorijs plus æquo mellitis, prout patiunt facultates. Vomica sunt priuati melle in quo sint apes demortuæ: facit aut̄ & industriæ potio hæc. Ouum crudū euacuabis, & putamen eius implebis ex succo marrubij & in eodem uase colabis: repleatur item melle quod eodem abijcitur, & ita permixta calefiant usq; ad teporē. Hæc enim uomicas rumpūt, purgant, & ad sanitatē perducunt, ideo etiā curatio eius expetita est ut etiā hyeme asperma explicari potest, & intra uerni & æstatis tempus. Aliqui tamen curati sunt intra finitū tempus, cōpositione ea quæ infra scripta est. Recipe mandragoræ deñ. tres, iusquiami tres, thuris x. singillatim tusa terunt̄ ex uino ad spissitudinē plus crassiorē quā mellis, ex quo medicamento mitio pondere uictoriadi in tribus cyathis aquæ euntibus dormitū datur, mox deinde ex eodem modo aquæ pondus deñ. à prima uero portione sentitur profectus, deinde incredibilis in altera explicat̄ curatio. Ad apostemata interiora. Brassicæ succi cyathi duo, passi unū, tepesfactus & potui datus mirifice profanus erit: & si uetus est passio succi minus mittas & plus butyri, ne subita eruptione præfoceat. Marrubiū item cū mellis æquali mensura coques agitando donec unū corpus efficiat̄, et cū cochleari pro uiribus dabis. Butyrū quoq; cū melle optimo permixtū ieiuno sæpius ad comedendū dabis: hoc si frequenter feceris miraberis effectū. Hortulanæ rutæ semen ex aqua tritum per dies septē, calida mixtū cochlearis mensura ieiunus accipiat. Itēq; alia septimana lapatij radicē colliges & diligenter in pila tundes, & iacebit infusa in uino ueteri diebus septē, deinde per triduū singulas portiones bibat, mixta calida temperata, ipsam uero radicem linteo impositam & tepesfactam stomacho superpones, qua enim hora imposueris accessio fiet.

Ad omnia apostemata exteriora, uel tumores. Cap. xxiiii.



Erusam, nitrū, cæram, oleum, pari pondere, sed plus nitri adijcies. Cerusam uero & nitrū teres, cæram & oleū carotum facies, miscebisq; omnia & teres diligenter, quod alutæ impositum mirabile est effectū. Agrimoniam, uerbenacam, & quinquefolium, coques æquis partibus ex aceto, & adiecto semper uino, dehinc

A dehinc trita & imposita sanant. Ad uomicas exteriores, †Charidas uiuas †Cicadas in oleo necabis, & ex hoc unges, liberant. Hebuli radices ac cortices cum aceto teres, & in modū cataplasmi impones, sanant. Ad omnia apostemata, maxime ad †parothecas. Herbas uirides, paredariam, symphoniacam, lapatium, & marrubiū singillatim in creta inuolutas, lento uapore coques, & carnem quæ inter medullam & corticem est, separatam diligenter teres ad crassitudinem mellis, quod cum herba superscripta admiscebis, deinde manna thuris, & sterco columbinū siccum cum nitro Alexandrino teres. Præterea facies cerotum de oleo simplici, & cæra quantū satis est: terebynthinam quoq; adijcies cæroto, cui & cætera omnia ad unitatē corporis misceantur: omnibus autē pigmentis & herbis, exceptis cæra & oleo, æqualiter utēris.

†parotidas mihi legendū uidetur, quæ sub auribus oriuntur.

Ad collectiones uel tumores. Cap. xxv.

Miscum decoctum cum scenugræco impones. Adipem item cum allio mixtum impones, omnes tumores suspectos soluit. Cerifolium tritum bene facit. Oleastri quoq; folia ex uino contrita, & collectionibus imposita, profunt. Carnis etiam caprinæ combustæ cinis ex aqua illitus, omnes tumores soluit. Sylibriū item tritū & impositum, tumorem sedat. Ebuli folia tusa cum pane molli uino infuso, permixta & imposita, omnes tumores discutunt. Lenticula itidem cū lomento fabæ, pulegio & sale, pari portione aqua conspersa & imposita, collectio nes quaslibet facillime soluit. Mali terræ nihilominus radix contusa, & in aceto deferuefacta discutit & sanat. Pix liquida adiecto cinere cribrato, & apposita, omne genus collectionis discutit. Iuniperi quoq; semen tustum, & in aqua decoctum, & in panno impositū, tumorem sistit. Ad tumorem & duriciem. Faba frixa cocta sine sale, & mixta cum melle uel uua passa innucleata & imposita, duriciam mollit, & tumorem spargit. Farina quoque hordeacea in aceto discocta, & cum fimo columbino, ac ficu sicca simul trita, cocta q; & imposita discutit. Itemq; lens cocta & cum melle trita & imposita, maxime ulcera tollit ac sanat. Ficus etiam quæ adhuc nō maturauit, admixto adipe anserino imposita, mire sanat. Herbam itidem symphoniæ cancum axungia commiscebis.

†Styrosi uentris uel stomachi curandæ. Cap. xxvi.

Absynthij pontici fasciculum, cassiæ manū plenam, infundes in uini Hadriani sextarium unū, & gremialis sextarios quatuor, coquesq; in uase duplici, & fouebis: altera die rutæ fasciculum breuissimū, hyris uncias quatuor, squinantij duas, infundes in uini Hadriani sext. unum, & olei gremialis sext. iij. coquesq; in uase duplici, & superscripto oleo permiscebis, & fouebis diebus duodecim. Cataplasma ad eandem styrosin. Recipe scenugræci sextariū unum, lini seminis unum, meliloti unum, hyssopi cæroto libram unam, hyris unam, feselij sext. unum, quæ omnia tusa cribrabis mollissime, postea carycas pingues optimas numero centum infundes in aqua, & discoques, ita ut aqua spissa fiat.

†Styrosi

C sicut passum, & adijcies mellis optimi heminā unam, & facies cataplasma
 diebus octo uel decem, aut quotquot necesse fuerit ex eadem aqua cataplasma
 smata coques, addes etiam resinā terebynthinā optimā unciam unam, se
 quenti die unam & semis, tertia die duas, uel accedentibus diebus duas, ru
 tæ siccæ libram unam, & si uiridis fuerit, siccet in patella argentea super
 carbones, butyri optimi unciam unam, accedentibus diebus duobus, euiscū
 cocti sub cinere libras duas, cōmisceris cum axungia non satis, ita ut prius
 euiscum tundas, & postea simul utrunq; cæroti modo spissum fiat. Hinc fa
 cies sphæram grandem ex aqua, & cataplasma semper adijcies: quod si hy
 ems fuerit, duodecim diebus fouebis, & totidē cataplasmas: si uero æstas
 fuerit uel senex diebus septem, uel pro uiribus ægrotantis. Epithema ad
 eandem scyrosin post cataplasma. Recipe hyris uncias septem, quas tunc
 des & cribrabis mollissime, & in mortario duo uiri à mane usq; ad uesperā
 terant, dehinc cæræ minutissime pingui melle uncias sex, & solues cinere
 calidissimo: quæ quū soluta fuerit, addes terebynthinā optimæ uncias sex,
 & diligentissime agitabis, ut nullam asperitatem habeat: quū soluta fuerit,
 leuabis de foco, & mittes puluerem superscriptum, & teres diligentissime,
 hinc facies collyria maiora, & pones in capsella munde, & quū opus fuerit,
 linies linteum spissum, & pones in stomachum quotidie ita, ut totum uent
 trem & sub umbilico teneat. Item epithema ad scyrosin, ad hepar, ad splen
 D ad stomachum. Recipe cæræ uncias quatuor, terebynthinā quatuor, am
 niaci quatuor, bedellij quatuor, myrrhæ quatuor, propelei quatuor, hyris
 quatuor, styriacis quatuor, hyrini fecis parum. Amoniacū uero, bedellū,
 & hyrim tundes & cribrabis: styracem, propoleium, & cæram in pila tun
 des, & simul cōmisceris, & postea terebynthinam atq; feces hyrini simul
 cōmisceris & colliges. Epithema ad renes, & ad scyrosin eorū. Recipe
 thuris masculi unciam unam, adianti tres, galbani duas, styracis tres, buty
 ri duas, bedellij duas, hyris sex, medullæ ceruinæ unā, olei cyprini octo, flo
 ris lapidis amoniaci quatuor, cæræ pinguis mellitinæ libram unam.


Panis depellendis. Cap. XXVII.



Asturtium cum pice panas discutit. Maturis aut maturescen
 bus lens imponitur ex aceto decocta, ipsaq; cocta, & cum melle
 trita & imposita suppurare prohibet. Lupini ex aceto cocti, aut
 minuunt aut maturant. Fimus columbinus cum hordeacea fari
 na imponitur. Euiscus, resina, & cæra equis ponderibus imponuntur. Gal
 banum per se impositum prodest: aperit uero paniculas cum sale costo di
 scutit. Murinus fimus admixtus thuris pollini & sandaracæ & cocleæ con
 tusæ. Cinis muricum uel purpurarū ex oleo ueteri imponitur. Quidā au
 tem utuntur ad paniculas hac cōpositione. Recipe cæræ atque thuris drach
 mas uiginti, spumæ argenti xl. cineris muricum decem, quæ omnia permi
 scebis ex olei ueteris hemina una. Ad paniculas alia cōpositio. Recipe her
 bæ symphoniacæ foliorū librā unā, colophoniacæ duas, axungie ueteris si
 ne sale unam, fermenti uncias sex: Fermentū uero in mortario solues, & su
 prascripta


A præscriptas species miscebis, resinamq; & oleum solues & uteris. De pol-
line erui ex melle cataplasimabis, sæpius enim impositum spargit, si tamen
nondum pus fecerit. Caricæ ex uino coctæ & impositæ curant. Fœniculi
farina ex hydromelle cocta addita axungia, dolorem mitigat, & panas ape-
rit. Item expertum. Gutta amoniaci tusa cum cæra & apposita, ligataq; &
quarto die soluta paniculas discutit. Euisci radix ex aqua coquitur, & quæ
exterior pars est, ac per hoc tenerior trita, & admixto pane molli infusa cū
axungia sine sale, linteoq; inducta & imposita sparget, aut si ruperit ex hoc
ipso impositum claudit & sanat, ut expertum est. Lapatium, fimusq; galli-
næ cōmixta dirumpunt. Eruum cum melle tritum & impositū, suppu-
rare prohibet. Myrrham etiam ex aceto temperabis, & linies locum, mira-
beris effectum. Lacerta uiridis diuisa & imposita discutit. Cinis quoq; ina-
nium coclearū cæra admixtus. Echinnorū item testæ ex aqua illitæ. Can-
cri etiam fluuiales triti medentur. Salsamenta item cocta & imposita. Creta
cymolia trita ex aceto, cohibet. Sanguis ursinus discutit, nec minus tauri-
nus aridus tritus, unguæq; equinæ cū oleo. Bubulus sanguis illinitur, sed
& finus hircinus cum melle decoctus. Ad paniculas sanandas. Saponem
cum adipe porcino recenti, aceto acerrimo resoluta cum lana imponuntur.
Cocleæ item minutæ mirabiliter faciunt.

► Ad cyratas quæ sunt glandulæ, & ad tumorem
antequam apostema fiat. Cap. XXVIII.

B  Erebynthinæ uncias tres, galbani tres, cære tres, cineris de sar-
mentis uitis mundissime facti candidi unā, cineris aprifici unā,
simul mittes in cacabum cum cæra minuta & olei hircini uncias
duabus, & solues, postea colabis ac teres, panēq; facies, & quū
opus fuerit, linteo spisso illitū impones. Ad cyradas & strumas. Lolij siue
auenæ farinā cum lini feminis farinæ pari portione, & columbinū simū re-
cens tantundē ex uino decoques, & impones, utrūq; sanat. Strumis item
& cyradis echinnorū testæ contusæ, & ex aceto acri tritæ illiniunt. Ranæ
quoq; rubetæ cinis admixto butyro inductus cyradas exiccat. Viscus, calx
& cæra imposita maxime profunt. Conchilij etiā marini testa tusa in pulue-
rem, admixta ueteri axungia imponit. Mustelæ uiuæ cōbustæ cinis cū ro-
faceo & cæra imponitur. Columbinus finus recens collectus, & in folijs
betæ uel brassicæ coctus, deinde tritus, & admixto aceto calido impositus,
sanat, quod & carbunculos curat. Emplastrū cyradicon. Recipe peryste-
rios drach. iij. pyretri iij. propolis xij. amoniaci xvi. caccij grana octo, ui-
sci de quercu drach. octo, nitri iij. terebynthine octo, galbani octo. Ad cy-
radas & paniculos. Ostreæ ustæ uncias duas, calcis unā cū aceto diu teres,
& calefacies bene locū, & sic impones medicamentū. ◀

Emplastrū Cy-
radicum.

Strumis profligandis. Cap. XXIX.


 Aprifici corticem intumescentem puer impubis si detracto ramo
tollat dentibus, & medulla ipsa alligetur ante solis ortū prohibe-
re strumas, constat. Echinnorum testæ contusæ cum alumine ex

C oleo, folia hederæ, marrubium cum adipe, lens in aceto discocta, lupini ex aceto cocti triticæ, folia fici, & ficus immatura unâ tusa imponuntur. Succus pillulæ cupressi ex fermento, galbanum per se exulceratis strumis imponitur. Mustelæ sanguis illinitur. Mustela ex uino discocta imponitur. Cocleæ cum suis testis tusæ ad hoc faciunt optime, quæ falicibus adherent. Cinis aspidis cum seuo taurino imponitur. Adeps anguis mixtus oleo. Anguillæ cinis ex oleo, esse eos quoque præcipitur, abscissis à capite & cauda digitis quaternis, aut cinerem crematorū bibere. Aliqui fimum columbinū imponunt, alij mixta hordeacea farina ex aceto acri. Talpæ cinis ex melle imponitur. Iecur talpæ quidam inter manus tritum circumliniunt, & triduo non abluunt. Talpæ capita præciduntur, & cum terra egesta à talpis conteruntur, & in pastillos rediguntur, sicque seruantur in stagnæa pyxide, utiles ad omnia apostemata. Vermes terreni totidem quot sunt strumæ alligati cum his pariter arefcunt, circumligantur lino quo uipera suspendio occisa est, millepedæ imponuntur, addita resinæ quarta parte, & non solum strumas sic curari præcipiunt, sed & omnia apostemata. Calx uiua cum resina liquida, uel adipe suillo, addito melle, strumis utiliter auxiliatur. Cinis unguilæ asini uel equi ex aqua & oleo illinitur. Bubulum seuum ex oleo imponitur. Ebuli folia conteruntur, & mixta cum fece ceruissæ superadditis folijs eiusdem ebuli † illud alligatur. Fel aprinum uel bubulū tepidū illinitum discutit. — Urticæ radices in aceto coctæ & tritæ, & in modū ceroti impostæ discutunt, maturas saperiunt, & omnes radices extrahunt. Viride nasturtium cum lomento fabacio contritū adhibetur, & desuper folia hederæ uel brassicæ apponuntur, strumas tollit, bulbi quoque ex melle triti tepidi imponuntur, & alia die cauliculi ruborum teneri cum folijs suis ex uino decocti triticæ: hæc alternis diebus & uicibus imposta, ad sanitatem producunt. Sinapis semen cum fabæ pari portione in aqua coctum & tritū, atque impositum strumas sanat. Cancris quoque fluuiatilis cinis tritus cum melle & impositus discutit. Taurinum siue bubulū seuum cum cæra & resina impositum discutit. Fimus item eius cum aceto coctus idem facit. Medicamentum ad strumas. Recipe aphroniti libram unam, resinæ frixæ unam, teres bynthinæ uncias sex, cærae sex, amoniaci quatuor, calcis uiuæ duas, olei rosati quatuor. Ad strumam uero claudendam. Axungia cum urtica trita & imposita optime facit, & claudit uulnus. Item radices cortices coctæ cum aceto & contusæ imponuntur strumis incipientibus, discutunt, maturant, aperiantur, & ita educunt, & omnibus radicibus extractis ad certissimam sanitatem perducunt. Porro ad suggillationes urticæ folia teres & impones. Emplastrum ad strumas. Recipe olei ueteris uncias sex, cærae sex, herbæ cydaminis sex, floris aphronitri sex, oleum uero, resinam & cæram in cacabo resolues, postea mittes puluerem cydaminis, & agitabis donec unitas fiat, deinde adijcies florem aphronitri, & cōtinuò depones, ubi refrigerauerit, finito nono inductum pones quandiu pus reddat. Quum autem uideris exinanitum esse facto cæroto curabis.

† illinitum


Emplastrum
strumis extir-
pandis.
† cyclaminis

Carbunculo medendo. Cap. XXX.

A  Vcumeris syluatici succus superinfusus & alligatus emendat. Item expertum. Mel cum lomento fabæ mixtum imponitur, & folia lactucae desuper, hoc ad sanitatem perducit. Nasturtium fermento mixtum utiliter medetur. Suppurationes dirumpit plantago sine lanugine cum sale contusa: Quum autem purgauerit sine sale apposita procurat. Capæ acerrimæ sub cinere bene coctæ meli miscentur, & loco emplastri admouentur. Thitymallus quoque trita ad mixto sale, cymino & melle æquis portionibus et in modum medicaminis imposita sanat. Nitrū cum oleo tritum & impositum carbunculos arduos sanat. Porri succus cum cinere mixtus & impositus. Calx uiua ex aceto soluta imponitur. Gutta item amoniaci ex aceto teritur, et uulneri superponitur, frequenter rumpit, & foras protrahit. Caseus caprinus uiridis, siue ficus cum porri sectiui succo tritus imponitur. Pix brittia cum uua passæ exemptis nucleis addita axungia purgat. † Nuces siue glandes perueres teres & impones. Erui farina ex uino imposita carbunculos rumpit. †nuclei

► Fimus columbinus cum lini semine ex aceto mulso carbunculis imponitur. Mullorum salforum cinis prodest: rutaque ex aceto trita. Fimus pecudis incipientibus carbunculis imponitur. Ficus sicca in uino decoctæ aut trita & confricata extrahunt. Herba sauina quæ habet folia simillima cupresso cum melle illinitur. Cerebrum suis coctum & costum †costum imponitur. Expertum ad anthracas, quod alij dicunt oculum pullinatum, alij carbunculum. Folia rutæ uiridis, uam passam pinguem purgatam, aphronitrum album, omnia æqualia cum melle uteris. Emplastrum ad anthracas. Recipe galbani unciam unam, aspalti unam, nitri semiunciam, arsenici similiter, seu ueruecini de renibus unciam unam, coques amulentum, facit & ad uulnera recentia seu pustulas malas. †costum
ἀπὸ τοῦ ἄν-
θρακος, hoc
est carbone.

Ad papulam noxiam. Cap. XXXI.

B  D papulam noxiam, quæ tertia die occidit. Bullos crudos teres mollissime, addes coriandrum uiride, mel et acetum, teresque simul & impones. Porcinum fel siccabis in fumo, & exinde tantam partem præcides, quantum spacij ipsa pustilla tenet in capite, quam calefactam foco in modum caroti induces & sic impones, quum hæserit non dimittit, nisi secum papulam extraxerit. Signum uero moriturum est, si medicamentum non hæreat. Ante omnia de carycis Germanis in uino Aphro discoctis leuatis ac tritis adiecto paruo melle cataplasma facies & super omnem curam impones. Poma caprifici, sicca combures, & cum sapone miscebis & impones. Ex uirga item ipsius interiorem albuminem rades & teres diligenter, & sapone mixtam impones: ipsa enim uim eius mox necat ne amplius serpat. Galbanum item per se imponitur, aperit & extrahit. Postea uulnus factum curatur alio medicamento. Signum letale.

Furunculis medicandis. Cap. xxxii.

C



Icus siccae decoctae ex uino & tritae imponuntur. Fimus gallinaceus rufus uel albus recens ex aceto tritus & impositus efficaciter sanat. Nasturtium fermento coquitur & imponitur. Papauer quoque syluaticum cum axungia suilla tusum imponitur.

Bulbi triti & impositi exiccant. Daptylus etiam tritus & cum molli pane infusus imponitur. Fermentum cum sale mixtum imponitur. Pellis similiter muris detracta. Seuum arietis cum farina punicis æquis ponderibus prodest. Nitrum cum resina mixtum detrahit. Seuum bubulum cum sale imponitur, aut si dolor est sine sale liquatur cum oleo: simili modo facit seuum caprinum. Galbanum per se prodest. Ventriculus ciconiae ex uino decoctus illinitur. Muscae impari numero infricantur, digito minimo fordes ex auriculis pecudum illiniuntur. Limacis cinis aspersus purgat. Nouem granis hordei si quis furunculum circundat, singula manu sinistra & in ignem coniiciat, confestim sanat. — Ad furunculos, & ad omnes tumores. Adipem caprinum recentem cum pice dura pari pondere tundes, subactum more malagmatis induces donec sanentur. Nitrum quoque cum resina superpositum furunculos extrahit. Ad idem compositio bona. Recipe guttae amoniaci, alumini schisti, propolis, stercoreis palumbini ana unc. una, seui taurini mundi tres, resinae sex, cerae sex, ex his sicca tundi & cribrari oportet, ac caetera in nouo cacabo lento uapore solui & siccis misceri. Item omne seuum si ponatur utile est. —

schisti, id est, scissilis.

D

Ad circinum quod alij zonam uocant. Cap. xxxiii.



Ircinus quem alij zonam uocant talis est. Vesicae tanquam com bustae exeunt & crepant, primum paucae, deinde cito multiplicentur, quae si hominem cinxerint, occidunt. Curantur uero sic. Succum cicutae, coriandri, colopponis, ebuli et sambuci radices cum uitello oui & oleo rosaceo miscebis, & penna linies ac supersperges puluerem milij combusti, & hoc si frequenter feceris sanantur. Succo coriandri calicem dimidium & croci aqua infusi ac triti tantundem permiscebis & uteris a penna, & sic supersperges puluerem de carycis in area candenti combusti.

Igni sacro medendo. Cap. xxxiiii.



Ermes terreni ex aceto illiniuntur. Lens quoque in aqua marina decocta imponitur. Herba sauina quae habet folia quasi cyperus pressus & ex melle illinitur. Oua cocta trita cum oleo imponuntur, & folijs betae operiuntur. Ouorum trium candidum cum anuli pari mensura imponitur. Hysopum contritum cum panis polline & rosaceo illinitur. Ac fimus uitulinus seu bubulus. Ramenta item & caprinae pellis & eiecta punice & ex aceto trita illiniuntur. Serpentium senectus cum bitumine & felle siue fimo agnino ex aqua illinitur: a balneo alij cinis ex oleo & garo illinitur. Ruta ex aceto & oleo illinitur. Amurca oliuae nigrae infunditur. Grillus contritus ab eo qui non sit uitio illo apprehensus,

† cum
Hysopus dicitur
et hysopum
tam feminino,
quam neutro
genere.

† ceruinae
† defecta

A hensus, eum qui hoc fecerit in totum annū ab hoc malo liberat: oportet autem eum erui ferro cum cauernæ suæ terra. Anseris adipe perungitur uti liter hoc uitium. Viperæ caput aridum & adustum ex aceto superlinitur. † combustum
 Spongia ex aceto imponitur tam grandis ut sanas quoque partes obtegat: Zoster.
 ursinus adeps adijcitur. Est genus sacri ignis quod Zoster uocatur, quod occidit eum quem appetit, si præcingit. Huic occurrit plantago imposita cum creta cymolia, aqua cysternina aut certe dulcis soluitur ex oleo, deinde penna perungitur, eadem die liberat. Oui medium quod est rufum terit sublato albo in uase cupreo, deinde pistillo de cupro, & sic dolor penna illinitur. Herba helyotropium sicca comburitur cuius cinis oui uitello permiscetur & penna illinitur. ▶ Plantaginis succū, cerusam, & cremam, cymoliam miscebis & induces, curat. Album cicer aut nigrū infundes in aqua fontana post triduum, teres diligenter ut cerotum, dehinc in ipsam aquam infundes medullam panis & seorsum diligenter teres, deinde in uinum miscebis, & si durū fuerit adijcies duo uel tria cochlearia ipsius aque, ita ut post illitum panno uel linteo imponas. Teres cremam diligenter, & seorsum bene teres coriandrum & commiscebis, simulque teres, addito uino ueteri modico: lauabis etiam uino ueteri locum, atque à penna induces medicamentum.

Ad rubeam. Cap. xxxv.

B Auabis primum uino ueteri, & puluerem uermium terrenorū superpersperges qui ad solem sint arefacti, & alligabis: quod si locus talis est ut alligari nō possit, ipsos lumbricos recētes teres & linies.

Ambustis sanandis. Cap. xxxvi.

A Imus ouium cum cæra ambustis imponitur. Ambustum potenta cū aqua subacta & imposita sanat. Maluæ folia ex aqua decoquuntur, & ex ea aqua fouentur combusta. Folia quoque cruda trita admixta axungia caprina imponuntur. Myrti uiridis folia contusa & imposita sanant. Puluis foliorum eius si cum rosa perfundatur exiccat & cutem nutrit. Terra quam talpæ eiecerint cū aceto mixta & trita imponitur. Ouum crudum cum sua testa tritum & illitū sanat. Fimi colūbini cinis ex oleo illinitur. Cucurbitæ aridæ farina utiliter aspergitur. Lens ex aqua semicocta imponit: Procedente uero curatione lens cruda cōteritur, eiectoque furfure eius decoquitur et sic imponitur, posteaque mel adijcitur. Vitis cortex comburitur, & cinis eius ex oleo illinitur, & pilos reddit. Hordeum tostum tritum ex albo ouorum illinitur. Oua in aqua decoquantur, deinde in pruna torreantur donec putamina eorum comburantur, tunc lintea eorum ex rosaceo illiniantur. Oleum addito sale pustillas reprimat. Eis uero quæ feruenti aqua cōbusta sunt, ranarum cinis inspersus adeo prodest ut etiam pilos reddat. Efficax est fibrinarum pellium cinis. Fimus leporis & capræ illinitur æquis portionibus. Gluten taurinum remissum sicut solet à fabris remitti sine cicatrice sanat. Hederæ nigræ folia ex uino uetustissimo cocta & contrita impones. Illinitur item canini capitis cinis, coclearumque cinis ex oleo, atque adeps uerri-

Cnus, garum infunditur nec nominatur. Cancrorū marinorū uel fluuialium cinis ex oleo prodest ambustis: illita item fex uini siue sapæ. Oliuarū carnes teruntur & imponuntur. Nigra oliua continuo si imponatur cōmanducata, pustulas gigni prohibet. Flos hederæ cum cæra utiliter imponitur. Magnes lapis crematus, tritusq; inspergitur. Optimū est si ex auribus taurorum, & genitalibus sordes applicantur. Emplastrum ad combustum. Recipe spumæ argenti uncias duas, cærae tres, adipis porcini mundati libras duas & semis. Emplastrum quod ad combustū mirifice facit, & quū multa sint, nullum magis probatū: protinus enim impositū tollit dolorem, & infinita celeritate per sanat. Recipe spumæ argenti uncias duas, adipis porcini purgati sex, cærae libras duas & semis, oui anserini uitello teres & miscebis spumæ argenti tritam cæram cum adipe resolues. Cæram item in oleo rosato resolues, & facto tenui cæroto admiscebis bulbum lilij diligenter tritum. Alij tamen addunt cærusæ puluerem mollissimū, & panis micæ infusam in aqua & tritam, & spumæ argenti bene tritæ puluerem: hoc facit ad faciem frigore uel calore exustam. Cærotum de rosaceo, adiecto adipe porcino recenti quod satis est. Radices lilij conteres, & quum opus fuerit, uteris. Herbam cuculum inuolutā coctam in cinere contundes, & oleo atque aceto permixtam induces, combustum intra triduum sanat.

Emplastrū ad
ambusta.

Ad frigore exusta. Cap. xxxvii.

D Eporum pili cinis, pulmoq; eiusdem adalligati, frigore exustis medentur. Ad combusta à frigore, mori quoq; arboris succus cum oleo æquali mixtus facit: mitigat enim perunctus usturam. Ad ignis & frigoris adustionem. Rutæ folia in oleo cocta & trita colabis: peruncta deinde & imposita calefaciūt. Pulvere aristologiæ ex oleo trito, contra frigora & algores perungi utile est. Vriticam item teres & superpones, & alligabis, hoc facito bis in die, & intra dies quinque sanus erit. Ituri uero per niuem, farinā opopanacis bibere debent, eaq; perungi. Vim enim habet mirifice calefactoriam. Si autem facta sint uulnera, frumentum tostum in ferro ac tritum è uino, præsentaneo remedio est.

Scabiei arcendæ. Cap. xxxviii.

M Edullæ asininæ illitæ plurimum profunt. Vrina asini cum suo luto imposita sedat. Gluten taurinum cum aceto tepesactū, addita calce imponitur. Fimus bubuli, alumen liquidum admixto nitro ex melle imponitur. Nitrum cadens ex uino extinguit, quod tritum ex oleo spargitur in balneo: hoc enim & pruritus sedat. Folia fraxini coques ex aqua, & inde sæpius lauabis. Sanguis quoq; bubulus recens impositus, qui quum aruit † alter superillinitur, postero die abluitur cinere † lexiuio. Sanguis caninus illinitur. Trium locustarū pratensium pedes cum seuo hircino triti medentur. Ad scabiem & pruritū. Radicibus rumicis, hoc est lapathi medullatis, non coctis, sed cum sale tusis, aceto acris admixto uteris in balneo. Ad scabiem purgandam folia herbæ parietariæ conteres diligenter, & exprimes, colabisq; & mittes in trullionem aut acetabulum

† aliter
† lexiuio

A tabulum succum ut bulliat diligenter, & postea leuabis ac refrigerabis, quumq̄ gelatum fuerit, si quis humor remansit ex illo succo, fundatur de re liquo, perunges locum scabiosum. ► Perfici folia mittes in oleū Sabinense quum iam feruere ceperit, ubi se constauerint, illis leuatis alia mittes, hoc facies & tertio dehinc colabis oleum, & cæra addita factum cærotum repones, & in necessitate uteris: facit enim ad lateris ac splenis, & neruorū dolorē. Resinæ, cæra, sulphuris uiui, et picis deñ. sex, conteres singillatim & sic miscebis, iterūq̄ teres ut lene sit, & inde in sole calido corpus illinies, & paulisper morabitur donec bene sudet. Emplastrum aliud, siue medicamentum ad scabiem. Recipe spumæ argenti unciam unam, cerusæ duas, cæra punicæ sex, olei rosati quatuor, axungia porcina recentis sex. Ad scabiem uel combusta. Recipe cerusæ unciam unam, spumæ argenti semis unciam, olei rosati sex, cæra sex, facto cæroto tritum puluerem miscebis, & album duorum ouorum addes. Item physicum eis quibus manus replentur. Micas panis in recenti infusas cum lactuca teres & impones. Coccyton ad scabiem. Recipe cæra libram unam, rosati unam, lythargiri quatuor, cerusæ quatuor, medullæ ceruinæ quatuor, ouorum trium uitellos, succum ptisanæ, quæ omnia scabiem curant. Itemq̄ † anulum cum melle mirabiliter curat. ►

Emplastrū ad scabiem.

† anulum

Ad papulas, & pruriges. Cap. XXXIX.

L Vpinorū farina ex aceto subacta in balneo papulis illinitur. Pruritus sedant, cocleæ minutæ impositæ. Nitrum candēs uino austeri extinguitur, deinde conteritur, & sine oleo in balneo aspergit, pruritū & scabiem sedat. Oleū in quo pastinacæ marinæ decoctæ sint, aluminis liquidi pars tertia, duæ partes mellis in balneo papulis illinunt. Aequæ papulis creta cymolia in balneo illiniē, suilli fimi cinis, uel cornu ceruini cinis ex aqua illiniē. Sulphur tritū mixtū liquamine in balneo utiliter illiniē

Ad pustellas quæ uocantur uolaticæ. Cap. LX.

Rociscus ad pustellas uolaticas. Recipe yulideron uncias iij, allij purgati unam & semis, sulphuris uiui unam & semis, cymideñ. duodecim, aceti acri quantum sufficit, teres simul omnia ad solem & permiscebis. ►

Yulid est, ferrū rubigo. o id n o goe ferrum. o i d n o e ferrus.

Varis tollendis. Cap. XLI.

Olia porri sectiui trita & imposita, tollunt uaros. Itemq̄ farina erui ex aqua imposita sanantur, & toto corpore maculæ emendantur. Oleum amygdalinū ex melle illinitur. Adeps gallinaceus cum † creta contritus cum cepa imponitur. Varos tollit farina auenæ ex aceto cocta & imposita. Lacertæ quoq̄ sanguine ieiunus illiniatur.

Erui. i. erubi.

† creta

Ad uerrucas, clauos, & callos. Cap. XLII.

Verrucæ abolētur urina recenti canis, cum suo luto illita. Fimi canini cinere cum cæra & cepa imposita. Agrimonia cum aceto imposita, uerrucas tollit. Fimus † auium cum sanguine murino recenti illinitur. Herinacij felle & sanguine lacertæ, fimo gal-

† auium

† Cymino. C linaceo cum oleo & nitro efficaciter tolluntur. † Ocimo cum atramento fu-
torio. Immaturorū etiam ficorum lacte cum axungia mixto. Caputum me-
narum cinere cum † oleo trito. Itemq; fimi uituli cinere triti ex aceto. Afina
† allio næ urinæ luto tolluntur. Item sanguine lacertarū quæ tyzelicolæ dicuntur
si perunguntur ipso. Ad uerrucas & clauos. Nitrum tritum cum exiguo
† saponē, id est, mellis illinitur donec cadant. Clauum autem qui primum surgit de † saponē
sine gmate. ne circumlinies, & in circuitu, & in medio.

Ad prurimum corporis. Cap. XLIII.



Auri uiridis folia cum sale ex uino ueteri conteres, & in corpore
perfricabis & non terges. Lauri tymolas cum oleo conteres,
& ex eo corpus perunges. Apium conteres cum oleo rosato,
& inde corpus illinies. Urinam calidam, & nitrum coctum ac
tritum cōmiscabis, & exinde corpus lauabis. Nuces rancidas, & sulphur
æqualia teres, & de liquamine optimo temperabis ac fricabis, dehinc per
fundes ex aqua temperata corpus, et postea de uino ueteri & pane fricabis,
sulphur uiuum cum liquaminis flore teres, & ex hoc in balneo perunges,
ita ut non scalpas. Quicq; diu moratus fueris in calore, de mica panis in uino
no infusa corpus perfricabis, & sic descendens in solium. Herba cuculi con-
trita, locum qui pruritur sanabis. Fœniculi uiride concides minutatim
& nitrum uiride conteres, & sulphur ex aqua coques, & inde corpus frica-
bis. Item ad pruriginem. Recipe nitrum libram unam, sulphuris uiui
D uncias tres, axungia sine sale tres, nuces rancidas numero triginta, liqua-
minis optimi quod sufficiat.

Ad impetiginem. Cap. XLIIII.



Vcleum pineæ uiridis teres diligenter & mundissime, & mittere
uinum uetus, & terendo quasi cærotum mollissimū facies, & lo-
cum illinies. Silicem quoq; tritam cum aceto impones. Fauillam
item de foco cum salua induces. Salua ieiuni perfricantur. Simi-
literq; uua canina dragantū in aceto infusum & illitū mire curat. Gummi in
aceto infusum ad utrumq; facit. Myrrha trita imponitur. Herba cuculus in
ter manus confricatur & illinitur. Succus chelidonie illinitur ruptis folijs
expressus, expertū est. Thuris masculi, nitri, ac spumæ argenti, paria pon-
dera cū aceto conteruntur ad spissitudinem mellis, & illiniuntur.

Ad maculas de corpore eximendas. Cap. XLV.



Mentæ sicca unciam unam, & sulphuris uiui semiunciam, in pul-
uerem mollissimū rediges, et in balneo quum sudare cœperis, su-
per cutem asperges, & ex eo puluere perfricabis. Ad eos uero
qui durioris sunt cutis. Radicis cameleontis uncias tres, nitri flo-
ris duas, sulphuris uiui unam, ex aceto bene contere, & illini in sole, sed nō
diu permaneat, & ne exulcēris, inde laua. Ad uarietates colli uel thoracis,
quæ ex cholera uel phlegmate ueniunt. Helleborū album, sulphur, nitrum
rubeum & alcyonem, æqualia in puluerem redacta colliges, & in balneo
quum sudare cœperis, loca maculosa asperges, Ad maculas uero albas uel
nigras

A nigras quæ exeunt in pectore, uel in collo, siue in brachijs, aut ubicunq; de phlegmate, aut de felle, aut undecunq; de phlegmate. Tinaperi drachmas quatuor, foliorum fici ij. aphronitri quatuor, alcyonei quatuor, cymolæ xij. tere, & in balneo utere. Ad maculas albas uel nigras, Alcyonei unciã unã, struti unam, hellebori nigri duas, tinaperi tres, nitri tres, pumicis tres, feclæ tres, sinapis sex, centron sex, cerusæ tres, teres, & utêris in balneo. Ad lepram. Gallæ omphacitæ uncias iiij. chalcanti acatiæ, miseri rubi, aut marubij succo æquali pondere utêris. Capparis item cortices cū aceto coques & utêris, quandiu aut tuleris medicamentū, utêris diarodino. Lapatij radicem decoctã cum sapa & tritam illinies. Helleborū item album tundes, cribrabis, & teres cū aceto acri, & utêris: quando aut desudaueris de spongia terges. Similiterq; sandaraca alumine rotundo cum aceto utêris. Ad lepram antiquam. Recipe pulueris, hyreos congiū unum, cardamomi dimidiū, nitri drachmas iiij. chalcanti octo, asphodeli radices numero quatuor: ista omnia trita & permixta repones: Quando aut necessariū est ad usum, coques cum aceto acri ad spissitudinem & utêris, ita ut prius corpus nitro diluas. Lapatij item agrestis radices drachmas xij. gummi sex, coques ex aceti cotyla una ad quartas, postea admiscebis sulphuris uiui drach. tres, myrrhæ duas, gallæ duas, agitabisq; & leuabis de foco citius, et loto prius corpore de nitro, sic utêris. Item nitrum. Cameleontis nigræ radices, cardamomū, chalcantum, alumen, schistum, hyreum, omnia æquo pondere teres cum aceto, & utêris ut supra. Ad leprã. Recipe opij uncias duas, camitriæ duas, tinaperi duas, quæ teres cū aceto, & sic de penna locū perunges. Emplastrū ad leprã siue scabiem. Recipe ituiæ folia ustilata ad unciã unã, yu schiston unã, caræ & olei rosati quod sufficit, quod inductū linteo impones & solues post tridui, postq; tuleris emplastrū impones salem cū aceto coctū & tritū bibe & utêris, biduo hoc curat, & splenē sustentat. Ad leprã ualde bonū, facit aut & ad antiqua uulnera. Recipe yu unciã unã, chalcanti unam, caræ unã, adipis porcini duas, sicca, teres & cōmiscebis. Emplastrū Claudiani. Recipe lauinae unc. tres, sandaracæ duas, aluminis schisti duas, amoniaci duas, sulphuris uiui duas, uisci unciã unã & semis, terebynthinae quantū sufficit ad colligendū. Conficies aut studiose, & facies ut malagma & impones, & locum inductū in alutã, & solues post dies septē uel octo impositū, & hoc uulnus nō facit. Item aliud. Recipe pond. sulphuris hellebori albi unc. duas, adarcæ unã, nitri iiij. alcyonei unã. tinaperi unã, foliorū fici siccorū unam, feclæ unã, rosæ siccæ duas, cessarei quatuor.

Ad colorem cicatricibus reddendum. Cap. XLVI.



Rietinus item pulmo recens quàm frequentissime imponitur. Adeps leoninus † cum rosaceo imponitur. Seuum eiusdem ex nitro efficax est. Utendum quoque est anguiū senectute ex uino decocta. Itidemq; felle scorpionis marini. Fimo etiã columbino ex melle, erucæq; semine cum † melle bubulo. Lupini ex aceto cocti imponuntur. Rursusq; seuum asini uel uituli adiecta myrrha, oleo & croco

Curatio lepræ

Lepra inueterata medela.

Xij. sp. id est, scissile.

Amuletum lepræ.

Emplastrum Claudiani.

† ex

† felle

C extenuat, & in hos usus seruatur in pyxide ærea, & calefactum imponitur.

Ad liuores recentes & tumores, Cap. XLVII.



Ecce liuori cortex raphani ex melle tritus imponit. Holus tritū crudū per se, Alliū tritū cum melle æquali. Apiū uiride tritū cū albo oui imponit. Sinape item tritū cum melle & adipe anserino. Acrifolij radix decoquit, & trita imponit. Aqua marina

† discorticata

utiliter tumor fouet. Tumore uero recentē aqua salsa calida sæpius cū spongia posita tollit. Fimus quoque suillus sub testa calefactus, & tritus cum oleo mire aduersus tumores facit. Percussa in facie aut † desquamata, pane ex melle sanantur. Si sit ex percusso, fimus aprinus decoctus ex aceto imponitur. Fel quoque ouium cum lacte mulieris. Cancri item fluuiales triti cum lacte asinino. Sinapis Alexandrini triti heminā, adipis anserini uncias quatuor, melissæ libram, in mortario commiscebis, & panno induces, & partiquæ ex contusione in dolore est, impones, mirifice sanat. Pulmones pecudum in tenuissima frusta conciduntur, deinde coniecta in feruentē aquā calida subinde tumoribus imponuntur. Plantagine cruda & contrita, si tumor siue duricia cataplasmetur, efficaciter sedatur, quod remedium & alia huiusce modi curat & † cautromata.

† Canceroma haud absurde fortassis carceris nomata.

Sal in saccum linteum conijcitur, deinde intinctum in aquam feruentem, & ita calefactum crebro imponitur. Fimi aprini farina inspersa potioni euersis utilissima est. Sed aliqui putant melius esse eiusdem fimi fracti à quadrigis & rotis pressi, proximam huic

D

putat fimo suillo uim inesse. Luxatis uero recens fimus uel aprinus uel suillus uel uitulinus imponitur. Verris spuma recens cum aceto illinitur. Fimus quoque caprinus cum melle. Caro bubula ruptis conuulsisque illinitur. Hoc

Sagares. Pentriastres.

loco compositionem emplastri ponimus, quo Sagares uti solebat. Pancreastres de nobilissimis aduersus omnia quæ in huiusmodi certamine solent inferri, quod præterea furunculis, strumis, uulneribus, collectiōibus quoque, podagræ quoque medetur. In cacabum nouum fictile conijcitur, spumæ argenti tusæ & cribratæ libra una, olei ueteris sesquilibra: hæc coquuntur & subinde tudicula permiscuntur. Modus enim est ut fiat crassitudo guttinis fabrilis, tunc adijcitur picis sicce pondus quadrans. seui taurini diligenter triti pondus uncia, interposita horæ dimidia parte quum desierit, tudicula in aquam frigidam missa, & ammota digitis, inquinata † tollit, & quum opus fuerit linteo spisso imponitur, ita ut oleo non tangatur. Si sanguis suffuderit, farina frumenti ex aqua temperata imponitur, quæ tantam hæbet potentiam, ut sanguinem producat usque ad fascias. Nero initio sui imperij quoties nocturnis grassaturis in faciem uerberatus erat, tapssiam cum thure & cerusa illiniebat, & postero die sine ullis argumentis rixæ populo Romano uultum suum spectandum præbebat.

† recolitur

Nero.

Offium fracturis sanandis. Cap. XLVIII.



Aninum cerebrum linteolo illitum imponitur, superpositis lanis quæ subinde oleo suffunduntur, quartodecimo die solidat. Cinis uero ternis syluestrium murium imponitur cum melle. Cinis uero ternorum

renorum

Arenorum uermium cum melle etiam minuta ossa extrahit. Lardum elixum circunligatum mira celeritate solidat. Sed articulorum † fractorū cinis de femoribus pecudum cum cera † coctus imponitur. Caprinus fimus ex ueteri uino aperit, extrahit, sanat.

† fracturis
† costis fractis

Ad extrahenda ea quæ corpori infixæ sunt. Cap. XLIX.

MVs uiuus discerptus imponitur. Lacertæ quoque caput concisum & cum sale tusum. Lacerta etiam uiua discerpta. Cocleæ item exemptæ de testis suis, & contritæ cum leporis coagulo. Testarumq; septiæ cinis. Allium elixum cum pice, harundines extrahit. Nasturtiū cum pice impositum. Farina lini seminis cū radice syluestris cucumeris unā trita. Vrticæ radix trita & imposita, filicem extrahit. Filicis item radix eodem modo harundinem extrahit. Radix etiam acrifoliū coquitur, & teritur, & sic imponitur. Blattæ sine pedibus, & sine capite & pennis tritæ illiniuntur. Cancrī fluuiatiles triti, testarū purpurarū cinis ex aceto. Fimus capræ ex uino. Coagulum quodcunq; est, sed maxime leporis cum pari pondere thuris aut uisci.

Rom. ac Bononiense exemplar uua habent, & cucumeris in utroq; desideratur.

Aduersus morsum canis rabiosi. Cap. L.

Salsamentum imponitur. Succī rutæ pondus den. quindecim ex uino bibitur. Plagæ imponuntur rutæ folia trita cū sale & melle uel cum pice & aceto. Folia nigræ ficus trita ex aceto medentur. Rosæ syluestris radix pota, efficacissime † abijcit aquæ pauorem. Plantago pota & imposita facit, & aduersus canis rabiosi morsum, & aduersus omnium bestiarum. Lana succida indita morsum sanat post diem septimum soluta. Cinis capitis canini illitus abigit aquæ pauorem, aut caput canis deuoratum. Vermis quoque de cadauere canis alligatus, pauorem tollit. Est limus sub lingua canis rabiosi, qui datus in potionem, hydrophoniam prohibet. Omnia autem præcedit, ut iecur eiusdem canis qui momorderit, deuoretur si fieri potest, crudum, si minus, quoquomodo coctum. Crista gallinacii contrita imponitur plagæ. Anserinus quoque adeps cum melle, † saliantur à quibusdam canes qui rabiosi fuerunt, ut in remedium carnes eorum edantur. Lactens catulus eiusdem sexus qui momorderit, in aqua necatur, eiusdemq; iecur crudū deuoratur. Fimus gallinacii rursus ex aceto morsui imponitur. Glebulæ ex harundinis nido solutæ ex aceto illiniuntur. Catulus lactens priusquam uideat, aperitur, eiusq; coagulum bibitur, ita ut is qui bibit in defluenti aqua stet usque ad umbilicum. Pauescentibus uero aquam totam faciem perungunt adipe uituli marini. Aquam expauescentibus uita plaga ferro continuo sanatur.

† abigit

† prior lectio soluatur, uent & saluatur h. a. bebat, mibi saluuntur aut seruantur legendum uidetur. † trusus.

Aduersus morsum canis non rabiosi. Cap. LI.

Mitrum & axungia & resina æquis † ponderibus ex aceto imponuntur. Allex cruda in linteolis concerptis. Allium cum melle tritum. Menta etiam cum melle contrita. Marrubium tusum cum axungia ueteri. Vrtica trita addito sale. Cinis uitium cum oleo, acetum calidum cum spongia. Ramorum fici cauliculi teneri bene triti,

† portionib,

C Nuclei amygdalini cum melle triti. Nucum iuglandium carnes cum cæpa & sale ac melle contritæ, easdem carnes nucum ab ieiuno homine comendat manducatas imponi iubent. Spongiæ minutæ conciduntur & imponuntur infusæ uel ex aceto aut ex aqua seu ex melle. Fex aceti cum melanthio plagæ imponitur.

Psilothrum ungentum est depilatorie uirtutis.



Psilothrum. Cap. LII.

Vnt qui uel suis pilis uel seruorum suorum in balneo offendantur sine ulla quidem ratione, sed illorum quoque persuasione succurrendum est, & monstrandum quemadmodum effici possit, ut euulsi pili non renascantur. Non omni autem psilothro sic utendum est, ut prius quam adijciatur resina pili auferantur. Sanguisugæ uinutæ in fictili uase ex aceto illiniuntur per horas tres, deinde in balneo abluuntur. Lac canis primi partus illinitur. Amerinæ nigræ semē cum spuma argenti pari pondere illinitur in balneo. Sanguis quoque uespertilionis. Vipera exemptis ossibus in tribus heminis olei discoquitur & teritur hoc pecuncti psilothratur. Fel herinacij illinitur. Quum aduersus omnes morborum incursum fuerimus diligentissimi, non ideo tamen habebimus spem salutis quum ex improviso serpentes sæuiant, mures, aranei, & phalangij, & his omnibus nocentiores sunt uenefici hominis morsus. Aduersus hæc itaque conuertendus est animus instruendis remedijs, ut appareat benignitatem naturæ etiam ea mortifera esse noluisse. Igitur thitymalli succus oleo illinitur in sole frequenter & hyenæ sanguis illinitur.

Venenis prohibendis, datisque expellendis. Cap. LIII.

Mithridatis antipharmacum.



Pompeius M.

Electrum.

Ntidotum Mithridaticum laudant medici, eiusque diuersas afferunt compositiones, & ad comendanda pigmenta pretiosa propter raritatem ingentes pecunias poscunt. Appendunt namque singulas libras uicenis HS. & infelicium credulitatem hoc quoque ingenio circunueniunt, ut illis persuadeant emere quæ noceant. Alianque stomachum lædunt, alia caput aggrauant, alia pallorem afferunt, aggrauant & corporis maciem, & ita frequenter accidit ut hi qui illorum antidotis usi sunt miserius morerentur, quasi bibissent uenenum. Pompeius autem Magnus Mithridate deuictio in scrinio eius inuenit ipsius manu scriptam compositionem qua ipse præsumpta aduersus omnia ueneficia in totum diem tutum se incolumemque præstabat, in qua nuces iuglandes duæ, ficus sicca duæ, rutæ folia uiginti, salis granum unum, in uinum, contunduntur & deuorantur à ieiuno. Electrum est aurum in quo quinta pars argenti inuenitur, ex quo si quis uase potatorio utatur, insidias ueneni uitabit: discurrunt enim in eo arcus cælestibus similes cum stridore igneo, eoque modo duplici ratione deprehenditur scelus. Est electrum fictum in auro, addita argenti quinta parte, sed hoc tantum præstat, quantum illud naturale, ergo monstrauimus quo antidoto uenenum non admittatur & quo uasculo arguatur, nunc & remedia suggeremus. Centaurion potum omnia mala medicata exigit per aluum. Aristolochiæ radix pondere denarij ex hemina uinibitur.

Abitur. Sanguis caninus hauritur aduersus toxica. Coagulum anguium in potione. Ventriculus ciconiæ cum lacte ouium in cibo datur. Mustela uulgaris inueterata drachmis binis potatur. Sanguis anetarū ponticarū seruatur spissus, & diluitur ex uino. Asini sanguis potus, uenena restringit. Hædi sanguis utiliter bibitur.

Contra leporem marinum & pastinacam. Cap. LIIII.



Struitur quidem & de lepore marino, qui quū sit genus piscis, mortem inferat in cibo impactam non subitam, sed quæ trahatur quantū pleriq; existimant totidem diebus quot is uixit, atq; qui has insidias inciderit, ipse suo corpore ostendit ueneficium. Habet nanque odorem piscis: hoc periculo liberabitur, cancris marinis coctis & in cibo sumptis. Ostrea fricta & in cibo sumpta. Malua cum sua radice coquitur, & succus eius potui datur. Sanguis anserinus æque cū olei potione ad omnium marinorū ictus bibitur, coagulū leporis & hædi uel agni bibitur ex uini cyathis tribus.

† Alias seuiunt quidem.

† hædilis agni

Muris aranei morsibus curandis. Cap. LV.



Mus araneus exiguus est ultra modum, longo rostellum, oculorum acie obtusa, & ideo quantū existimo iners & huius natura, ut nō possit transire orbitam, morsum uero uenenatum habet, cui si occurratur, coagulum anguium bibitur. Ungulæ arietinæ cinis cū melle imponitur. Ipse mus araneus diuulsus imponitur. Terra quam in orbita rota depressit plagæ imponitur. Talpa discerpta imponitur.

Contra phalangium remedia. Cap. LVI.



Phalangius præcipue in leguminibus & in hortis obseruatur. Sed & araneus & alia genera bestiolarū mortifera, quorū morsus non sentiuntur, sed pruritu intelliguntur: aduersus hæc omnia uinum merum bibitur, acetum calidum in spongia quam amplissima imponitur, ita ut tres sextarios habeat aceti, sextantem sulphuris. Radicis hederæ succus bibitur. Bibitur succus etiam mororū de rubo. Gallinacei cerebrum cum piperis exiguo imponitur. Adduntur in pusca potione fimi pecudum, cineres ex aceto.

Vel posca.

Serpentium morsibus & hominis medicandis.

Caput LVII.



Serpentes præcipitem morsum inferunt, quos sanare in promptu est, quum etiam ipsos fugare sit facillimum. Vulturinarum scilicet penna, suffitu ebuli fumo, nidore usti cornu ceruini. Viperæ uero qui iecur coctū hauserit, negatur unquam à serpentibus feriri. Erucis ex aceto tritis perunctos non mordent. Habentem secum coruuluris, nec serpentes nec feræ appetunt. Nunc remedia morsibus subiiciemus. Satiuus raphanus ex aqua coquitur, & tritus plagæ imponitur. Allium tostum cum testis suis, & tritum ex oleo adijcitur. Radix ferulæ ex

Hepar uiperæ deuoratum, tuetur à serpentiā ictu.

C uino medetur imposita. Farina milij cum pice liquida optime facit. Eruum tritum ex aceto, & ad serpentium morsus, & omnium ferarū, & hominis mirifice facit. Vinum merum in spongia imponitur. Mori folia trita recentia, si arida sint decocta & æque trita imponuntur. Hyssopi semen bibitur, eius qui percussus est, uertex inciditur, eoq; additur euphorbium, & medetur quacunque corporis parte periculum est. Centauriæ radix pondere deñ. in tribus cyathis uini bibitur. Bettonica herba trita morsui imponitur. Agarici obuli quatuor in duobus cyathis aceti mulsi propinantur. Aristologiæ radix pondere deñ. in uini hemina sæpius bibitur, & ipsa ex aceto contrita imponitur plagæ. Fimus pecudis recens uino decoctus imponitur. Mus discerptus adijcitur. Viperæ uero morsui, uiperæ cuiuslibet tritū & appositum caput efficacissime prodest. Carnibus gallinaceorum discerptorum ita ut tepeant extrahitur uenenum. Columbarum cerebrum & gallinacei plagæ imponitur. Sal cum organo & hyssopo ex melle. Fraxini tenerorū foliorum succus bibitur, & ipsa super plagā adijcitur. Non omittenda est & theriaca qua Antiochus rex aduersus omnes serpentes utebatur, præter aspidem, quæ adeò probata est experimentis, ut apud insulam Coum in templo Aesculapij incisa sit in lapide, quam sic componi oportet. Opopanacis serpilli mellis singulorū drachmæ, trifolij seminis pondus, denarij unius, aneti & sceniculi seminis & apuli atque apij singulorum pond. deñ. semis, erui farinae pondus deñ. duodecim, hæc singula trita & cribrata, dein mixta ex uino teruntur & digeruntur in pastillos poderis uicturiati, deinde in uase uitreo ponuntur, deinde quum utendi necessitas uenerit, singuli pastilli dantur ex uini mixti cyathis tribus: Hominis autem morsui carnes bubulæ, sed efficacius uituli imponuntur, neque ante diem quintum soluuntur, sordes ex humanis auribus illiniuntur plagæ.

Aspidis morsibus excludendis. Cap. LIII.



D morsum aspidis morsum unum refugium habebant priores, ut percussus urinam suam biberet: inter paucos annos interuentū est casu & alterum remedium. Nam is qui utrem plenum aceti ferebat percussus ab aspide dolorem non sensit, donec fatigatus requiescendi gratia utrem deposuit, de quo facto perniciem sentire coepit, rursusq; imposito sibi utre desijt. Intellectumq; est, quod si acetum bibisset, posset sanari: & ex eo experimento palàm factum est hanc potionem esse efficacissimam. Si uero morsum aspidis sequutus sit sanguis, nulla de eo qui percussus fuerit, spes salutis est.

† superest

C. Plinij

LIBRI TERTII FINIS.

C. PLINII SECUNDI

DE RE MEDICA, LIBER

QUARTVS.

De Raphani uirtutibus. Caput primum.



Raphano calidam esse uirtutem omnium medicorū opione compertū est: sed & nobis intelligere de usu licet ipsius. Quur enim mixtus cum cibis cæteris solus de stomacho ructus eijciat, nisi prius cōcoquitur. Capillos, alopetiæ iniuria, raptos cum melle tritus restituit. Eiusdem succus etiam grauitatem aurium instillatus emendat. Contra uenena unicum remedium est, si à ieiuno sumatur. Contra phthiriasim succus eius adhibetur, qui solus potest tenuitate subtili adimi corporis linimenta, cor penetrare. Aegyptij enim reges quibus erat studiū scrutari corpora mortuorū, & causas ualitudinum, occulta fide recognoscere in corde ipso nasci eiusmodi uitium prodiderunt. Semine raphani cum melle trito & sumpto suspiriū mitigatur, & tussis arcetur. Solus cum sale sumptus uentris animalia cxtinguit, Venerem stimulat & urinam, puerperis copiam lactis acquirit.

†quia primus.
Porrhò in uetus
sto exemplari
i scem. subinde
g. ponitur rha
phanus, ceu
Græcis ῥαφαῖον
uig. ῥαφαῖον
uero ὀ. Sūt qui
tum radicem
tum radicans
transferunt.

De facultate Apij. Cap. II.



Apij quoque calida uis tradita est, quā de iudicio licet colligas. Nulla enim alia res fortius uel urine difficultates resoluit, uel foeminarū menstruis imperat. Vnde mirari necesse est, quod à quibusdam imperitis adiuncta aquæ calidæ febricitantibus detur, quū res calida calorato malo addita magis accendat ardorem: nisi uel strictura stomachi, uel preclusa præcordia relaxāda sunt, ut priore in loco causa ponatur: unde etiam ipsa febris exoritur, absq; his similibus causis dari non contrarium cedunt. Aqua pota in qua uel ipsi uel eorum radices incotæ sunt, efficaciter pugnat cōtra insidias uenenorū theriacis & antidotis, post amoma, post cynamama iam non ut uile miscetur. Est anodinos ex apij semine, quæ stomachū mundatione capitis laborantem mire tuetur, ut Hierax Cappadoro intimo suo retulit. Ea recipit apij seminis uncias sex, anisi sex, hyosciami sex, comarū apij septem, quæ omnia trita et cribrata, & cum aqua subacta, in breues pilulas deformant, ex quibus una uel duæ, si febris non fuerit, dulci uino resoluta potantur, si febris fuerit, aqua resoluta dormitum euntibus propinantur, quantum hæc portio ualeat, utinam nullam calamitas coëgisset experimento meo nouisse.

†iudicio

†indifferentes
adiuncta.
†malis

Hierax.

De uiribus Rutæ. Cap. III.



Vtam ualde hominibus salutarem testantur tot antidota medicorum: quæ de eius nomine gloriantur, è quibus unum nō inutile ponā, repertū in Aegyptia Iouis ciuitate Diospoli, atq; adhuc diapeganon dictū, quod stomachum excitat, digestionem

†qui
Antidotum
Diospoli re-
pertum.

C accōmodat, aluū mollit, biles extenuat, uitia pectoris, lateris, iecoris, ac renum mitigat. Conficitur autem sic. Rutæ uiridis uncia sex, cymini sex, peris sex, nitri tres: Cyminū uero prius in † aqua maceratur, deinde torretur, & uniuersa tusa & † cribrata, melli optimo mixta subiguntur. Rutam uenenis resistere mustelæ docent, quæ cum serpentibus dimicaturæ cibo eius armanur. Docuit & rex Ponticus Mithridates, qui quū fratris sui timeret insidias, rutæ folia uiginti cum duabus nucibus iuglandibus, & totidem carycis, admixto salis grano, quotidie ieiunus accepit. Nec minorē nobis opem & contra uitia corporis præstat. Aceto enim & oleo rosaceo mixto, mirifice dolorem capitis auertit, & inflationem coli. Item matricis, omniumq; interaneorū statim mitigat cum butyro & oleo decocta & iniecta. Ad lumbricos necandos, utile est oleum bibisse, cui ruta incocta est. Ignes sacros cū aceto & oleo rosaceo & cerusa temperata illico extinguit, datur & succus eius ante accessionem bibendus contra febres cum frigore uenientes. Item instillatus auriculis efficit ut contingat audire. Stultissime quidam rutæ uitia dixere quod uentrē inhibeat, genitale semen extinguat, infantes in utero necet. Facit enim hæc non ipsa, sed qui uirtutis eius oblitū nec modū nec tempus aspiciunt, & ideo temperare prudentis est, ut de auxilio non fiat uenenum.

† aceto
† creta

Mithridates
Rex ponticus.

D

De Coriandri potentia. Cap. IIII.



† sanaret
† niteretur

Xenocrates
de Coriandro.

μαλαχην id est
malua unde no-
men sortita.
Est autem μα-
λαχη molli-
re. unde et in
Natu. hist. 20.
cap. 21. alterā
ab emolliendo
uentre dictam
putant mala-
chen.

Mon dubitanter coriandro refrigeratrix potestas datur: non tamen simplex, ut prudentissime Galeno uidetur, sed cui quedam portio austeritatis immixta sit, inde quod quædam ex eo uitia curantur, quæ nunq; omnino † curaret, si sola uirtute frigida † ueteretur. Cum melle & uua passa tritū & impositū, omnes tumores collectiōnesq; compescit, præcipue tamen isto genere medicaminis doloribus testium subuenitur, succo maligranati & oleo in potione permixtū, animalia interaneis innata persequitur. Semen ex aqua potum solutionem uentris stringit. Scriptūq; à multis legitur tria coriandri grana tertianas excludere ante accessionē, si fuerint deuorata. Hisdem quoq; repellēdus efficax est ipsum coriandrum ante solis ortum ignoranti ceruicali uiride subiectum. Mirum est quod Xenocrates tradit, si unum seminis granum foemina biberit uno die, menstrua cōtineri duo: si duo & totidē iam diebus quot grana sumperit.

De Malua. Cap. V.



Mlympias Thebana abortiuas putat esse maluas cum adipe anterioris genitali parti subiectas. Sextius Niger et Dioscorides stomacho inutiles arbitrantur. Maluam molliendi dissoluendiq; naturam esse sortitam Græco uocabulo licet credas. Nam ἀνὲρ τὸ μαλαχῆσθαι nomen accepit. Interaneis itemq; brassicæ profunt in cibo sumptæ. Assueuerant item uulnera recentia folijs maluarū ac salicis simul tritis ad sanationem usq; perducī: Melius enim emplastrū eidem eam addidere. Malua cum axungia ueteri pulcherrime quassaturas fouere. Radix etiam unius caulis adnota denti, pellit dolorē. Eadem foemori alligata stimulat Venere.

A rem. Eadem nigra lana obuoluta & alligata mammarū uitia cōpescit. Dioscorides & Galenus criminantur in maluis, quod corpus minime alant, sed citato lapsu per meatum uentris erumpant. Est & agrestis malua fortioris effectus, quam Galenus altheam esse contendit emplastris mollibus accōmodata, quæ tamen & plagis recentibus possit subuenire, & ulcerū tabes admota siccare. Hæc quū in præsentia nō erit, in eius usum satiuua succedit.

De Cucurbita. Cap. VI.



Eteres medici de cucurbita ita sensere, ut eam aquam dicerent coagulatā. Dioscorides humidæ putat uirtutis & frigidæ, id quæ ex eo probat, quod ipsa in cibo sumpta stomachum relaxat, bibendi desideria non excitat: cætera etiam in cucurbita talia ut aperte frigidæ potestatis exempla demonstrat, crudæ & tritæ leniunt omnem tumorem, in cibo sumptæ molliunt uentrem. Succus earū, ut Galenus ait, ad compescendū uelociter auriculæ dolorē tepefactus infunditur. Idem succus & dolorem dentiū mitigat, si diutius in ore teneatur: sed & rofaceo mixtus, & unctioni corporis admotus febrium † restringit ardores. Eius aridæ cortices efficaciter possunt combusta sanare: eundem cinerem didicimus ab expertis uulnera in ueretro iam in putredinē uersa purgare, & ad cicatricem usque perducere. Dioscorides ramēta corticis uiridis in cucurbita laudat, earumque effectus sic tradit. Phthiriasim infantium cuti imposita depellunt cum polenta podagræ æstuanti, & ignibus sacris cū pane subueniunt. Semini sicco illa uis traditur, ut in puluerē tufum & inspersum impleat uulnera quæ cauata sunt. Quidam illud in uino bibendū dedere, ut solutiones alui fluentis inhiberet. Viticulæ, cucurbitæ iam senescentes cum passo & aceto dyssentericis datæ miro modo saucia intestina componunt.

†restringit

De Atriplice. Cap. VII.



Triplex humidæ atque frigidæ substantiæ olus est, amplius tamen ex humido possidet, & est illi sicut maluæ facilis succus ad lapsum, inde in cibo sumptus indubitate uentrem resoluit. Crudus siue coctus impositus, duricias omnes ac furunculos sanat. Pernionibus qui adhuc æstuant, antequam in uulnus erumpant utiliter imponitur. Scabros ungues sine iniuria detrahit, ignes sacros sedat, podagræ feruorem cum nitro & aceto cum melle † restringit. Galenus ad aurigines expellendas uino tritū, & in potione datū efficacius putat semen eius.

†restringit

De Lapatio. Cap. VIII.



Alidæ austeræque uirtutis est lapatium, & ideo in cibo sumptum Venerem reprimit, stomachum confirmat, ructus excitat, confundit urinam: cum fimo gallinaceo paniculas rumpit. Semen ex aqua uel uino potum dyssentericis subuenit, scorpionū uenenis uehementer resistit, nec feriri crediti posse, qui ante præsumpserit eiusmodi potionem. Radices ex aceto coctæ & positæ, duriciam lienis confringunt. † Scabros ungues leuigat, uulnera in mento nascentia extinguunt, in uino coctæ & impositæ strumas & parotidas sanant. Gargarizatæ dolorē

†prior lectio scrobes ungu. leuigã thabebat, perperam ut mihi uideatur.

dentium & uuae tumorem mitigant, potæ auruginem expugnant. Quidam etiam putant ipsam radicem si collo suspendatur scrophas fugare.

De Blito. Cap. IX.

† nimia



Vibusdam bliti natura iners & sine acrimonia uisa est, uentrem usque ad cholera plerunq; conturbat. Hippocrate præcipiente ad sistenda † omnia menstrua foeminarum in cibo dandum. Clauis quoq; pedum imposito eo eliminari & comprimi creduntur. Succus ex uino datur utiliter aduersus scorpionum uenena. Quidam uero putant ipsum tritum & impositum plagis mederi.

De Beta. Cap. X.

† restringit



Ecore laborantibus & splenicis beta cum sinapi utilissime esur datur. Ignes sacros & quæ adusta sunt cum alumine illita † restringit ulceribus in capite manantibus. Item alopecij crudam trita optime illinitur. Aqua in qua decocta est, furfures capitis eliminat. Pernionibus in fomento adhibita prodest. Iniecta cum melle onera ueteris exponit. Est autem illis natura frigida, non tamen noxij frigoris: cæterum nec ului esse potuissent, uerum medium temperamentum sortitæ rigorem præstant, æstatis ardores releuant, fastidio languidos ad cibum prouocant, sanguinem acquirunt, lacte plurimo nutrientes foeminas implent, aluum restringunt, copiosius ingestæ resoluunt. Optime illas stomaticis dari non loquuntur † affirmant, tritæ cum sale combusta sanant. Si ante pustillas illinientur, dignem quoq; eadem ratione compescunt, coctæ in patina, aliorumq; horarum more condita cholera laborantibus utilissime offeruntur. Quidam eas ad eandem causam cum lacte coxerunt.

De Intubo. Cap. XI.



Atius intubus stipticæ, ut medici aiunt, & austerae nature est, ideo & stomacho accommodatus est, et uentrem restringit coctus, & maxime cum aceto datus, & thoracis ardores & oculorum epithimas, & podagras cum polenta optime lenit. Cardiacis supra sinistram papillam ex aceto impositus prodesse certissimum est. Radix trita scorpionum plagis medetur. Ignes sacros adhibita cum polenta fugat. Succus cum aceto & rosaceo mixtus capitis dolores releuat. Iecoris & uescicæ uitia cum uino haustus emendat. Sanguinem reijcientibus, itemq; generaturæ abundantia laborantibus, alterno die offertur potandus, omnibus partibus quæ refrigeratione sanandæ sunt cum aceto & cerusa efficaciter succus illinitur.

De Nasturtio. Cap. XII.



Natura nasturtio caustica est, & tamen usum uenerum uidetur inhibere, eadem fortasse ratione qua ruta nimia uis caloris semen genitalis consumit. Fermentum mixtum & appositum furunculos, itemq; carbunculos prouocata suppuratione dirumpit. Succus illitus capillis fluentibus prodest. Idem infusus auribus, dolores dentium mitigat. Seminis autem maior effectus adeo ut etiã partus necet, cum uino haustum

Astum animalia uentris extinguit, uenenis serpentum occurrit, & fugare eos creditur. Carbonibus suffumigatum lienem reprimit in potione cum aceto datum, uel cum ficu deuoratum. Sciaticis utilissimum est cum aceto & polenta impositum. Lichenas cum melle illitum purgat ulcera capitis, itemque porriginem cum adipe anserino tergit, aluum purgat ex aquae cyathis quatuor unius den. pond. propinatum sorbitionibus mixtum pituitam pectoris soluit, cum lacte caprino coctum dolores pectoris mitigat, à ieiunis ex melle sumptum tussientibus salutare est.

De Eruca. Cap. XIII.



Alidae quidem non tamen nimium austeræ ignitæque uirtutis est eruca, inde Venerem maxime stimulat in cibo sumpta, & digestiones adiuuat, & urinam mouet. Lactucæ quoque optime in cibo iungitur, ut rigori par feruor admixtus temperamentum salubre componat. Ex uino pota, duriciam sensus contra uerbera creditur præstare. Infantibus tussientibus in cibo utilis est, maculas cuti tollit, ex facie cum melle illita lentigines extrahit. Radix in aqua decocta extrahit ossa quæ fracta sunt. Semen ex uino potum scorpionum uenena, itemque aranei muris excludit nigras cicatrices, cum felle bubulo ad candorem reducit. Condituras coquorum tam ipsa quam semen adeo suauissimas reddit, ut inde à Græcis *εὐζωμος* nominata sit.

*τὸ εὐζωμὸν
erucam Theophrastus
appellat.*

De Pepone. Cap. XIII.



B Elonis usus est quidem gratior uerum difficile concoquitur propter naturalem rigorem, & ideo nonnulli eum aceto sumunt, pulegium ei et cepas admiscunt, quo nocitura uis frigoris temperetur. Pepo in cibo Leuior, nam detracta cute, ac semine abiecto, esui datus stomachi compescit ardores, aluum leniter mollit coctus ex aqua cum oleo, aceto, melle iucundissime sumitur. Caro eius imposita fronti glarantes oculorum epiphoras miro modo mitigat. Ulcera in modum faui concreta, quæ *νεβρία* Græci uocant, tria radice pelluntur: assignanturque cortici eius, quod maculas à facie sine signi uestigio detrahat. Semen in puluerem uersum, lomentoque permixtum, nitidiorum sceminis cutem præstat.

De Cucumere. Cap. XV.



Vcumis & ipse naturæ frigidæ reperitur, uentrem soluit, stomacho accommodatus est, quibus liquitur odore succurrit. Folia eius ex uino trita uulneribus medent, quæ caninus morsus impresserit. Semen ex uino dulci datum, uesicæ laboranti facilem præstat urinam. Dyssentericis ex lacte muliebri acetabuli mensura datum prodest: purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere, & iocinoris uitis auxiliatur.

De Carduo. Cap. XVI.



Arduo natura mordax & subaustera est, ideo succus eius alopecias ex capite depellit, stomachum iacentem si non auidius sumatur erigit & componit. Radix ex aqua cocta, cupiditatem bibendi potatoribus subministrat, matrici utilissimus cibus est. Nec mirare quod sic à sceminis carduus ambitur. Est & alia causa qua patrocinari eis possit: nam

C Glaucias scribit cardui cibum adiuuare, ut masculos procreent. Mastica car-
duorum odorem oris cōmendabilem reddit. Non præteribo, quod de fet-
uandis legisse me memini, aceto scilicet melle diluto condiuntur, addita ra-
dice lasaris & cymino, eiusmodi arte prouisum est, ne quis omnino sine car-
duis dies esset.

De Allio. Cap. xvii.

Tex



Magna uis allio, & ideo in eo maxima est utilitas: omnibus quip-
pe perniciosis hominū malis uehementer resistit. Serpentes &
scorpiones, itemq; alias latētes bestias odore solo fugat, ictibus
eorum æque medetur siue uulneri illitū, siue in potione uel in cie-
bo sumptum morsui canino cum melle succurrit. Tineas & alia uentris ania-
malia in mulso aceto coctum, perimit & expellit. Siccum cum restibus suis
oleo permixtū, omnes ictus uenenatos efficaciter sanat. Eodemq; modo &
attritas corporis partes & ulcera in capite manantia, quæq; in uesica tume-
scunt lenit impositū. Peregrinantibus esui datū minime patitur eos aquae
rum ac locorū mutatione perturbari. Suffito eo foeminarū secundas euoca-
ri Hippocrates autor est. Suspiriosis quidam per se crudum aliqui & cū la-
cte tritum dedere. Diocles hydropicis cū centaurea miscuit, idemq; phre-
neticis elixum dedit. Praxagoras allio usus est contra morbum regium in
D potione uini. Viride cum coriandro & ficu datum aluum mollire perhibe-
tur. Tussim & suspirationem pectoris mitigat in faba coctum. Elixum illi-
tumq; temporibus, dolori capitis opitulatur. Aurium doloribus succus cū
adipe anserino tepefactus infunditur. Raucedinem uocis emendat in pisa
aut faba sumptum, & quod ad uocem attinet coctum crudo elixū sicco uiti-
lius existimatur. Tenesmo ex pulte coctum medetur. Tumores suspectos
ex adipe dissoluit.

Hippocrates
Diocles.

Praxagoras.

De Papauere. Cap. xviii.



Apita papaueris & folia eius decocta meconicon faciunt medi-
camentū, contra ea corporis uitia, quæ medio rigore sanantur.
Succus cum rosaceo mixtus, dolorem auriū mitigat. Folia deco-
cta, & cum rosaceo trita, tumoribus auricularibus optime illini-
untur. Aqua foueri in qua papauerū capita decocta sunt uigiliarū morbo
laborantibus. Itemq; ex epiphora oculis lippientibus prodest. Semen tri-
tum cum aceto & melle, non modicam tumentibus opem præstat. Cortex
cauliculorū contusus & redactus in puluerem, melliq; permixtus, sordidis
uulneribus imponitur. Est & syluestre modici capitis, & nō ita fruticis elas-
ti, quod miro est in usu faucibus in tumore positus, & asperatas arterias san-
nat, fitq; ex eo medicamentū, quod medici Chrysippo autore diocydon uo-
cant.

De Satureia. Cap. xix.



Satureiæ calida uis & propè ignita est. Vnde & illi nomen indi-
tum credunt, quod pronos faciat in Venerem, ideoq; grauida
prohibetur eo in cibo sumere. Nam trita & uentri † supposita,
partus etiam mortuos expellit, urinam mouet, & ex uino pota
lethara

† superposita

A lethargicos letaliter dormientes excitat, & capiti eorū cum aceto frequenter infusa stomachum nauseantem, uel in ouo sumpta uel pota confirmat. Contra animalia quæ aculeatis ictibus sæuiunt, nō inutiliter adhibetur.

De Porro.

Cap. xx.

Porro capitato ad multa corporis uitia Hippocrates usus est. Succum enim eius sanguinem reijcientibus etiam solum bibendum dedit, quamuis cæteri cum galla uel thuris farina dandum censuissent. Vuluas contractas eodē succo resoluit. Ipsum etiā in cibo sumptū fœcunditati plurimū acquirere existimauit. Purgat ulcera ex melle contritus, & in sorbitione ptissanæ datus. Distillationes item quæ tussim, thoracis, arteriæ, pulmonis quæ uitia cōpescit, uocem purgat, Venerē stimulat, somnos adducit, capita bis aqua mutata cocta molliunt aluum. Eadem aqua cū † aqua pota † restringit. Succus eius † cisis profluuiū sanguinis sistit, & maxime in naribus si cum manna thuris aut galla contritus atque illitus inhærescat. Ex abortu plus iusto † sanguine profluente septem & semis scrupulos cū myrti baccis pari pondere in potione dandos putant. Cōtra ictus uenenatos, uel cum mero, uel cum aqua mulsa succus datus prodest. Sed & folia contrita cum melle ac mulieribus apposita non minus profuerunt. Eodem succo plerique cum lacte muliebri ueterem tussim atque pulmonis uitia sanarunt. Aurium quoque dolores cum felle caprino uel pari mensura usi compescuerunt. Profuit multis in dolore capitis quū dormitum irent idem succus, siue auribus siue naribus cum parte tertia mellis infusus. Ita idem lumborū dolores ex uino mitiores facit, sanguinem excreantibus ptyficis etiam distillationibus uetustissimis, uel ex ipso cibo utilis sumatur, uel succus eius in potione misceat. Idem succus in cibo sumptus plurimū prodest contra uenena fungorū, fracturas alligat, duricias relaxat, uulnera recientia cum sale appositu statim claudit, ebrietates discutit, uenerem stimulat, sitim sedat, uentrem mollit, uocem adiuuat, astipulante Nerone † quæ porro debuit quotiens bene cantauit.

† uino
† restringit
† cisis detrahendum puto.
† sanguinem profluuij

† qui legendum cenfeo

De Ocimo.

Cap. XXI.

O uirtute ocimi penes medicos incerta est opinio: Nam autore Chryssippo criminantur, hæc eius uitia percensent, quod obsit stomacho, quod oculos hebetet, & quod insaniam facit. Iecori obsistit, & ideo capram genus hoc herbæ nunquam omnino contingere. Addunt præterea si tritum lapide contegatur, scorpiones gigni, commanducatum & in sale positū uermes creare, pediculos etiam nutrire. Aphris quoque hoc putant esse persuasum si quis eo die quo ocimum sumplerit à scorpione feriat, non posse saluari. Sed qui in diuersa opinione sint, hæc falso tradita asseuerant, quinimo inflationes stomachi ructu dissoluit coctum cum aceto, & sumptum reprimit aluum fluentem. Semen tritum, haustum quæ naribus sternutamenta compescit, uerrucas tollit atramento sutorio temperatum.

Ocimi uitia

Capra ocimum non contingit.

De Nepeta. Cap. XXII.

C
Di. calamin-
thes descriptio
nem & usum
uide apud Ga-
len. de tuenda
sanitate lib. 4.



Epetam Græci καλαμίνθη uocauerunt, nostri uulgo nepetam di-
cunt, quæ magnæ uirtutis, & uehemēs in calore est. Vnde etiã
nobilissimis antidotis meruit ascribi, è quibus unum quod ho-
dieç diacalaminthes à medicis prædicat, publicandū putauit.
Accipe nepetæ uncias sex, petroselini sex, siseleos sex, pulegij sex, thymi
scrupulos xij, apij seminis scrup. xij. † Lybistici unciam unam, piperis unã,
† Pergamensis † Polotensis scribit, quod putat tam salubre, ut plurimis annis uitam homi-
num possit extendere.

† Leuisici
† Tereta

† Pergamensis
legendum cen-
seo.

De Menta. Cap. XXIII.



Ementa quæ potuimus annotare subiecimus. Labentē animū
odoris efficacia recreat. Stomacho nihil concupiscenti fastidiū
detrahit. Sanguinem excreantibus in sorbitione thysanæ opti-
mæ propinatur. In dolore capitis contusa temporibus illinitur.
Instillari auribus succum cum aqua mulsa utile est in dolore. Aridæ puluis
digitis tribus apprehensus, & cum aqua calida in potione datus, omnē sto-
machi detergit iniuriã. Eadem etiam res uentris animalia interficit.

De Fœniculo. Cap. XXIII.



alidam uim fœniculo insitam, nō tamen simplicem, sed cui auste-
ritas etiã admixta sit gustus ostēdit, & multa præterea per que
uel soluendi, uel extenuandi, uel etiã siccandi exprimit potestatem,
traditumq; in libris & serpentes annuam senectutem fœni-
culi gustatione deponere, & oculorū caliginē succo eius excludere. Vnde
intelligi datū est easdem uirtutes & corporibus utiles esse, sicuti postea ex-
perimenta docuere. Succus ergo eius cū melle Attico mixtus uetustissimã
licet caliginem discutit. Auribus purulentis idem succus infundit. Vermis-
culos etiam qui in hisdem nascuntur, interficit. Radix in ptisana data laxat
renū densitatem. Hydropicis ex uino pota succurrit. Vaterno laborantibus
ex uino cocta fomentū perquã utile subministrat. Ipsa cū oleo trita eidem
causæ medetur. Tumores & quæ ictu uel repentina indignatione cōmota
sunt, folia ex aceto trita dissoluunt. Aduersum ictus scorpionum, itemq; ser-
pentū optime semen ex mero sumitur. Simili modo temperatū Venerem
stimulat, urinam ciet, sistit aluū, pulmonis & iecinoris iniurias abigit, abun-
dantiam lactis puerperis præstat, ex aqua tritum nauseam sedat, stomachū
dissolutum astringit. Nec est illud periculum, etiam si in febre sumatur uul-
nera dentis canini cum melle illitum purgat atque sanat.

De Holosatro. Cap. XXV.

Scorpionum ictibus & morsui canis semen holosatri ex uino datum oc-
currit. In mulso decoctum atque potum difficultatibus urinæ medetur,
tormenta

A tormenta uentris, & ceteras intestinorū querelas eodē modo sanat. Radix in uino decocta, calculos pellit. Lateris & lumborū doloribus eadē potione succurrit. Succus algētibus propinatus exoptatū calorem per membra diffundit.

De Cæpis. Cap. XXVI.

De uirtute cæparum inter medicos nulla diuersitas est. Dioscorides putat ex cibo earū sitim accendi, inflationes fieri, caput prægrauari. Galenus existimat illis demum qui felliti uideantur esse contrarias: ceterū phlegmate laborantibus etiā utiles asseuerat.

Asclepiadi uidetur cæparū usus perq̄ necessarius, & firmitatē ualitudinis obtinere, qui eas ieiuni quotidie sumpserint, credit & stomacho cibū salutarē, uidelicet ea ratiōe quod spiritus agitet. Præter hæc peculiare cæpis attributū putat, ut quotienscūq̄ uidentur gratiā nobis boni coloris acquirāt. Somnū uero cæpas adiuuare, aluū mollire consensu omniū creditū, medentur oris ulceribus, si cū pane manducant. Morsus caninos uirides ex acetone illiræ sanant. Siccæ quoq̄ cū melle contusæ contra morsus eosdem pari uirtute subueniunt, eandem ob causam ex uino & melle decoctas iubet uulnibus imponi, nec nisi post tertiū diem solui. Dioscorides & cū cæpa sale & rutā caninis moribus suadet imponi. Instillatus auribus succus cū lacte mulieris prohibet dolorem. Quidā illum repente obmutescētibus ex aqua bibendū dederunt, colluendis dentibus frequenter assumitur, ægros eos feruare præsumitur, tardentibus menstruis fœminarum non inutile est, uel ipsas in cibo offerre, uel succū ex uini potione miscere: idem succus et caput optime purgat, si modo patienter naribus fuerit adtractus, & cū adipe galinæ trituras pedū mitigat, quas calciamenta fecere. Fluxu uentris laborantibus profuit, coctas eas in cibo sumere oleo prius tinctas scilicet, & mitigandos morsus, quos in huiusmodi causis necesse erit experiri. Alopecias etiā tulsis cæpis infricare inter efficacia remedia compertū est. Galenus affirmat citius ex ijs nasci capillos, quàm si alcyonio quis utatur.

De Anetho. Cap. XXVII.

Anetho & si calida uis traditur, nō est tamen plurimū feruēs, nec austera, uerū in se habet aliquā molliendi potestatem, si Græcis autoribus credimus etiā nutriendi: nullum deniq̄ athletarū cibum sine anetho esse patiūtur. Aegrotantibus prodest cū oleo tepesfactū, ac crebro infusum. Creditur enim illis dare aliquas ex febre indutias, mitigat capitis dolores, neruorū tensuras relaxat, nō dormientes ad spem quietis inuitat, stomachi querelas coctū in aque cyathis tribus potum miro modo releuat, indicio est ructus per quem intelligere datur, aperta ore, quæ clausa torquebant, digestiones adiuuat, ideo uentrem uideē inhiere. Intestinis laborantibus & uentri uel ex aqua datū in potione succurrit. Tritæ radices & impositæ feruoribus medentur oculorū. Cinis eius spendit uuam faucibus ingrauescentē. Radicū uero acrior cinis est, adeo ut curentur ex eo, & caro crescens & sordidum uulnus, & quæ serpere incipiunt. Semen eius feruesfactū ad motumq̄ naribus singultire non patitur.

† cerebro

De Sinapi. Cap. XXVIII.



Ythagoras inter ea quæ propter uirtutem et efficaciam laudat, primum sinapi locū assignat, cuius naturam uult esse thermaticam, hoc est coloratam: lepticam, quæ quod inueniet extenuet: epispaticā, quæ quod comprehendat adducat. Merito ergo uirtus eius omnis, est tantis insinuata indicijs, tanquam numerosis corporis uirtijs præstet auxilium: sensus acuit, aluum mollit, urinam ciet, menstruis imperat, calculos frangit, caput purgat: nunc gargarizatū, ut pituita crassior profluat: nunc ad motū naribus, ut sternutamento strictura soluatur, stomacho contra omnia querelarū genera succurrit, suspiriosis phlegmate diffusulo hauriendi aëris præstat meatū. Serpentū ictibus & scorpionum cum aceto tritum illinitur, nec inutilis cibus est contra uenena fungorū. Positum extrinsecus cutē ui caustica exulcerat, rarò medicis ad huiusmodi remedia uenientibus, quomodo penè intolerabilem suscitatur uisionem, necnō nisi in magnis & uetustissimis causis tam sæua tormenta subeūda sunt: sed hoc genere tormenti humor capitis auertitur, qui cecitatē oculis cominatur, quiq; stomacho atq; pulmone acer instillatus letaliter ad ptysin præstruit, & coxæ dolorem per uescas & pustulas digeruntur, & splenis tumor soluitur, ac iccinorum indignatio relaxatur, & hydropicis † minitans humor † tam non reuersurus hauritur. Aiunt & lethargos excitari, si pedes eorum similitris sinapi & ficu † ariola perfricentur. Nunc interim de succo loquuti sumus, qui semine exprimitur, admixtis scilicet nunc aqua nunc melle, si usus exigat. † Est & alius qui caule colligitur, hic quum expressus fuerit, lacteā facit guttam utilem dentibus, si in dolore illiniatur. Fitq; elegans ex eo antidotum sicut docuimus: semen sinapis eiusdemq; radices in musco datur uirtijs faucium, stomachi, capitis, oculorum, potioni modo statuto quantū manus plena concludit. Fitq; ex sinapi oleum semine infuso lumborum doloribus, & neruis torpentibus necessarium.

καυσικὰ Græci adurētia medicamenta appellent, Demosthenes uero putrefactiua.

† tinnitans
† iam
† arida

† Est & aliud qd ca. col. hoc cū inhaurierit.

D

De Cauliculo. Cap. XXIX.



Ato tradit Po. Ro. sexcētis ferè annis medicina brassicæ usum, nondū enim in urbem cōmeauerant medici, qui in artē redegerunt, quemadmodū magno sanitas constet, & peregrina secum pigmenta attulerunt, ut illis imponerent precia quæ uellent: cæterū militares uiri gloriosas cicatrices gratuito holere curabant, eodem horrore cura usi ad salutē, dum illos pascit & sanat. Ponam primo in loco medicamentum re uera ita appellandū Catonis Antidotū, quod ille ex brassica cōponendū putauit, capitis dolori, oculorū caligini, stomacho & precordijs profuturū. Crudam cum coriandro & ruta & menta & radiculis lasaris ex aceto & melle conteri iubet, ac mane ieiunis duorum acetabulorū mensura propinari. Cæterum brassica hoc modo curans uulneribus non solū recentibus, uerū etiam ueteribus canceratisq; si prius aqua calida † fota sint, crudam contritam bis in die imponi, & ad impetigines iubet, creditq; hoc modo tritā sine exulceratione sanare, podagræ atq; articularibus morbis cum

Macer. Caulis, Romana, Græcorum Brassica linguæ.

Catonis Antidotum.

† fomentata

ruta

A ruta & coriandro & hordei farina, & salis quoque mica utiliter admoueri putat, fistulas atque luxata discutere, humores aut euocare aut spargere impositam, insomnia ac uigilias compescere, decoctæ aquâ in fomento neruis artibusque prodesse. Eius quoque qui brassicâ ederit urinam seruari iubet, quam calefactâ neruis asseuerat utilem. Pueros etiam nunquam debiles fieri si ex ea urina frequenter lauentur. Haftenus de Catone: nunc ad medicos transeamus, ex quibus Chrysippus peculiarem brassicæ librû, dicauit omnium morborum ex ea remedia continentem. Eiusque & cæterorum de brassica hæc opinio est, quod cibus eius assiduus caliginem discutit, concoctioni prodest, fœcibus expurgationem excitat, copiam lactis infundit, semicruda aluum resoluit, discocta constringit, cruda ex aceto sumpta splenicis curat, partus etiam mortuos pellit, cocta contritaque stomacho cum axungia ueteri & rosaceo superposita ardores febrium mitigat, lepras & psoras cum alumine rotundo ex aceto illita emendat, eadem uirtute medicaminis etiam fluentes capillos retinet, testium & genitalium uitij utiliter imponitur, efficacius profutura, si fabæ tritæ misceatur. Dioscorides uero succum eius uiridem cum hyri & nitro ad molliendum aluum dari censet, podagricis & arthriticis cum aceto & fœnugræci farina utiliter imponit. Catapotia Corneliana allectoria sunt ex brassica satis innoxia, quod post balneum sumpta circa cantum gallorum aluum incipiunt commouere. Eorum compositio talis est. Cucurbitæ agrestis interioris medullæ scrupulos sex, piperis sex, dyagridij xij, quæ trita & cribrata succo brassicæ temperantur, & in pilulas ad modum heruliæ deformantur: nec erit necesse, ut is qui accipit aliquid de quotidianæ uitæ consuetudine immutet, stirpes quoque eius aridi combustæ, et in cineres redacti uim causticam præstant, qua ratione ad uentris, lateris, coxæque dolores cum axungia ueteri efficaciter admouentur, eundemque cinerem, si quis psilothris cum aceto & lasare coniunxerit, detracti pilæ non renascentur. Apud Galenum autem inuenio semen brassicæ potum, maximeque Aegyptiæ, quæ uehementior illi uideatur, lumbricos & omnia intus animalia extinguere. Puluis uero est cinere radicis iacentem uuam subiectus attollit. Melius quoque affirmat uuam esse remedia, radicem plantæ auulsam collocat suspensam, ita ne terram post euulsionem continet.

De Asparago. Cap. xxx.



Sparago inest & caloris aliquantum, sed illi etiam styptici uigoris temperatura miscetur, inde stomacho laborantibus cibus utilior transit in antidoti uicem, si cum cymino, oleo, sale ieiunis offeratur, & coli dolorem sic acceptus emendat, caligines discutit, uentrem leniter mollit. Radix ex uino albo trita, & in potione data, calculos frangit, eadem lumborum dolore & renem sedat. Medetur etiam uuam querelis aceto discocta & imposita. Contra elephantiasim efficax creditur. Eadem sicca tusa, & in lana denti dolenti admota, sine dolore eum detrahit. Semen obolorum trium cum cymini pari pondere potui datum, Venerem stimulat, urinam sollicitat.

Chrysippus librum de brassica scripsit.
† membrorum

† splenicis

Catapotia Corneliana allectoria, ab autore dicta.

† Meliteus.
† runcationem

C De Armoratia. Cap. xxxi.



Alida est armoratiæ uirtus, & ideo in cibo sumpta copiosam effundit urinam, incitat etiam menstrua foeminarum, stomacho utilis, ex aceto data pituitas glutinosas cum melle sumpta dissoluit. Radix adusta & in puluerem uersa, siccandis ac purgandis uulneribus imponitur. Quidam uero succum eius ex uino datum contra uenena utilem credidere. Eadem & triti seminis uis est, si cum melle sumatur. Nobis quoque expertum est armoratiam in ptisanæ sorbitione discoctam thoracis uitia sanare.

De Pastinaca. Cap. xxxii.



Astinacæ uis omnis in radice & semine est constituta. Aqua uero mulsa, in qua radix est discocta potui data iecinoris & lienis querelas, lumborum & renum uitia compefcit. Dyssentericis etiã uetustis utilis radix in lacte decocta aut trita ex aqua, aut in succu redacta, ac potui mensura quatuor unc. data opistotonis & [†]pleuriticis præstat medelã. Radix quoq; collo alligata tumores testiu sedat. Negant feriri à serpentibus qui pastinacã secum ferant, uel ante gustauerint. Venerem stimulat copiosior in cibo sumpta. Dentes uero radice pastinacę circumsalptos credunt dolore releuari. Semen uero ex uino uel ex [†]pulscatum, scorpionum uenenis resistit, æque semen ex uino datum, tumentem aluum foeminarum & suffocationes ex matrice præclusas efficaciter soluit. Cum melle tritum canceratis uulneribus imponitur.

[†] spleneticis[†] uel posca

De Napo. Cap. xxxiii.

D



On unam eandemq; uirtutẽ in omnibus napis experta est medicina. Id enim quod angulosis foliorum caulibus ad anethi floret similitudinem uesicæ laboranti, itemq; cessantibus menstruis foeminarum decoctum ex aqua mulsa utile existimant, perq; non dubie ostenditur calidam possidere uirtutem. Semen quoq; eius tostum atq; tritum bibendum ex aquæ calidæ cyathis quatuor dyssentericis obtulerunt, sed urinam uidetur inhibere nisi illi æquali modo lini semini addatur. Alterum genus est quod simile raphano ac rapo uidetur, lautissimi seminis & contra uenena fortissimi seminis. Ob quam causam optima quæq; theriaca sine illo non conficitur.

De Rapa. Cap. xxxiiii.



Apam Democritus tanq; contrariã corpori damnat. Putat enim ex ea inflationes stomachi excitari. Contra Diocles, itemq; Dioclynisius etiã necessariã existimant propter eas uirtutes quæ subiectæ sunt. Antidotum nanq; representat ex oleo & uino trita sumitur, uenerem stimulat, eo ualidius si cum eruca conditur tosta & cum adipe conuulsa. Articulorum dolori medetur. Feruens imposita pernioles mitigat, frigus ex pedibus expellit. Aqua in qua discocta sunt frigidis podagris salubre fomentum est. Cuicunq; uero uitio pedum, maximeq; trituris crudatissima succurrunt. Contra serpentes & toxica datur semen ex uino bibendum.

Itemq;

A. Itemq; semen uulneribus uenenatis ex uino illitū prodest. Secundū hæc semen in rapis potest calidū & feruens uideri, ipsa paulò solutiora creduntur: sed quod minus possident caloris, molliendi potestatem plene cōpescant.

† compensat

De Thymo. Cap. xxxv.



Hymus recte inter hæc ponitur, quæ uirtutem calidam, simul auferamq; sortita sunt. In cibo sumptus caliginē discutit, lumbricos interimit, urinam impellit, menstrua fæminis prouocat, uteri reliquias uuluae inhærentes, uel ipsos emortuos partus extrahit, tritus cū melle & ad modū ligulae datus phlegmata in cibo soluit, tritus ex aceto & impositus eodem modo papulas fugat, & eminentia excidit, mixtus polentæ & in uino maceratus, coxæq; feruēs superpositus, sciaticis fatalis est.

De Origano. Cap. xxxvi.



Rigano Græci tria nomina posuere, è quibus unum Trigoricinum, aliud Eradiū, tertiū Oniten uocauerunt. Sed illa maioris uirtutis atq; efficaciae sentiuntur, in ratione medicinae satiuū, cuius nos meminimus aliquando infirmius illis scilicet comparatum. Cæterū nec ipsum sine acri uirtute sentitur: ex uino enim albo tritū, & in potione sumptū, scorpionum & araneorum uenenis resistit, cruditates discutit, morsus stomachi ex aqua calida datum lenit. Cum oleo & aceto tritum collectumq; succida lana luxatis & contusis partibus prodest.

Tria Origani apud Græcos nomina.

De Cerifolio. Cap. xxxvii.



Erifolio ignea uis est, et acerrima est. Potest cum melle canceratis mederi, lateris dolores haustum ex uino mitigare. Quidam uero illud oleo incoctum acopis ad soluendam iniuriā frigoris miscuerunt. Ex aqua autem mulsa pituitam resoluit, ex aceto lumbricos & tineas perimit, urinam ciet, menstrua pellit, tritum cum cæra & axungia ueteri parotidas discutit, soluitq; omnem tumorem.

De Serpillo. xxxviii.



Erpillum calidū simul nobis utile medicinae usus ostendit. Capitis dolores coctū ex aceto & rosaceo tempore ac fronti illitū, mitigat. Serpentes & omnia animalia uenenata adustū nidore repellit, ideo et messoribus in cibo miscetur, ut si fatigatos forte somnus opprefferit, tutè quiescant contra animalia, quæ hoc tempore uenenatis haustibus sæuire consueuerunt. Contusi puluis ex scrupulis xij. in aqua datus tormina emendat, urinæ difficultates resoluit, lienis quoque iniuriæ idem puluis ex aceto mixtus occurrit. Nec minus cruentis execrationibus subuenit ex duobus cyathis mellis & aceto temperatus. Atq; ut serpilli potentiam intelligas, subdidi theriacā in templo Aesculapij ab Antiocho rege Syriæ uersibus dedicatā, in qua nō leuem meruit portionē, quæ recipit trifolij scrupulos sex, serpilli sex, opoponacis sex, anisi xij. foeniculi xij. amyli xij. apij feminis duodecim, erui farinae unciam unam, hæc simul trita uino optimo colliguntur, & in pastillos uictoritati ponderis scrupulorū duorum digeruntur, ex quibus singuli dantur ex uini mixti cyathis tribus.

Theriaca Antiochi.

C Hac theriaca magnus Antiochus semper est usus aduersum toxica, & portiones malas & animalia uenenata, cui quantum debuerunt ex eo licet colligere, quod testimonij sui participem medicinæ deum fecerit.

De Piris. Cap. xxxix.

στυπικὸς στρί
βινος.



Pirorum naturam Dioscorides stypticam credit, ac ideo contrita imposita impetus omnes incurrentis humoris auertere, eaq; ratione compescere etiam quæ de tumore sublata sunt. Recentibus certe admota uulneribus sistere sanguinem fluentem, perducere uulnus ad cicatricem. Galenus non unam in piris, sed ex pluribus mixtam putat esse uirtutem. Nam quædam ex his austera, quædam acida, quædam dulcia deprehendit: & austeris quidem concedi ut styptica & constrictiua uideantur. Acidis autem inesse aliquid & caloris, unde & plerumq; dissoluentem inhærentem stomacho phlegmatis densitatem. Dulcia quum sint, aquaticis & soluti saporis nihil in se nec calidi, nec frigidi continere. Ex quibus singulis progenerum discrimine, & causarum necessitate ordinanda sunt etiam subsidia medelarum. Austera itaq; atque acida in cibo sumpta stomacho existimantur conuenire. In dulcibus uero omnia contraria. Aqua in qua pira sicca discocta sunt, mirifice ualet fluxum uentris inhibere, nec minus proderit si uel folia sola discocta sint. Annotaturq; in piris, quod præter alia poma corpus nutrire creduntur. Affirmat etiam Galenus pira ieiunis oblata uentrem constringere: eadem post cibum sumpta dissoluere. Folia ignitis admota uulneribus mitigare feruorem. Radix uero piri alligata, tandiu creditur conceptum impedire quousq; portetur. Aiunt et ipsa poma remouenda cum foeminae partus incubuit. Si enim in eodem loco fuerit difficulter uteri claustra referari. Semen autem pirorum cum melle tritum & sæpe ieiunis datum, traditum dolorem iecoris submouere.

De Malo granato.

Cap. xl.



De punici arbore quod uim stypticam obtinet omnes ferè medici una opinione consentiunt. Verum in ipso genere pomorum diuisans uirtus & quadrifariam diuisa cernitur. Nam dulcia continere aliquid & caloris et inde inflationes stomacho mouent, nec tute febricitantibus dari possunt. Acida stomacho accommodata sunt, nec nam mouent, pulmonem refrigerant, iecori blandiuntur. Vinolenta de superioribus singulis æqua parte composita mediam sibi uendicant potestatem. Illa uero acerbæ sunt, quibus coria curantur, frigida siccantis constrictiuaq; uirtutis, quod intelligere licet, quum feruescentem tabem pellium trita & conspersa consumant, cibus ex punico nullus est. Nam & si denticibus mandatur solus à stomacho succus hauritur. Igitur recte tradidere qui negant punico corpora nostra nutriri, ac si opinantur utendum ut mederi potum non alere uideatur. Mala propterea punica diuisa in duas partes per triduum in aqua cœlesti macerantur, quæ potui data coeliacis sanguinibus iactantibus salutaris est, & aluum fluentem miro modo sistit. Punicum in olla noua cooperculo illito in furno exustum, & in puluerem redactum, & in uini

A uini potionem perductum. † Ex cytrinis fit remedium quod creditur totū oculorum dolorem detergere. Dioscorides uero simplicius in hunc modū tradit, ut quum primum cytrini erumpere incipiunt, tres numero additi sine contactu dentium transuorentur. Cæteri, ut diximus, efficacius putant, ut qui hoc remedium petiturus est, omni uinculo solutus duobus sinistrae manus digitis pollice & quarto cytrinū detraheret, & ut supra positū est, transuoraret, ac leui attactu floris oculos suos ante lustraret. Idem cytrinus siccat, & in puluerem redactus excedit carnem quæcūq; uulneribus excreuit. Estq; in † extremo flosculus quidā antequam ex eo mali figura formetur, quem Græci βαλάγκιον uocauerunt, maximæ mirandæq; uirtutis, uulneribus oris & item tonsillis medetur. Et uue cum melle tritus sicci puluis uulnera in quacūq; parte genitaliū nata compescit, & idem excreantibus sanguinem datus in pusca forbitione succurrit, solutiones quoq; uentris sumptum ex † mero constringit. Fit ex acido punico medicamentum *σωματικόν* † humore à Græcis nominatum, cuius compositio eiusmodi est. Detracto cortice mala tunduntur, ex his succus exprimitur, is decoctus ad tertias quum ad sextarium uenerit croci scrupuli sex, myrrhæ sex, aluminis sex, mellis optimi libra una, miscentur, & ex hoc medicamento, præcipue quidem & humoris uitia sanantur. Verum & narium uitia mitigat, & auriū uulnera expurgat, & oculorum caliginem discutit. Ulcera etiam genitalibus innata persanant. Fit & hæc compositio de punicis apud Græcos opone dicta contra marcorem stomachi ac fastidium necessaria. In congiū multi coniunguntur quinque punica, totidem & cydonia, cum his sorborum sextarius, roris Syriaci sextarius, croci scrupuli sex, quæ omnia simul tandiu coquantur, donec in mellis corpus crassitudo pinguescat, ex quo cochlear grande plenum optime ieiuno quotidie datur. Ipsum uero medicamentum salubriter uitreo in uase seruatur.

† Cytinis. Est autē Cytinus primus punicæ mali flos.

† Cytino pro extremo habet codex uetus

† humore

De Malo. Cap. XL.

Dioscorides quod ad æstiuam mala pertinet ita sensit, ut ea crederet phlegma nutrire, fellis ardore excitare, inflationes mouere, neruosis partibus minime conuenire. Galenus nō omnia reiicienda pronunciat, sed quæ aut aquatici saporis, aut asperi, aut acidi, aut propè dulcis occurrunt. In his tantū esse uitia quæ frustra omnibus adiudicantur, ipse austeris & stypticis adest, fermeq; his omnibus quæ in sola hyeme seruantur, ea si matura lecta & salubriter custodita prouenerint, etiam prodesse languentibus asseuerat. Deniq; farina inuoluta, & in calido cinere discocta in quærelis utiliter putat stomachum nauseantis offerri. Potest uero malum maxime Matianum, sanguinem reiicientibus, pulmonis & iecoris iniuriæ obnoxios releuare, melius tamen si nunquam ieiunis, sed post cibum detur, uis ergo malis & humida & frigida est, quod ex eo maxime comprehenditur, quod succus qui fuerit expressus facile transit in acorem. Austeris tamen malis & acidis possunt recentia uulnera statim claudi si contrita ponantur, tumores atque liuores ex aqua cocta & cū axungia trita com-

† sic habet
lectio uetus:
Fit ex malis a-
nimilibus opti-
mis nobile me-
dicamentum. Ex-
acodes hæ-
moroides Græ-
ce dicuntur.

† Fit ex malis nobile medicamentum, quod Græci Hedrice dicunt perquam utile & efficax, si quando in uerendis partibus cōdylomata uel papulæ eminentes, quas exacodas medici uocant, uel calculosa pars carnis excreuit, cuius cōpositio talis est. Mala concisa & interius lignosa parte purgata libræ unius pōdere, adiectis croci scrupulis sex, in passi sextario decoquuntur, & quum omne concoxerit, tandiu cum pulpa id est molli pane, & tinaperi conteruntur, donec in cæroti lentorem mollescant: hoc appositum uitia supradicta sic curat, ne ad ferrum uenire patiatur. Fit ex hisdem malis edumna perquam elegans. Decoquitur enim ex uino phalerno succus expressus, & cum melle miscetur. Folia eorum uulneribus apposita impetum feruoris excludunt, trita cum nitro & butyro parotidas sanant, siccata & fumigata carbonibus serpentes fugant. Corticis succus eiusdem penè uirtutis est, nisi quod adustus & in puluerem dissolutus uulneribus cauatis uel carnem reddat, imponitur. Vuam iacentem cum melle tritus leuat. Genitalium uitia cum uino aspersus emendat.

De Cydoneo. Cap. XLII.



Medicinam ex cydonijs plurimi medici stomachantur. Eadem Dioscorides & adiureticam existimat, austeritatis fortasse beneficio, cæterum styptica, cōprimere urinam magis quam ciere consuerunt cruda, matura cœliacis, dyssentericis, sanguinem reiectantibus profunt, in cibo sumpta coquuntur, & cinere calidissimo farina inuoluta & ægris quorū iam diuturna febris, sine periculo datur. Aqua etiam cœlesti † madesunt, quæ potest ad multa prodesse. Nam & sedis uitia in fo-

D

† madesunt

mentum assumpta delinit, & matricibus sceminarum in tumore succurrit, omnibusque uehementer feruoribus obstitit, infundi quoque in aceto siue in uino solent, quod stomaticis et intestinorum fluore uexatis opportunissime offertur. Fit ex cydonijs uinum quo colore languentium desideria fallantur. Nam specie, gustu, et odore cuiuslibet uini ueteris imaginem repræsentat, ideoque Græci ^{ὑδρώμελον} uδρώμελον appellant, & ex multis compositionibus eius melior hæc & utilior traditur. Post caniculares æstus quæcumque se ex nouis imbris aqua cœlestis infuderit, mundo uase suscipitur, & in umbra posita, sæpiusque transfusa colatur, tunc cydonia iustæ maturitatis ex ligno interiori purgata, & in frustra concisa immerguntur aquæ, & tandiu cum ea relinquuntur, donec in succum transisse malorum uini colore † probatur quam diligentert † colatam, & in uasa picata diffusam eiusmodi in loco seruare solenne est, ad quem maxime fumo, & si fieri potest soli negetur accessus, quo septimo mense pro uino uti licebit. Quidam ex his & oleum quod appellatur melinum, faciunt uehementer accommodatum ad ea corporis uitia, quæ styptica pellenda sunt, maxime tamen ex eo sudores molesti detineri solent, & stomachi operta cōponi, & uulnera in capite nata leniri, hæc † sicco die ad meridie lecta & linteo purgata mundiore in uitreum uas mittuntur, & recentissimo oleo uas usque ad fauces repletur, & pelle coopertum umbroso in loco seruatur.

† prodatur

† liquatum

† sic cotidie

De

De Persico. Cap. XLIII.

Persicorum cibus est quidem stomacho inutilis, eo quod citò succus eius macescat, & caro æque in digestionem uitiatur, uerum minime grauis, dum non diutius in intestinis moratur, & ad ima semper exitu celeri festinat. Persicorū cibus negatur à medicis membra nutrire. Sed & Galenus suadet nunquam omnino post cibum sumere, corrumpi affirmans, in cibis cæteris innatent. Persicorum folia trita & imposita uentris animalia perimunt & expellunt. Eadem sicca atque in puluerem tusa, recentes plagas cruentorum uulnerum claudunt. Nucleus persicorum capitis dolori cum oleo tritus illinitur, quamuis cum solo roseo quidam terere maluerint. Gummi gutta quam persici truncus illachrymat, fluenti aluo medetur, eadem cum uino etiam in uesica lapillos frangit, trita ex aceto impetigines reprimit, decocta cum croco tumorem faucium mitigat, arteriæ asperam canalem leuiorem facit, excreantibus sanguinem miro modo subuenit, thoracis obstrictus sinus referat, uitia pulmonis expurgat.

De Cytreo. Cap. XLIIII.

Non una eademque uirtus in omnibus cytrei partibus continetur. Nam semini acidam potestatem, ac per hoc stypticam inesse manifestum est, denique pregnantibus fastidio laborantibus esui datum, stomachum à nausea uendicat, tritum & in potione uini datum, lieni medetur, querelis iecoris occurrit. Aqua tritum & inspersum, humidis uulneribus adhibetur, inde pernionibus singulare præsidium est. Cortici austerior natura concessa est, quæ quantum ualeat etiam ipso dolore testatur, qui modice sumptus, aut potioni calidæ diutius immersus, maturæ digestionis beneficia operatur medicamentis, quæ purgando uentri præparatur. Succus eius admixtus turbationis periculum demit. Fit ex cytreo nobile antidotum tussientibus, quod eximie pectus exonerat labrasion, quod apud medicos hoc uocatur, sed maxime uirtus eius in cytreo constituta est. Id uarie quidem apud multos, uerum explorata & recepta eiusmodi compositione conficitur. Recipe cytrei unciam unam, marrubij unam, hyssopi unam, enulæ unam, glycirizæ unam, iunci radicis unam, pulegij scrupulos sex, roris marini sex, pineam integrâ unam, palmulas costas xxi. carycas xxi. quæ omnia in aqua fontana infundantur, & ibi die ac nocte mergantur, post aqua ipsa cum pigmentis sicut infusa sunt decoquitur, & inde colata despumato melli miscetur, mollique igniculo ne aduratur hucusque incælescit donec subacta in mellis crassitudinem transeat.

De Mespilo. Cap. XLV.

Mespili arborē Dioscorides contentus agrestem nominasse præterijt. Hoc tamen asseuerant quod poma eius & folia uirtute non discrepent. Sed & cæteri diligentius, qui & uocabulum eius aliud addidere: apud quosdam nanque tricocta nominatur ex tribus granis, quæ ad seminis sobolem retinet intus inclusa. Austerum semen est mespili, fructum & ante uirtutem gustus ostendit, sed & fluxus uentris in

alias Cytro.

todore

C modicos fortissime detinet, stomachum dissolutum uehementer astringit. Sunt etiam qui putant dentibus non leuiter subuenire, si in dolore mandatur. Folia quoque eius & cortex, itemque radices eius tuse & impositae cuiuscumque feruori & tumori subueniunt. Sicca & trita cum melle, ad cicatricem uulnus adducunt, hausta cum dulci solent sanguinem reijcientibus operae ferre, & cum uino propinata ueneficis potionibus repugnare.

De Zizipha. Cap. XLVI.



† praeuuant

† splenicis

Zizipha modicum cibum corpori praestant, licet illis saporis nonnulla gratia lenocinetur. Habent tamen plurima incommoda, aegre conquuntur, sitim accendunt, † praegnant stomachum, difficillimum reddunt officium uentris, ex quibus aspera uis eorum & primum ligno fortita deprehenditur. Folia tamen ipsa poma contrita & imposita † splenicis & hydropicos adiuuare certissimum est. Radicis & corticis eadem uirtus habetur, quorum succus ex melle coctus tussim mitigat, cum mero mixtus icori medetur, uescam leuat urina largiori.

De Fico. Cap. XLVII.



D

Ficorum natura calidissima est, sed quod ad poma pertinet nimium recentibus austeritas inest, et ideo tales stomachum inflant, & intestina perturbant modice quidem, nam statim per aluum defluit omnis iniuria. Quae igitur maturiores sumptae sunt prope innocuae creduntur, & corpus sic sicuti siccae saginae: denique athleta ante ficis alebantur priusquam eos Pythagoras exercitatos ad carnis usum, qui fortior cibus est transtulisset. Siccae tritae & impositae, uehementes tumores aut maturant, aut discutiunt efficacius, si in eis nitrum uel hyris accesserit. Coctae ex aqua cum hyssopo dant potionem quae pectus expurget. Item coctae cum uino sedi tumenti praestant salutare fomentum. Ipsae panno illitae & impositae paniculas, parotidas, furunculosque rumpunt. Itemque cum focenugraeco ex aqua decoctae fomentum faciunt, quod uitia matricum extinguit, cum ruta & melle succum dant, qui a pleureticis & pulmone uitij salubriter hauriatur. Cum aeris flore tritae, molestissimis tybiarum uulneribus imponuntur. Tritae cum sale scorpionum plagis medentur canceratis: quanto pinguiores fuerint tritae & impositae, tanto efficacius subueniunt. Hydropicos extrinsecus siccant ex uino contusae, & cum absinthio & hordeacea farina in modum cataplasmatum adunatae combustae & tritae.

De Sorbo. Cap. XLVIII.



Surimis medicis placet sorba pro medicamento magis quam pro cibo esse sumenda, & quidem alba adhuc & semicruda deiecta uehementius solutioni uentris obsistunt, stomachum praegruant, ueruntamen matura siccata subleuant, fastidia pellunt, uulnera interaneis innata delinunt. Quidam sicca sorba tusa urinam soluere, & pro polenta cum uino splenicis & icore laborantibus, maximeque pulmonis molestiam sentientibus obtulere. Aqua uero in qua decocta sunt, non minus & ipsa causis supradictis potui oblata succurrit. Dysentericis quoque iniecta medicatur.

De

De Siliqua. Cap. XLIX.



Siliquæ recentes stomachum auertunt, aluū soluunt. Eadem sic-
cata in contrarium poscunt. Cibus earum ad urinā proficit cō-
mouendam, traditurq̄ contra stomachi dolorem non lene præ-
sidium, si ternæ in sextario aquæ ad dimidias decoquantur. Isq̄
succus per dies quinque continuus hauriat̄. Galenus tamen de siliquis pessī-
me sentit, quod uix digerant̄ & uentrē stringant, & humores noxios nutri-
ant.

De Ceraso. Cap. L.



Cerasi uiridis pomum uentrem humectat & prouocat, aridum
siccatur & detinet, stomacho uiride contrarium, siccum perquam
utile accipitur, & hoc quidam existimant urinam mouere. A nō
paucis autoribus traditur, si mane recentia cū suis nucleis deuo-
rata sint, aluum tam copiose fluere, ut ex eadem causa etiā pedes morbo im-
plicati liberentur. Fit ex his diacerason, quod omnibus notū est. Galeno
placet non in omnibus cerasi pomi unam esse uirtutem. Nam in quibusdā
austerus sapor, in quibusdā acidus, in quibusdā dulcis apparet, & uult
austera ad hoc ualere ut uentrem constringant, stomachū confirmet. Aci-
da iudicat phlegmate abundantibus stomacho opportuna, nam magis sic-
cant, & crassitudinem densioris humoris incidūt. Dulcia stomacho aduer-
sa pronunciat, citius tamen per intestina defluere. Gummi quod truncus il-
lachrymat, exasperatas arterias optime lenit, si in uino ueteri detur in sorbi-
tione resolutum. Simili modo datum fastidiū stomachi nauseantis auertit,
& e facie sceditatem palloris excludit cum mero haustum. Calculos etiam
quibus uesicæ cannalis obstruitur in harenæ puluerem soluit.

De Amygdalo. Cap. LI.



Amygdalū recens, ut multis uidetur, stomachū onerat. Dioscori-
des uero etiam stomacho prodesse arbitratur, si cū folliculo suo
nucleus deuoretur, caput prægrauat, caliginem nutrit, cupidi-
tatem Venereæ uoluptatis etiā accendit. Sicca uero cōtra ebrie-
tatem ualent, si ante uinum quinque sumantur. Sitim ex his inflammari illo
argumento docetur, quod uulpes quū amygdala deuorauerit, nec aquā in
proximo habuerit interire credatur: somnū faciunt, urinam mouent, scēmi-
narum iusta præcipitant. Amygdala quoq̄ cum menta trita & in potionē
perducta, sanguinē reijcientibus profunt. Oleum in quo decocta sunt infu-
sum capiti caducos & lethargicos excitat, ulceribus canceratis & caninis
morsibus trita cum mella subueniunt, dolores iecinoris ac renum coctorū,
in aqua potus extinguit, admixto modico passo quo solet potionis eiusmo-
di amaritudo leniri, cum resina terebynthina procemata data calculos fran-
gunt, obstrictum canalem uesicæ laborantis peruium præstant, tussi & co-
lo profunt, cum theliliface ac melle contrita, & in auellanæ nucis magnitu-
dine sumpta. Fit medicamentum ex amaris amygdalis, quod Dioscorides
diaamygdalon appellat, spleni et iecinori, maximeq̄ aurugini necessariū.
quod conficit sic. Accipe amygdalorū uncias duas, gentianę iij. anisi duas

thelilifate

C absynthij pontici unam, quæ omnia simul tusa cribrantur, & ex eo puluere cochlear ex aqua datur. Mulsam miscent qui nimiam amaritudinē uitant, uehemens namq; hoc esse etiam domesticis in uxore seruata experimentis probauit. Gummi quod amygdali arbor exudat, mixtum potioni reijcientibus sanguinem saluberrimum creditur, tussim mitigat cum mero potum. Eadem & cæteris arboris partibus uis inesse traditur, ut folia uel cortex ad tempus sumpta aperiant, purgent, extenuent.

De Auellana. Cap. LII.



Auellanæ in cibo sumptæ dolorem capitis incutiunt, inflatione stomachum distendunt. Corpori sanè pinguedinem conferunt, sicca in uase fictili si torreantur distillationibus mitigandis utilissime offeruntur, trita ex aqua mulsæ potæq; etiã uetustissimæ tussis molestiam sedant. Alij uero tritas & cū passo bibendas dedere ad pulmonis & iecoris uitia sananda. Multi cum pipere miscuere, & cū uino propinatas contra catharrum, & tormenta uentris, & urinæ distillantibus angustias ualere senserunt: cum axungia uel adipe ursino contrita, & alopecuris illita capillorum damna restitunt. Aiuntq; oculos infantium cæcorum ad colorem nigrum posse reuocari, si adusta cum oleo cõterantur, & ex eo cerebrum quotidie perungatur.

De Pistatio. Cap. LIII.

D



Pistationum uirtus austera & styptica, & propè aromatis gratia iuncta colligitur, ideoq; etiam stomacho accommodata creduntur. Maxime tamen constat ea & thoracis, itemq; pulmonis & iecoris uitia purgare. Trita uero cum uino contra mortuum serpentum profunt.

De Castanea. Cap. LIIII.



† suo cortice

Castanæ ex omnibus fortissimum quidem cibum corpori præstant, sed qui difficile cõcoquatur. Coctæ autem in carbonibus uel in fictili uase sicco assatæ, & cum melle ieiuiis datæ, tussientibus profunt. Aqua in qua cum † succo cortices coquuntur cephalicis, dyssentericis, sanguinem reijcientibus bibenda haud inutiliter propinatur. Interior membrana quæ corticem fructumq; discernit ad tertiam partem decocta in aqua, & potui oblata, mire aluū fluentem refrenat, adeo ut Dioscorides putet etiam cathartico data, per hanc potionem iri obuiam posse, si plusquam necesse sit purget.

De Nuce. Cap. LV.



Nux uiridis utpote adhuc aquatioris humoris styptica & frigida uirtute censetur. Potens deniq; & stomacho aliquid uigoris acquirere, & uentrem cum garo sumpta mollire. Nuces autem sicca duæ cum carycis duabus, & uiginti rutæ folijs addito salis grano simul conteruntur, nullisq; uenenis opprimi poterit ea die quisquis

A quisquis ieiunus acceperit. Inter Calendas & Idus Iulij centum numero nuces statim ut arbori demptæ sunt cortice adhærente quassantur. His admiscentur aluminis schisti libræ tres, & in nouo fictili uase ponuntur. Super hæc infunduntur olei boni libræ tres, & diligenter in loco neque humido, neque nimium sicco obruuntur: post nonaginta dies dabunt oleum, quod fluentium capillorum damna restituit. †sciffi

De Pineæ. Cap. LVI.



Optissimus ex nucleis cibus est, & humores optimos gignit, & sitim sedat, ac stomachi acrimoniam temperat, purgat urinam, præstat antidoti uicem cum laseris uncia una, nitri una, cymini una, palmarum una, quæ omnia in oxymelle resoluta iucundissimū præstant oxyporium, si unciam nuclei triti simul accipiat cū uuis passis. Nuclei frequentius sumpti, excitare creduntur tardiores ad usus Venereæ uoluptatis. Ipsæ uero pineæ cum resina quam gerunt tusæ singulæ in singulis sextarijs ad dimidium decoquuntur, ex eo quotidie binos haurire cyathos excreantibus sanguinem salutare est. Cortex autem arboris decoctus in uino, efficacissimam potionem contra uentris tormina subministrat.

De† Myxis. Cap. LVII.

† Myris



B Dnancq; genus manifeste stypticæ uirtutis asse apparet, & frigida, quamuis plurimum illi de rigore siccitas decoquat. Verum & ardores febricitantium extinguit ore compressum, & sitim mitigat, & in cibo sumptum, stomachum erigit, solutioni uentris obsistit, tritum & cum polline impositum, collectiones suppurare non patitur. Ossa combusta & in puluerem redacta butyro & melle comitantibus non abiecti uigoris xirocollyrium præstant.

Xirocollyriū
magnæ uirtutis.

De Spomelidibus. Cap. LVIII.



Oc pomum Dioscorides frigidissimum affirmat, atque ideo ad laborem digestionis incutere, stypticum tamen & stomacho accommodatum pleriq; dixere. Arboris eius natura cū malis congruit, aliquanto quidem infirmioris, & (ut diximus) propemodum potest in cauis similibus assumpta medicari.

C. PLINII SECVNDI

DE RE MEDICA, LIBER

QVINTVS.

Victus in fluoribus capillorū ratio. Caput primum.

vniversum
hūc de ratione
uictus in omni
bus morbis li-
brum die, dia
ωασωp titus
lo reclamare
ñ uel) τυφλω
γε δ'ηλοp, tãz
et si totus in co
dice uetusto,
quo usi sumus,
habeatur.

† is eas, quas
alij reas uel
izeas appellāt



Ibos igitur accipiant acros, qui magis aperiāt poros, qualia sunt erucæ, cardamomū, porrū, cæpa uel allia. Hæc enim omnia quæ condensantur habent uel poros cōstrictos inuutilia sunt. Quibus autem ex raritate pororum profuunt capilli contraria sint hæc, necesse est. Utantur etiam intubis, lactucis, maluis, ouis mollibus, pane nauali, & siliginis in aqua calida aut frigida infuso. Melones quoque accipiāt, cucumeres, pisces, duras carnes habentes, ac porcinas carnes recentes: & nihil ex eis quod pingue est sumant. Accipiant uero steriles & pedes de bubus & cecis & pectines & conchyliis, à uino abstineant & maxime ueteri. In balneo uero quū lauerint, aqua antequam intrent infundant caput, & iterum in piscenam intrantes, caput sub fistula ponant.

Si de hepate caput dolet. Cap. II.



D

Ibos accipiant frigidam habentes uirtutem hora secūda aut tertiam, panem accipiant in aqua calida infusum aut cætrum, aut melum, aut aliquod quod in frigidare possit pomū, & cū cibo urantur, aquam frigidam si in usu habent, bibant adhuc amplius, ut certe toto prandio cum uino mixtam ipsam aquam bibant frigidam, & modicum uinum. Sed & omnibus diæta talis sit sic patientibus: necnō & illis qui calidum habent uentrem, uel stomachum, aut splenem, talia sunt faciendā.

Si de uino caput dolet. Cap. III.



Ibum offeres, panem ex aqua cocta oua à pala columbarum, & pullorum ascellas, & gallorum testiculos, sitque omnis cibus euectus, & qui uapores prohibeat.

Si de percussione caput dolet. Cap. IIII.



Inum ab initio prohibendum est, carnesque & omnis cibus fortior, quod si febres sint, succus ptyfanæ dabis, et uitellos ouorum ac maluas uiscellatas, lactucas, intubos & cucurbitas.

De ratione uictus phreneticorum. Cap. V.



Primordio ptyfanæ succū bene coctum, si autem non est eis suauius, cum granulis dabis sine aliquo condimento. Adde eis oleū aut rhodomellis aliquantulū, quod si adhuc suaues non sint ptyfanæ, his dari oportet auenæ succos aut cedos. Si uero abhorrent sorbitiones panem in aqua calida infusum dabis, & magis cum holeribus comedant, qualia sunt maluæ, intubi, elixæ interdum & nō coctæ fatis, & sic caules tyrsosque coctos lactucæ dederis, & melones, & cucumeres, & interiora ipsorum. Pisces dabis echynnos & pectines, poma accipiant per-

fica

A sica duracina, cerasia, mela, & malogranata, sed hæc omnia anà modice. Potionem quoque eis dabis subinde, & paulatim calidam aquam omnino bibere oportet. Nam si sit phlegmon intrinsecus non paruum periculū accedit, cautiùs quæ est calida aqua uti quàm frigida: & si febre & alienatione cauerint, tunc præsumendum est uinū dare eis qui habuerint usum propter somnietatem.

Dieta in lethargo obseruanda. Cap. VI.

Danda sunt succus de amygdalis cū modico melle coctus & ptisanæ succus habens, comas porri aut apij radices aut hyssopi, si febris non est: quod si febris est, hyssopum non mittas: sufficiunt enim apij radices cum simplici oxymelle admixto. Post ptisanas uero dabis & micas panis cum apomelite ac hydromelite, ac post, digesta ægritudine uinum dabis anà modice.

Dieta epilepticorum. Cap. VII.

Ibos accipiant, panem bene coctum, & optime infermentatum, & maxime in clybano coctum, calidam aquam bibant. Coriandrum autem si comedāt prohibet humores ascendere in caput, quod maximū adiutorium est. De holeribus uero manducent betam, caucaliam, rapam & porrū mixtum. Cōdimenta autem ipsorū ex oleo & sale mediocriter supersparso. De uolatilibus gallinas, phasianos, sed nō saginatos, & de anseribus alas, collum, caput, & pedes, et græculas & aues omnes, præterquam quæ in paludibus & in aquis degūt. Ius etiam prohibendum est ad bibendū: admiscenda uero sunt nouem aut undecim grana piperis, aut anisum modice. De carnibus autem bonum est omnino nō manducare, & maxime porcinam aut bubulā, sed & alias carnes modice pro desiderio accipiant, & nō pingues: ipsas uero carnes in sinapi intingant, & apozima magis quàm zima bibant, cæpas & daucum non manducant neque † esmerinon: apium uero in omnibus prohibendum est. Pisces dandi sunt, merulæ, turdi, aut scorpion, aut † scardus: pinguis autē & pe laicus prohibēdus est. De fluuiialibus edant eum qui dicitur andromis, sed cum oxymelle manducēt, aut modico pipere, cocleæ fugiendæ sunt, echynus manducandus ex interuallo, aptus est enim stomacho, & urinā mouet, accipiant aliquid apozima calidum, quale est † absentiatum conditum. Carnes autem prohibendæ sunt usque ad perfectā sanitatem, et à leguminibus abstinendum maxime, si lenticulam uoluerint manducare, cedrum ibidem bulliat seu pulegium aut piper. Poma autem bonum est eos fugere, quod si utiq; accipere uoluerint, causa sanitatis modicum assumendum est, & maxime post cibum. Tragimata etiam fugienda sunt, qualia sunt nuces † dactyli. Pistacia autem & uuæ, nucleus quæ, uel quæ de amygdalis fiunt à pistatoribus, non sunt fugienda, uinum quantum ad ipsam passionem pertinet fugiendum est maxime uetus, modicum uinum album lene sumendū est propter usum, & omne quod ex lacte fit, ipsum quæ lac fugiendum, & omnia dulcia fugienda sunt.

† esmon, id est, cruca.
† scoron

† forte absynthiatum

† dactyli

De melancholicis. Cap. VIII.

C

Pisces aspratiles,
hoc est squamulosi.



Ibus eorum sit ptisana quam mane accipiant cum granulis suis hora secunda in prandio, aut pisces aspratiles & domesticos pullos uel gallinas, et aues alias quae non in paludibus degunt, & pettines & astaces & ychinos. De holeribus autem lactucae & intubi omnino comedenda sunt, & maluae: omnia alia prohibenda sunt. De pomis, pepones cucumeres, & uuae dulces duracinae, & mela quae non sunt styptica. Ficus autem omnimodo prohibendae sunt, quod si accipiant, duae aut tres, & haec satis maturae sunt dandae. De placentis autem omnia prohibenda sunt, propter quod cum caseo factae sint: uinum autem bonum est dare chryfaticum, & hoc modice, quod si istud non inueniatur, dabis uinum quod nihil habeat repercussionis aut stypticum, aut aliquam austeritatem, ne quum bibitur caput petat. Carnes autem & fortiores cibos adsumere aegrotantis ad melius accedentem ordinandum est, paulatim augmentando, & non facis de subito: quod enim paulatim fuerit oblatum, melius est & cautius transire ad fortiora paulatim. Post balneum autem mox non bibant uinum nisi si calidam aquam, & sic cibum sumant, sicut iam dictum est, & prandere uolentibus offerenda est iterum calida aqua. Hoc enim modo dieta obseruanda est, & tunc conuenit fieri quando iam uidetur uiolentior in cerebro effecta materia, constricta & pinguior effecta.

De oculorum passione. Cap. IX.

D

Orphus piscis.



Ibos mitiores & sine mordicatione accipiant, et qui pinguiores reddant humores, id est orphos & alios pisces, duriores carnes habentes, glaucum, cyridiam, ex ipsis sicciore. Holera autem, intubas et maluas. Ex pomis mela, melones, uuas dulces. Ficus autem nullo modo sint accipiendae in oculorum dolore. De cetrione uero cortex danda est, & bibant calidam aquam. Vinum si uoluerint bibere, chryfaticum eis dabis, aut dulce, aut aliud quo impinguari possint humores.

† Citro

De aurium passione. Cap. X.

† Citrum



Ibus eorum sit succus ptisane, & alicae, & cetrionum ac similia bene cocta, similiter & ouorum uitelli utilissimi sunt, & maluarum caules, & pisces aspratiles, & pipiones, & de domesticis pullis extremas partes, sicut & ad omnium diuersitates parotidum uti oportet.

Dieta in faucium morbo, quem Graeci σωάγγη,
Latini anginam uocant. Cap. XI.



Anginae tres species sunt, scilicet: synanche, cynanche, & paralytische. In quibus primum omnium aquosa mulsio, quae ualet extenuare & purgare per urinam & uentrem, exhibenda est. Quibus thorax & pulmo suspirat, ministranda est mulsio per dies tres, ac post diem tertium succum ptisane & ouorum uitellos dare mollissimos & non multos oportet. Utilissimum quoque cibi abundantiam fugere uelut ma-

A lut magnū malum. Si em̄ in periculo sunt, modico cibo accepto, si plus accipiant, magis existimandū est. Hęc ergo sufficiat de synanche laborantibus dixisse.

Dieta Catarrho laborantium. Cap. XII.



Libus eorum holera & amyllum uel lapatium, ptisanæ succus uel alicæ, aut lens cum melle modico cocta, et omnes pultes cum pipere albo, & falsamenta quæ uolent, oua quoque à pala comedant, sitim uero dissimulare multum adiuuat, ebrietas aut potio multa fugienda est: & sicut diximus, omnes cibos falsos comedant.

De pleureticis. Cap. XIII.



Libus dandus est pleureticis succus ptisanæ quamoptime coctus, si uero nō fuerit coctus inflat hypochondria: amygdalas autē purgatas & tritas admiscebis ptisanis, ut simul coquantur, & succum acalifis seminis admiscebis, in ptisanæ succum aut hyssopum simul coques, succum quoque ex amygdalis eis dabis, cui modicum admiscebis mel. Est autem melius, si mane succum ptisanæ accipiant, & ad uesperam succum de amygdalis. Quod si uirtus infirmantium imbecillis tibi esse uidetur, & de pane mundo micas dabis cum apomelle, aut dulci hydroto sato. Is uero qui uocatur cyuariticon fugiendus. Est enim qui & febres accendat, & caput petat, ita ut alienationes faciat. Vnde & melius est si uirtus imbecillis uidetur dare modicum cinidij aut hydromelon. Si autem micas de mundo pane non habent qui infirmantur, ad accipiendum in aquam dulcem potionem accipiant, & zemon sine oleo factum, ac solam gallinam dabis, sed modice quibus uirtus imbecillis est, & cibum fastidiunt. Sed & pisces & maxime cyclos. Est em̄ piscis molli carne, & natura humidus, & digestibilis, quem & ptisanas maritimas uocant. Pectines autem qui dicuntur & omnia ostracoderma fugienda sunt. De holeribus uero. Holera prohibenda sunt, si aspera lingua non sentiatur, & sitis nimia non sit, & non febriat satis, quod si febriat, non est malum si dederis maluas coctas in uiscello, aut intubos. Similiter & mela danda sunt. Calida autem aqua est ministranda, & mulsam calidam quotidie bibant.

Quæ in pleuretide seruanda dieta. Cap. XIII.



Sca eorū utilissima succus ptisanæ, orizæ, palmulæ Thebaicæ, succus arnoglossæ: Pusca uero bibenda est. Facit & foenugræcū si fusum in aqua coques cum carycis, & ut electuarium dabis in cibo & pulte & oua à pala, cerebellum porcinum uel agninum aut hædinum cum paruo sale & oleo.

Dieta stomacho existente frigido. Cap. XV.



Andum est uinum rubeum & cibi pingues, ac magis oleum habentes, phasiani, pingues carnes habentes. Carnes quoque porcorū pinguiū & olea. De holeribus brassica tertio cocta & comixta cū apozimo in uino condito, caules ipsi similiter aut rape, aut polenta, id est, alseta, pultes, alica cum uino Tyro. De auibus autem, perdices, merulas, turdos, anates. De carnibus, caprina & ceruina. Poma etiam

C quàm maxime sunt fugienda. De tragematibus uuæ tantum, & sufficiat.

Si de calore nimio fiat fastidium. Cap. XVI.

τραγήματα,
id est, secunda
mense.



Ibos dabis panem mundum qui utilissimus est in aqua calida acceptus, et oua dura hora diei tertia, et holera intubas, et lactucas, ac maluas. Et de auibus domesticis, gallinas non satis coctas, & de anseribus extremas partes, & pectus de phasiano. Syluestribus uero omnia sunt prohibenda. De piscibus autem utantur, duras habentibus carnes, qualis est acerma, orphon, caclon, cerida, cocida, & astopodes ac lepias, & ostragoderinas, id est astagines, & ciretias, & pectines, etiã cocleas comedant: legumina, faseolos, fabam, orizam, poma, mala dulcia, uiam dauracinam, cedria, melonis carnes & cucumeris interiora & persica duracina, & balneis de aquis dulcibus utantur.

Si de glutinosis & pinguibus fiat. Cap. XVII.



Are oportet ea quæ extenuare possunt humores, dabis igitur eis capparum in oxymelle compositam, & oliuas omnes quæ in sale aut oxymelle cõdiantur. Sed & sinape forte ad subtiliandu cum melle & aceto manducatur.

Si de calida distemperantia fiat fastidium. Cap. XVIII.



Are oportet quæ infrigidando iuuari possunt, maxime quæ de aceto conficiuntur. Puscam potui dabis, & panes ibidem infusos in pusca & oxygala & mela. Lactucas quoq; & intubos atque aquam frigidam mediocriter.

Dieta cardiacis obseruanda. Cap. XIX.

D



Aligranati grana sumpta, siue succus eorũ acceptus prodest, sed & mela non satis dulcia & mediocriter styptica, piraq; & persica duracina, uuæ quoque quæ austerum aliquid & stypticum habent, & panis in aqua frigida uel calida, si is qui patitur si temperantia satis calidæ, & in ore stomachi contineantur humores. De piscibus uero polypus, bulbus, & pectines, astaces, hysices, & uetres anserini, pedes etiã porcini, & quæcunq; nõ facile corrumpunt, aut cetría foris mundata.

Si melancholicus humor uomitam exegerit. Cap. XX.

i N primis dabis eis ptisanæ succum, ac deinde mulsam aquosam.

Si ex cholera plenitudine effusio nimia uentris uel uomitus existat. Cap. XXI.



Portet in potionibus et cibis frigidam & humidam uirtutem habentia adhibere. Igitur ptisanæ succus potus utilissimus est, & lactucæ datæ cum modico aceto similiter, & intubus, troximadq; & panis in aqua frigida infusus. Pisces omnes, duras carnes habentes. De carnibus uero uel gallinarum pullis uentriculos dabis. De pomis quæ matura sunt, mela, pira, malagranata, & uias quæ pependunt. De tragematibus castaneas dabis etiam eis potionem aquæ frigide aut omphacomellis, aut hydromellis, aut certe uinum modicum.

Dieta Sorani de peripleuonicis. Cap. XXII.

Dabis oua forbilia & succum ptisanæ aut amyllum sine liquamine, ex pipere mulsam quotidie ieiunus sumat, & quoties bibere petierit ipsam bibat, in qua mulsæ elixanda est ruta aut amygdalæ amaræ, aut hyssopum seu origanum, aut polygonum. Nam & succus polygoni bene facit.

Dieta tetanicis. Cap. XXIII.

Cibi eorum solubiles esse debent, id est pulles nitidæ, uel cerebellum. Remouendum uero est quod rheumatismum facit. &c.

De hepaticis. Cap. XXIII.

Dandus est succus ptisanæ & auenæ, danda est quoque amygdala ad edendum. Oua uero prohibenda sunt, micas panis aut abatas aut coctas accipiant, sed non multum: omnia alia defrutenta fugienda sunt, qualia sint simula, hydri, pulles & placētæ. Piscia aut omnia fugienda sunt & styptica, neque malagranata danda sunt, neque aliud aliquod pomum, neque uinum dare oportet, & maxime ignitum. Vinum quod non est stypticum utile est, dabis & apozima quod sit de apij radice.

Dieta hepaticis calidioris distemperantiæ obseruanda. Cap. XXV.

Danda sunt succus ptisanæ, & panes qui cum decoctione apij radicis colligunt, intuba, cicoria, & occus. Hæc enim holera ad calidam distemperantiã iuuant, & frigidam non lædunt. & coriandrum in ipsa coctione admiscebis & apium. Oua aut fugere oportet, maxime si dura sint, calida non dare, neque cedrum aut hydri. Si uero supradictæ herbæ non sunt, dare poteris lactucas in uiscello coctas cum apij radice, sed & betas ministrabis coctas, uel solas uel cum maluis, ubi & acetum modicum mittatur. De uolatilibus gallinas domesticas cum uiscello supradicta holera in condimento habente, cuminum uero aut origanum non est bonum. Perdices utiles sunt & phasiani. De anseribus uentres, cantulas, merulas, turtures, & minutas ministrabis aues. Anates aut & omnia quæ in paludibus degunt, aut raro aut nullo modo danda sunt. De piscibus uero maxime marinos dari oportet, sed aspratiles, quales sunt merula, scaurus. His aut qui habent acredinem uel calorem, & fortes sunt, nihil habentes mellis aut liquaminis, aut salem satis. De quadrupedibus aut offerendi sunt pulmones & intestina, aut ex eis scordola facta aut mazachara. Poma aut dura & dulcia, mela uero oportet assa & elixa cum gallina dare. Quum autem assantur mela non urantur, sed multo tepore assentur. De malis granatis etiam granula dentur ante cibum cum modico pane, & post cibum uua duracina, & de utroque quæ sunt mollia & cerasia pira, et mespilas semel aut bis, tragemata quoque offerenda sunt, uua quæ dicuntur lapsanæ. Nuces aut & pistacia & nuclei pinei fugiendi sunt, castaneas uero dabis. Diximus succum ptisanæ utilem esse in hac causa, & ipsa grana lota danda sunt. Sed & holera maxime intuba &

Aspratiles piscis sunt merula & scaurus.

trozima, propter quod & sola ipsa data, aut cū gallina aut perdice, aut uentre anserino, aut cum carne aliqua cocta bene facit. Holera etiam hæc aut cocta aut cruda utiliter dantur in hac passione.

Dieta frigida distemperantiæ hepatis siue uentris. Cap. xxvi.



Andus est panis calidus ad edendū, aut per se, aut cū uino infusus styptico, de holeribus brassica tertio cocta in aqua mutata sic infusa in uino est danda, sed quando cōdita est, aut edatur per se, aut cum intubo, aut ocymo, aut cū gallina, aut cū perdice, seu cū turdo uel merula. Manducare etiā oportet uentres anserinos & hysices & carnes affas, sed rarius. Secūda dieta ordinanda est hoc modo. Punicū dandū est bene coctum & pultes de milio. De piscibus dandi sunt merula, cossifus, cereda: castaneæ etiā affæ mediocriter, & nō frequenter, & uua: cōfortant enim. Pistacia & nucleos pineos & amygdalas fugere oportet. Lac dandū est caprinū aut uaccinū cum petra fluuiali coctū. Aliqui etiā mel addunt cum lacte, oportetq; spumā lactis quā feruet tolli, & postea puluerem myrti aut sorbi sicci superaspergi, & de dragematibus uua: quæ reponuntur utiles sunt.

Dieta dyssentericis obseruanda. Cap. xxvii.



Alicam imprimis digestibilis est.

D

Frumentō pultes dandæ sunt, sed alicam plus digestibilis est, oriza minus nutrit, sed plus stringit. Pultes de farre & milio & de panico & Alexandrino pane & hydri dandæ, & pro cōdimento anetum mittas, pro oleo adipem anserinū aut pullinū, sed ante te coquantur ipse pultes in aqua, & sic mittas lac ante coctū & despumatum ibidemq; admiscens ros marinū & grana malignanati trita. Mela quoq; & cydonias purgatas & uuas tritas in aqua unde pultes fiant, ante coques sorbos aut pura cruda, aut matura, aut mala cydonia, aut mespilas, aut siliquas, aut daptylos, similiter & caseū recentem colabis per cribrū, & condes inde pultes, dabisq; ad edendū: quod si pulterem recusant, alicam dabis eis uel orizam cum aqua in qua coxeris daptylos aut damascenos seu sorbos, siue res qua superscripta. De leguminibus uero lenticula danda, cui tollis corticem & quā purgata fuerit, rore marino & de adipe superscripto cū modico acetu condies, & sale modico, & quā fuerit condita, in modū sorbitionis cum ipsa pulte lenticulam ad edendū dabis. Ptisanæ per se nō sunt styptica, sed laxant. At uero de holeribus dabis plantaginem, intubas, maluas, coctam betam & bene expressam, & cum aceto tritam atq; conditam. Ea uero quæ cruda manducari possunt, cū pane edantur. Brassica quoq; uel caules montanæ bis coctæ impinguant quidem, sed conspissant stercora: assumantur autem cum aceto, sale, & oleo condita. De maritimis uero piscibus nō multum sunt qui expediri possint, sed scorpinam accipiat conditā aceto & cymino: sic etiam astago datur, ostreaq; affata testa iuuat. Carnes uero omnes sunt inutiles de agrestibus auibus, quod genus sunt turdus, perdices, turres, merulæ, strumi, & columbi, & maxime pipiones omnes nō saginati edendi sunt in pulca, & deinde affandi, melius si intrinsecus mittatur myr-

A tus, aut sorbus tritus, succus aut incisus minutatim, aut mespila, aut pira uiri-
da aut cydonia mala intrinsecus cocta, & deinde assata. De quadrupedibus
omnes carnes prohibendæ sunt, præter lumbos solum porcinos aut hedi-
nos quos comedant. Oua quoque gallinacea elixata in pusca donec indure-
scant, sublatos uitellos solos assabis super carbones & cū aceto ac rore ma-
rino trito dabuntur ad edendum. In pultes etiam ros marinum mittes, aut
desidia modicum, aut gallæ, aut omphatij. In ptisanam etiam coques ungues
uitulinas & comedat ptisanam conditam cum aceto. De pomis uero, dulcia
poma quæ uentositatem generant prohibenda sunt, danda sunt pira, sorbi,
mespilæ, ac mala cydonia, ac uuæ in olla aut fumo suspensæ, quas cum sem-
ine suo comedat, donec ipsum semen in ære minutetur. Ipsa uero poma cum
pane sunt manducanda, malagranata constringunt, sed corrumpunt. Da-
ptyli cum pane manducandi sunt.

Dieta splenetica frigidæ distemperantiæ. Cap. xxviii.

Risces aspratiles accipiant, & gallinas domesticas phasianosque &
perdices, & omnes aues quæ in montibus degunt, & columbos
à matre subductos. Carnem porcorum mediam ætatem habentium,
& hædos anniculos seu bimatos, & ptisanæ succum cum optimo
melle ac pipere, sed & modico, quia omnia dulcia naturaliter contraria sunt
sicut est uinum dulce, quod & ipsum prohibendum est.

Dieta calidæ distemperantiæ splenis. Cap. xxix.

Eruinam carnem edant, à lenticula prohibendi sunt. Oriza &
auellana sumendæ sunt. Panis de symula utilis est. Casei recen-
tes & lactantes dandi sunt. Carnes autem recentes hædinas he-
rinaceorum, spondiles, asparagos, brioniam, omnia in balsamen-
to, uti autem uinum sit stypticum cum calida temperatum, comodant etiam la-
ctucas, blitos, atriplices, cucurbitas, ptisanæ succum, ac balneo de aqua dul-
ci utantur. Dandi sunt autem eis & pisces aspratiles, & de auibus omnes,
præter quam quæ in aquis ac paludibus degunt.

Dieta hydropicis siue hepate laborantibus. Cap. xxx.

Panis clibanitis dandus est, habens in se seminum genera consper-
sa, anisi, cymini, fœniculi, & fenonij. De holeribus apium petro-
selinum, & daucum, erucam, pulegium, rapam & caules, atque
alia quæ sunt his similia accipiant, quæ extenuant uel euacuant
& calefaciunt. De uolatilibus pullos & aues agrestes magis quam domesti-
cas, qualia sunt merulæ, turdi, turtures, uel minutæ aues præter illas quæ sa-
ginatæ sunt. De piscibus aspratilibus uiscellatum cum aniso conditum aut
pipere modico. De carnibus uero, carnes agrestes, quales sunt ceruina, ca-
prina, aprina, capulina: lepores prohibendi sunt. Fiat autem coctio eorum
cum liquaminibus quæ extenuant cibos & assatos magis iuuant. Legumi-
na omnia sunt prohibenda, castanæ & nuges accipiendæ sunt, amandule,
pistaciæ, uuæ, daptilique raro sunt accipiendi. Uinum Tyrium & Asoricorum
maxime uetus plus omnibus propinandum.

Carnes agres-
tes.

C **Dieta hæmoptoicorum. Cap. xxxi.**

It omnis cibus eorum substypticus mediocriter succus alicæ aut ptisanæ, melior est autem si de amylo triticino sit ex modico amylo coctus, cum ipse autem succo ptisanæ de amylo facto utaris & succo farris aut de symila bene facto, & micas panis accipias in aqua calida, & ouorū uitellos qui utiliores sunt, quàm ullam sorbitionē, aut quemcunq; cibum calidum dare, sed omnia sint temperata, & magis ad frigorem inclinata, salis & olei non multum habentia. De holeribus uero maluas & lappatas bene sine sale & lactucas in pusca coctas, & cum aquosa pusca datas, sic & intubam & proporcaglam. Pullos & gallinas nō saginatas perdicesq; & testiculos gallorum & uentres, affata sine sale. De anseribus uero dandæ sunt extremæ partes uentris, & de ipsorum ouis uitelli, & pedes porcini dandi sunt, & aspratiles pisces admixto aceto ibi coquantur. De leguminibus dabis alicam & citron & orizam multum coctam: quando autem sine febre sunt, cum lacte coquantur. De pomis uero mala cydonia elixa, pira, sorba, mespila: & si sitiant, melones & cucumeris interiora, uuas quæ suspensæ fuerint, uel quæ exiccatae sunt. Ficus prohibendæ sunt, tragemata fugienda sunt, de quibus tamen dandæ sunt pistaciæ, amygdalæ & malagranata & uuæ, & postquàm sanguis quieuerit, calida aqua danda est in tota ægritudine.

Pistacie nuges sunt. De pistatio uero (quod aliud est) supra ubi sic legendū censeo pro pistatio.

D **Dieta nephreticis præscribenda. Cap. xxxii.**

Si diu calidam aquam accipiant in medio prandio: aut frigidam, seu uinum frigidum, aut rosatum, aut uiolatum conditum prohibendum est, & hydrogarum, & omnia quæ cum pipere fiunt. Offerendæ autem sunt anserum extremæ partes, & aues quæ non sunt saginatae. De pomis accipiant cucumeres, & quæ intrinsecus sunt melonis. Ficus uirides & siccas uuas, mela & pira nec multo nec frequenter accipiantur.

Dieta ad renum inflammationem. Cap. xxxiii.

Vi uenter multum currit, cibus dandus est is qui tardius digeratur, qualis est alica cum rosato aut chryfaticum, aut hydromel seu modicum seraptenum. Holera uero troxima, aut lactucæ & carnes steriles, aut pedes porcini, sed maxime bouini & gruini & hysicini. Pisces autem qui duriores carnes habent, & melones præter semina, ac mela dulcia: fugienda sunt salsamenta omnia quæ urinam mouent, echinos, amygdalas, pistacias, ficos, daptylos, castaneasq; accipiant.

Troxima Aui. cen. Taraxas con appellat. Endiuia uero species est.

Dieta in coli passione quæ ex frigore fit. Cap. xxxiiii.

Anis siliginis bene coctus dandus est, & apozima ubi coctæ fuerint apij radices, aut anetum, aut cuminum, seu anisum, exinde spargenda est farina, & cum uino modico accipiant, quod si cum pipere conditam accipiant, iuuat. Holera uero danda sunt, aspidium, porrum coctum, capita ipsorum cauliculiq; asparagus, allia quoque accipiant.

A accipiant. De auibus autem pipiones, columbos, & perdices, gallinasque domesticas, & condiantur cum aniso aut cymino, aut porro, aut apio seu pipere. De piscibus uero aspratiles, & condiantur ex seminibus, quae inflationem tollunt, aut cum allio. Carnes, si fieri potest, prohibendae sunt donec sanentur. Legumina quoque praeter ptisanas, & haec dum coquuntur, apij radices, aut comae porri, aut pulegium, aut origanum siue anisum, aut piper, seu amygdalae simul coquantur. De tragematibus uero, expedit ut amygdalas edant, & maxime succum earum, admixto melle & modico pipere: de uino si purum detur melius iuuat: de propoma, apiatum & anisatum, & leuistatum. Omnia enim haec eos qui de frigido humore dolores patiuntur sanare possunt.

Si de choleric humore coli patiuntur, quomodo
dieta est ordinanda. Cap. xxxv.

D Andus est ptisanæ succus nullam habens alicuius generis admixtionem nisi modicum salis, dabis & ouorum uitellos frigida holerisque, cocta, cruda, lactucas maiores & dulces, maxime his qui insomnietatem patiuntur, & omnia poma quae infrigidare possunt, cucurbita prohibenda est. Carnes dabis, pedes bouinos & uentres, ac scrophinas steriles, & ungulas bene coctas, frigida poma, pepones, mela, cum aceto, omnia poma quae infrigidant sumenda sunt.

B Dieta podagricis ex choleric humore. Cap. xxxvi.

G Mnis cibus qui infrigidat & humectat dandus est: qualia sunt intuba, lactuca, malua, blita, brassica, chrysolaca, cardamum, eruca, porrum, allium, & caepe fugienda sunt. Volatilia dabis phasianos ac domesticos pullos, perdices, turdos, merulas, catulas, ficedulas. Pisces aspratiles, & maxime qui duras carnes habent. Veruecianas uero carnes manducet uiscellatas, & maxime ex his uentres, ac bouinas similiter: quando autem grauis est dolor, haec non sunt danda, sed tenues cibi. Legumina dabis fabas uirides & siccas, sed in aqua ante infusas, & faseolos similiter infusos. Alia legumina prohibenda sunt.

*Gelida amica
podagra.*

Dieta Galeni in febribus & ephamera. Cap. xxxvii.

Esce eos cibo, & uino subtili quod sufficiat.

Dieta in quotidianis febribus. Cap. xxxviii.

G Ibos eis dabis ut est piper, ruta, cyminum, et alia similia, potum ante accessionem uino subtili albi coloris, & ipse modice calido temperato. Generaliter autem in accessione nihil eis dari potest. Post accessionem dabis eis pullos conditos cum pipere cyminoque. Porrum coctum, de lactante, pedes bene coctos, conditos de aceto & melle, ac pulegio, buccellas de filigine habentes modicum oleum, & si aetas fuerit, facies eis apozima de apio, feniculo, petroselino, aneto, & aniso, & dabis eis bibere, & infra paucos dies haec faciendo, liberabis aegrotum.

C Dieta in tertianis febribus. Cap. XXXIX.



Sque in octauum diem nihil ei facias, post octauum uero diem dabis ei apozima, absynthium, & anetum per dies plures: & si sitis nimia fuerit, dabis ei apozima ubi coquitur apium, bibere. De holeribus autem dabis eis maluas, atriplices, lactucas, cucurbitas. De uolatilibus, alas pullinas, & gallorum testiculos, & oua sorbilia. De quadrupedibus de lactante pedes, cerebella, armos: at uero pomamela, persica: nullam autem acrimoniam nec uinum, usque dum absoluetur febris, dabis & ptisanas.

Dieta quartanæ febris. Cap. XL.



Nprimis dabis apozima ubi coquitur epithymus, pulegiura, & anetum. Cibabis eos napo & rapis coctis cum pullo & uino subtili albo & pipere, & omnia quæ possunt esse calida, secure dabis eis.

Dieta senacum febris. Cap. XLI.



Cibabis eos cibo subtili, ut est siligine & ptisana cum aqua bene cocta & modico sale. Lactucas elixas cum pusca atriplices, betas, cucurbitas, dabis eis & aquam frigidam bibere. Post septimum uero dies dabis eis bibere, dabisque eis in escam intubas, lactucas, maluas, betas, & atriplices. De uolatilibus, phasianos, pullos iuuenes, perdicas, merulas, turdos, turtures, & pipiones. De piscibus generaliter quatuor inuenis albas carnes habentes: quod genus sunt aspratiles, et molles, nullam duriciam habentes: secus dabis eis & fluuiales pisces, hoc est saxatiles, sumena, acerma, sepia, pectines quoque & ostreae. Securus etiam dabis ueruecinam carnem bene coctam, pantices de uacca, & de porco pedes & cerebella, musculumque de porcello & pedes. De leguminibus, fabam bene coctam, faseolum, & scenugracum, alicam bene coctam cum rosato habente modicum mellis, & ptisanas. De pomis uero, persica, & dura cedria munda data ablatis corticibus, uuas etiam maturas. Dabis quoque malagranata comedere, & alia poma cum reuerentia, modumque dabis ad manducandum: melius tamen est, si omnia non manducant. De opere autem pistorio non licet dare, castaneas bene coctas, nuces ponticas, nucleum pini, aut amygdalas remoue. Cydonia uero bene cocta dabis ad manducandum, noli excitare eos nimis post prandium, sed si uoluerint ante prandium, & ipsum modicum balneum ex dulci aqua fiat, non ex salmacida, & antequam ægrotus ingrediatur in calorem, aqua frigida perfundas eum, & quum ingressus fuerit in calorem, modicum sudet, & postea unges eum lepara de oleo & aqua calida facta, & post unam horam stet, sed non sudet, & descendet in solum optimum, & quum egressus fuerit, de oleo & aqua frigida eum perfundas, totumque corpus & pedes iterum lauabis, & post balneum ad præsentem non des ei bibere, sed in medio prandio unum calicem aquæ frigidae bibat.

bat, quod si hyems fuerit, calicem aquæ calidæ accipiat, ac uinum conditum nullatenus accipiat.

Quæ nam dieta in paralyfi seruanda. Cap. XLII.

Qui paralyfi obnoxius tenetur, omnem piscem qui squamam nõ habet, omnẽ etiam auem quæ in palude moratur, non comedat, sicut anseres, anates, & stagnatiles pisces qui limũ habent. Pul-
pum uero sæpiã & omnem ostream, omneq; legumen quod res-
trictionem facit, azimum, hordeaceum, milium, panicũ, caules, uel betas, rapas, melones, cucumeres, cucutias, sorba, mela, mogarũ, † ochynũ, man-
nam, carnem porcinam, caprinam, caseum & lac uaccinum atq; caprinum, † ocymum
frisionem, columbam, porrum crudum, cepulam, coriandrũ, allium, citriũ,
malum granatum, cerasia, pruna, cydonium crudum, panem infusum in ui-
no, lactucas, intubam, daucũ, maluas, pineas, fungos, uuasq; nigras edant,
uinum præter album non bibant, neq; dulce, neq; conditum; mustum usq;
in Nouembrem mensam non bibant. Idq; etiam obseruandum est, ne folia
sinapis comedant, nec cocta nec cruda.

Vniuersalis ratio uictus. Cap. XLIII.

Mnem asparatilẽ piscem, uidelicet ut sunt lupi, corui, pisces de flumine, qui petrã habent, ut tructi, squalij, comedat: sed nõ multum carnem porcinã, gallinas syluaticas, pullos, perdices, phasianum, gruem, merulas, turdos, oua sorbilia, uel modicum caseum pecorinum, modicum cappari: simulam, alicam, porrum coctum ex aqua, stasifagriam, asparagos, pastinacas, foenugræcũ, semen satureiæ crudum & coctum, mentham, rutamq; pro desiderio comedat: erucas in uiscello interuallo, & ipsas apium & petroselinum cocta: interuallo apij & petroselini uirides radices, modice pro desiderio apij semen, amandulas, ficos siccas & uirides modice, & ipsum cũ pipere, uuas passas & uirides albas modice & interuallo costũ, spineam, sinapis semen interuallo, foeniculi semen modice, cydonia assa & cocta modice. Vinum uero album & leue Græcumq; bibe. Super omnia caute homini agendum est & de pluuia cauendum primo uere & autumno, semperq; ad uentrem accipiendum est, qui ipsos humores deponat.

Si quis † syringiones in carne habuerit. Cap. XLIIII.

† Syrones

Abstinendi sunt à carne bubula, porcina, anserina, ungula, & ab omni legumine.

De obseruatione totius anni, ut sanus custodiatur. Cap. XLV.

A octauo Calendarũ Ianuarij, usq; in diem octauũ Calendarũ Aprilis utendum est calidis & optimis cibis, nec uino abstinentum. Ex die sexto Calendarũ Aprilis in quartũ idus Maij utendum beneolentibus, sed acrioribus cibis, labore corpus exercen-

Eiusmodi serẽ obseruatio habetur supra in Sorano uno atque altero capite.

C. PLINII SECVNDI

C dum. Ex die quarto Calendarū Maij usq; in diem octauum Calendarū Iulij usque in diem septimum Calendarū Octobris utendum est frigidis ac dulcibus & beneolentibus, parcius laborandum, & duodecim diebus proximis Venereo usu obseruātissime abstinendū.

Ex die sexto Calendarū Octobris, usq; in diem septimum Idus Nouembris utendum est acidis acris busq; quibuscunq; escis, minime laborandum. Ex die sexto idus Nouembris,

usque in diem octauum Calendarū Ianuarij utendum le

uibus cibus, uino

indulgen

dum, parum bibendum, nec Venere abstinendum.

Hæc (ut dixi) obseruans, incolu

mi sospitate uite spatia transcurres,

ut nulla indigebis expecta

tione medicorum.

C. PLINII SECVNDI LIBRO
RVM DE RE MEDICA
FINIS.

L. APVLEII MADAV

RENSIS, PHILOSOPHI PLATONICI VIRI CLARISSIMI

Herbarum uirtutibus uere aurea & salutaris historia,
quam à Chirone Centauro præceptore Achillis,
& ab Aesculapio accepit, hæctenus nunquam
in lucem ædita.



L. APVLEII MADAVRENSIS VIRI CLARISSIMI
in librum de Herbarum historia, ad ciues suos.

P R A E F A T I O.

Ex pluribus paucas herbarum vires, & curationes corporis ad fidem veritatis monumentis publicis tradidi, & succinctius con-
strinxi, † ob stupiditatem uerbosam professionis. Et dicemus me-
dicorum omnes ferme res † uenditationes potius esse quam curas.
Hos etiam homines inertia plerumque & imperitia enixos certe lu-
cripetas ueros nuncupari, qui etiam a mortuis, mercedes expetunt
per occasionem, & faciunt † redditus dum tempus curationum ex-
trahunt, puto quia sauiiores ipsis morbis existunt. Proponamus
igitur remediorum titulos, quos uel nunc, uel maxime tempus con-
ducit, ut ciuibus meis, socijs quidem & peregrinis, quibus uexatio
auiderit aliqua corporalis, nostra literata scientia, inuitis etiam me-
dicis profuisse uideatur.

† odit
† uenditatio-
nes

† redditus

L. APVLEII MADAV.

RENSIS, PHILOSOPHI PLATONICI DE HERBARUM uirtutibus historia, quam Chironi Centauro, & Aesculapio acceptam retulit.

DE ARNOGLOSSI NOMINIBVS VIRTVTIBVS'QVE.

Caput primum.



Ræcorum alij arnoglosson, aliqui arnion, alij probation, alij cynoglosson, alij heptapleuron, alij hepataneuron, alij polyneuron, alij chirsion, Prophetæ Vranichneumanos Aegyptij Afuth. Galili Tardos, Lotios: Hispani Thafaricã: Daci Simpeax: Punici Artiercon uocant. Romani plantaginem latam, alij plantaginã maiorem, alij Septeneruiã, nascitur paludibus plurimum & pratis.

Coturnicem Theodorus uerit. E Diosc. collisgo Tharbalos dathion legendum pro tarbidos lotios.

Alterum exemplar quo usi sumus, hoc addebat:

Græci ἀγνὸν agnum uocant, γλώσσα uero linguã. Rursum quod sæpe ad nata habeat germina in longitudine septem lateribus similia Græci ἐπταπλευῖ & ἄρ τοῦ ἐπίσ, id est, septē πλευρά costã. Nascitur in uallibus atque hortis, necnon & paludibus plurimũ & in pratis. Estq; magis constrictiua, alia uero minor atque nigrior, lenior & tenuior. Nascitur in † chartarijs locis, sed in usum uarie adhibetur.

† cardiarijs

Dolori capitis medendo prodest.

Herbæ plantaginis radix in collo suspensa, capitis dolorem mirifice tollit.

VIRTUTIS.

Ventris dolori curando.

Herbæ plantaginis succus tepefactus, fomentando, uentris dolorem tollit, & si tumores fuerint, tusa & imposita tollit tumorem.

Interioribus malis succurrendis.

Herbæ plantaginis succus potui datus, & interiora sanat, & thoracem purgat mirifice.

Dysenteria compescendæ.

Plantaginem cū lente cocta, & manducata, stringit uentrem.

His qui purulentum cum sanguine excreant,

Herbæ plantaginis succum dato bibere, sanabuntur.

Vulneribus sanandis.

Herbæ plantaginis semen tustum in uulnus sparsum, uulnera cito † sanabit, & ipsa tusa & imposita refrigerat ea loca quæ nimio calore † urgentur, & perlanat.

† sanabuntur turuntur.

Ventri sistendo.

Ad uentrem stringendũ, plantago ex aceto cocta in mero bibatur mensura unius cyathi.

L. APVLEII MADAVRENSIS

C

Serpentium moribus excludendis,
Herba plantago trita ex uino sumpta, commodo erit.
Scorpionum moribus,
Plantaginis radix alligata, mire prodesse creditur,
Lumbricis purgandis,
Herbam plantaginis cōtundes, & succus eius de cochleario, uel de ligu
la dabis bibere, ipsam quoque herbam tusam umbilico imponito.
Si qua duricies fuerit in corpore,

† pistata

Herba plantago † pistata cum axungia sine sale, instar malagmatis facta
& imposta, duricias discutit.

In febre quartana,

Herbæ plantaginis succus in aqua mulsâ ante duas horas accessionis po
tui dato, & miraberis effectum.

Podagræ & omnium neruorū dolori & tumori,

Herbæ plantaginis folia contusa uel pistata cum salis modico & impo
ta optime facere certum est.

Tertianæ curandæ.

Herbæ plantaginis radices treis conterito, & sub accessione cum uino
aut ex aqua ieiunus bibat.

Secundæ doloribus,

D

Plantaginis semen contritum & potui datum, prodesse creditur.

Vulneribus recentibus.

Herba plantago cōtusa cum axungia uetere sine sale imponitur, & labo
rans sanus efficitur.

Si cui pedes tumuerint ex itinere.

Herba plantago contusa cum aceto imposta tumorem tollit.

Si cui † ulcus secus oculum siue nares natum fuerit.

† trinitus

Herbæ plantaginis expressæ & contusæ succo, lana molli madefacta &
imposita per dies nouem curat.

† sintericos &

sumosos

† pro puru-

lenta

Ad † dysentericos & torminosos.

Herbæ plantaginis semen tritum † pro polenta in uino calido bibat, &
sanus efficitur.

Ad parotidas.

Herba plantago cum axungia ueteri, pistata & imposta, parotidas sanat.

Ad ulcera oris.

Herbæ plantaginis succus, & folia eius cocta in ore tenentur, & radice
eius in ore commanducatur.

Ad fistulas sanandas.

Herbæ plantaginis succus fistulis infunditur, & facillime medet̄ eisdem.

Ad morsum canis rabiosi.

Herba plantago tusa & imposta, morsibus caninis auxilium præstat.

Contra omnes uesicæ difficultates.

Herbæ plantaginis folia uel radices ex passo fortiter medentur.

NOMINA

Caput secundum.



Græci Pentaphyllon, alij pentapeges, alij pentamonon, alij pentapontes, alij pentadactylon, alij pseudoselinon, alij callipetalon, alij xyloleton, alij aspalton, alij pentacænon, alij thymiatitin. Aegyptij orphite biocen, alij themonestron, alij æthotron, Prophetæ Ibeos onyx (hoc est unguem ibis) Alij pteron ibios (id est pennam ibis) alij hermodactylon, alij hermubotanem, Galli pompedulon, Daci propedula, alij drocila, Itali quinquefolium, alij manum Martis. Nascitur locis pratensibus, cultis ac mundis, gustatu aspero, lacte molli: folia mentham referunt, singulis sæpius quina, flore pallido, radice longa atque subrubra.

† pentagonon

† ad pantion

Vetus exemplar

(in quo cuncta

quàm corru-

ptiss. sunt) Et

sopæ thebethæ

habet, posset le-

gi thebeotin.

Ad uitia artuum, etiamsi percussi sint.

VIRTUTES

Herba quinquefolium cum axungia uetere sine sale imposita sanabit.

Ad uentris dolorem.

Quinquefolij succū dabis bibere cochlearia duo, sine mora dolorē tollet

Ad uitia oris, linguæ, & gulæ.

† guturis

Quinquefolij radices ex aqua coctas dabis ut gargarizentur.

Ad capitis dolorem.

Herba quinquefolium † circumscrip̄ta, ter digito medio & pollice sublata † si circumscrip̄tam tenes

contrita & capiti inlita efficaciter sanat, peracto remedio, loco puro reponi conuenit.

Herba quinquefolium pota uel inlita restringit mire.

Ad morsum serpentis.

Herba quinquefolium contrita, si potui datur cum uino mire succurrit.

Ad ambusta,

Herbam quinquefolium potatam prodesse, plures autores affirmant.

Ad cancrum exiccandum.

Herbam quinquefolium cum uino & cum adipe ouillo ueteri sine sale pisatam de ligno in lignū uino sanē ueteri aspergis, & sic imponis, remōq̄ † uni † forte miram

cam experieris. Leges eam mense Augusto.

DE HIERABOTANES HERBAE NOMINIBVS
FACULTATIBVS QVAE. Cap. III.



Græci hierabotanen, alij peristereon, alij gerebotanon, alij orthon, alij diosatom, alij pecorobon, alij panchromon, alij collestis Demetrius & Aesculapius Cyparissos, Pythagoras† erisceptron, alij aristeron, Aegyptij pempsempte, Prophetæ Herasdacryon, Itali uerbenacam, alij liciniam, alij lustraginem, alij columbinam, alij militariam, alij uertipedium, alij cristam gallinaceam, Græci rursum trigonon, camelicon, syderitin, curitin, phersophonion. Nascitur ubiq̄ in

† collesis

† irisceptron

Legite caute,

siquidē sunt hic

in quib. ipsi no

bis satis non fa

cimus.

Nomen inditū
à Colūbis, quia
in ea uersare
plurimum gau-
dent.

VIRTUTES.

planis & aquosis locis, folijs subalbis & uelut incisis, radice simplici atque tyrfō, uirtute redarguenti, quam stypticen uocant. Est quæ uulnera conglutinat, atque putredines abstergit, est autem columbis esca iucunda.

Ad ulcera & parotidas.

Herbæ † uerbenacæ radix in collo ligata, summe proficit.

Ad strumas & parotidas.

Herba uerbenaca tusa & imposita, mirifice sanat.

Ad eos qui induratas uenas habent, & cibos nō recipiunt.

Herbæ uerbenacæ succus datur bibere, sed cocta postea miscetur cum uino & melle & aqua, & statim sanat.

Ad hepatis dolorem.

Herba uerbenaca solstitio lecta, in puluerem redacta robusto dabis cochlearia quinque, ex uino quā optimo cyathis tribus potui sumpta, mirè proficere creditur: Cæteris pro cuiuscq; uiribus sic dabis.

Ad calculosos.

Verbenacæ radix contusa ex mulso optimo tepido data, incredibiliter calculosis succurrit, nec solū ipsis calculosis, sed & quicquid esset quod uirum nam impediret, celeriter reducet.

Ad capitis dolorem.

Herbæ uerbenacæ corona facta & capiti imposita, dolorē capitis tollit.

Ad serpentium morsus.

D Herbam uerbenacam cum suis folijs & radicibus, quisquis offultam cum etiamq; secum portauerit, ab omnibus serpentibus tutus erit.

† phalantiones

Ad morsum araneorū, quos Græci † phalangios uocant.

Herbæ uerbenacæ ramulos ex uino decoctos & contritos, deinde quod acetauerit, plagæ impones & adaperiet, postea crudam cum melle contritam in ulcus audaciter insertā mature ad sanitatem perducere certus auer-

† hydrofa

affirmat. Ad morsum rabidi canis & † hydri.

† ad

† inditum, alās
indutum.

Herbam uerbenacā † in uulnus adponito, tritici quoque grana integra † indita uulneri donec humore remollita expleāt: iam tumidas proijcito las gallinæ, si non appetit simili modo, alia grana conijcito, si sic esse ceperint periculi sublati signum erit.

Ad uulnera recentia.

Herba uerbenaca contrita cum butyro uulneri imponitur.

Ad morsum serpentis.

† timore

Herbæ uerbenacæ ramuli ex uino decocti & contriti, si cæca erit plaga cum † timore impositi adaperiunt primum, exulcerant deinde, postea cum melle contriti & ulceri inserti donec ad sanitatē (quod celeriter fieri) perducunt, imponuntur.

Morbo regio laborantibus, auruginosis ue.

Herbæ uerbenacæ dragma una & nardi obuli tres, baccæ crudæ foliis rum expressus succus, & paululum myrrhæ contritæ, ex aqua cyathis tribus potui data, expellere morbum creditur.

Sym

Caput IIII.



Græcis Hyoscyamos dicitur, et Dioscyamos, alij adamantē, alij Pythonion, alij adaminon, alij hypnoticon, alij Emmanes, alij auginon, Pythagoras Propheten, Ostanes Xelechion, Zoroastris Typhonton, Latini insanam uocant, aliqui Apollinarem, alij Laterculū, alij Symphoniacam, alij calicularē appellant: alij Dentariā, Punici Gingan, Aegyptij saphtho. † Phryges Remenia, † Tusci Fabam lufinā, Galli bellinuntia, Daci dieliam. † Prophetæ Aegyptij Ligeam. Thyrsos fruticoso: multis ramis, nigris, scissis, hirtis: balanos generās: ut sunt Atalipunici, ampulantium appellatum, obstruosos quidem & semine plenis, paulo longiore papauere. Sed sunt differentia eius tres. Nam altera flore purpureo & semine nigro: altera flore nigro, ac semine fuluuo, sed utraque fumentibus insaniam parit. Appellata deniq; est, insaniam faciens, Mania poëcis. Tertia semine atq; flore albo nascitur locis cultis & fabulosis, & hortis, & littoribus rudentibusq; eius succus similis est *μικροβι* (id est papaueri) herbæ. Medetur hyoscyamos ille ergo candidior, & has uires habet.

Hermola. Barbarus Corollariorum li. i. ca. 67 suspensum relinqui. num Apuleio credendum sit, Symphoniacam tradenti eandem esse cum hyoscyamo. † Thamanes † Atomon † Eriges † Aethrusci fabuloniā † Vetus codex habet. Prophegyptice ligena qd sit legendum. Talla: sive tantum non omnia in hoc uolumine.

Ad aurium dolorem.

Herbæ symphoniacæ succus tepefactus in aurem instillatus, aurium dolorem mire tollit: etiam si uermes fuerint, necat.

Ad dentium cruciatus.

Herbæ symphoniacæ radicem coctam cum uino austero sorbeat, & teneat eam in dente qui laborat, mox sanat dolorem.

Ad tumores cuiuscunq; partis corporis.

Herba symphoniaca tusa & imposita tumorem tollet.

Ad inguinum dolorem.

Symphoniacæ radix alligata femori, et tumore & dolore inguinū tollet.

Ad pedum dolorem.

Herba symphoniaca alligata, pedum dolorem & tumorem tollet, & tusa eadem cum sua radice, & super pedes posita, mire dolorem & tumorem pedū tollet.

Ad iocinoris & pulmonis uexationem.

Herbæ symphoniacæ succū potui dato, & cum summa admiratione sanabit.

Ad pectinem, mulierum dolorem.

Herbæ symphoniacæ succū mixtum cum croco in potione propina, & miraberis effectum.

DE VIPERINAE APPELLATIONIBVS
 ET POTENTIA. Caput V.



Græci eam Phlemon, † Echidnon, Herpyzon, Latini hinnulā, uiperinam, serpentariam, & radicem Macedonicam nominant. Nasclitur secus flumina uel segetes, folijs mollibus, gustu aspero.

† Echion

Ad uiperarum morsus.

C
VIRTUTES.

Herba uiperina trita cum uino potui data, mirifice morsus sanat, & uenenum discutit.

NOMINA ET VIRTUTES ACORI.

Caput VI.

† piperatium
† sandix



Græcis dicitur Acoros, Choros, Aphrodisias, Gallis† piperapio Italis ueneria † Radix nautica & Singentiana & Vnguentiana Nascitur locis cultis & hortis ac pratis. Leges eam mente gustu. Ne apes examinent & diffugiant.

VIRTUTES.
Raram inuen-
tu falso tradi-
disse affirmat
Barbarus.

Herbam Veneriam in uase apum suspensam habeto, & nunquam sedu-
centur: hæc sanè herba raro inuenitur, nec eam scire quis poterit, ni-
quam flosculum emiserit.

Ad dysuriam & stranguriam.

Herbæ ueneriæ radicem ex aqua decoctam ad tertias dabis bibere per
triduum, mirifice urinam deducet, & stranguriam sanat.

NOMINA ET VIRTUTES LEONTOPODII.

Caput VII.

† lachnin uel
leontinon
† plantiphilon



Ræci Leompodion dicunt, ijdem leontopetalon, ijdem Prapapion, ijdem thorybetron, ijdem Lacheiton, Apheresin, Lacithron, Leuceoron, Orobethron, prapedion, Leonchosfremon, topotiplyphyllon, Dardanus cacalia, Punici gudubbal, Latini flamma.

Dmulam uocant Veneris, lidem Brumatiã, papauerculu, et pedẽ leoninũ. Nascitur sæpe cum tritico, thyrsis bipalmis, furcolis, in quibus ueluti lanæ binae uel ternæ semen continentes, folijs cauliculi agrestis similibus, radice nigra rapæ simili. Nascitur etiã circa campos, & circa fossas & harundineta.

Si quis deuotus defixusq; fuerit, sic eum resolues.

VIRTUTES.
† pedelconis

Herbe† leontopodij frutices sine radicibus coquito ex aqua, Luna decet
& herbam incende aristolochiam, & eum suffumigato, & redite ad domũ
& † ne post uos respiciatis, resoluiſti eum.

† nepotes tuos
respiciat his et
resoluiſti eum

BOTRODII SEV SCLERATAE SYNONYMA ATQVE VIRTUTES. Cap. VIII.

† chogran
† stracticen
† causticen
† gloron
† tephestion



Ræci Botrocion dicunt, aliqui† Chorã, alij glorophin, alij Neleon, alij † stalticen, alij † causticen, alij † clorozphin, alij rhosolion, alij catacausticen, alij pheotion, alij licopnun, alij seleton, alij agrion, Aegyptij † synechon, ijdem carcadana, ijdem nemecon.

Latini apium rusticũ, ijdem apium risus, ijdem herbam sceleratam. Nascitur locis humidis & aquosis: si quis hominũ eam gustauerit ridendo exanimat, habet enim uirtutem causticam. Sunt eius species quatuor, quarum altera cum folijs pinguibus & crassis & latis, colore albo, alia subalbo, alia

Alut nigro, alia cū flore simili uel purpureo. Thyrsus cubitali minime robusto, radice alba cum adnatis germinibus, uel erumpentibus tanquam in helleboro. Nascitur autem in stagnosis, uel umbrosis locis. Secunda est longioris Thyrsi, ac folijs hirtis & incisis gustu acerrimis. Nascitur sæpe in Sardinia. Tertia est breuissima tetri odoris, atq; incendiosa cum floribus aureis. Quarta est cum floribus lacteis.

Ad ulcera Chironia.

Scelerata herba tusa cum axungia sine sale imposita uulneri excomedet, & si qua fuerit sordes expurgat, sed non diutius patiaris quàm necesse est, ne & corpus sanum exedat. Si argumentum rei experiri uolueris, tunde eam & super manum sanam impone & alligato, & continuo corpus arrodit.

Ad strumas & furunculos.

Herba scelerata tusa & subacta cū fimo porcino imposita strumis uel furunculis intra paucas horas discutit, & pus eiciet.

VIRTUTES.
Χειρόνιον ἔλεος
dicitur, quod
Chironem meo
dicū requirat.
τελέφιον quo
que dicitur à
Telepho, qui
hoc malo laborauit.

DE BATRACHIO.

Caput IX.

Nascitur locis sabulosis & campestribus, aquosisq; radix eius uerticillo similis est, radículas paucas & tenuissimas habet, uirtutes porrò has possidet.

Lunaticis præsidio est.

Batrachion si lunatico in ceruice ligetur lino rubro Luna decrescente, quum erit signū Tauri & Scorpionis parte prima, repente sanabitur.

Ad nigras cicatrices.

Herba Batrachion tusa cum sua radice mixto aceto, imposita his qui habent cicatrices nigras exedit eas, & similem corpori reliquo reddit colorē.

Vide num hoc sit caput superioris ἐνοπίου, id quod ex Dioscorido Plin. & alijs colligere dicitur
VIRTUTES:

DE ARTEMISIAE NOMINIBVS ET VIRTUTIBVS.

Caput decimum.

Artemisiam Græci Toxatin appellant, alij Toxitesian, alij Ephesian, alij Caristelotiar, alij Parthenicon, alij Hypolysson, alij Lian, alij Anactorion, alij Sozusan, alij Leucophyca. Prophetæ Hæmantropov (id est sanguinē hoīs) alij Onicanten, alij Chrysanthemon, alij Theonisin, alij Busbalteoscardian, alij Osta anthropov, alij Hæmacronu, alij Gonosephestu, alij Philaterion, alij Lachanon Basilicon, Aegyptii Anesen, alij Neiasar, Pythagoras Pexasin, & Toxobolon, Galli Ponem, alij Titumen, Daci Zyred, alij Zonusten, Itali Serpillū maius, alij Sirium, alij Valentiā, aliqui Artemisiam, non pauci Persepollentē. Nascitur locis lapidosi & sabulosis, his uirtutibus prædita est.

Faciendo itineri prodest.

Herbam Artemisiam monocaulon, si quis iter faciens eam secum in manu portauerit, non sentiat laborem itineris, fugat & dæmonia, & domi posita prohibet mala medicamenta, auertit oculos malorū hominum.

† Epolissan
† Anacynon
† Leucopris

† anefnees
† alij texasinet
corobulon

VIRTUTES.
Monocaulon,
id est unicaulē,
† maledicō
mesta

B

L. APVLEII MADAVRENSIS

C

Ad pedum dolorem.

Artemisia tusa cum axungia & imposita, pedum dolorem tollet.

Ad intestinorum dolorem.

Herba Artemisia pisata & in puluerem redacta cū aqua mulsa potui dāta, intestinorum dolorem sedat.

DE ARTEMISIA TAGETE. Cap. XI.

Ad uesicæ dolorem & stranguriam.

Artemisiæ herbæ succus ex uino duabus unciis exhibitus uesicæ dolori ac stranguriæ præsidium est.

Ad febrem conducit.

Herbæ artemisiæ succo ex aqua calida febricitanti cyathis duobus potui dabis. Item artemisiæ succus cum rosaceo febrientem perunges, & curabitur.

Ad coxarum dolorem.

Herbam artemisiam, quæ tagetes uocatur, tundes cum axungia, & acceto bene subiges & imponis & alligabis, tertia die sanabit.

Ad neruorum dolorem & tumores.

Herbam artemisiam tusam, cum oleo bene subactam impone, mirificetur sanabit.

Ad uehementem pedum dolorem.

† sanabitur

Artemisiæ radicem ex melle dabis manducare, & ita † purgabitur ut uis credi posset tantam uirtutem eam habere.

D

Hanc herbam si confricaueris lasaris optimi odorem habet.

Leptophyllon hoc est minutis solijs.

DE ARTEMISIA QVAM LEPTOPHYLLON COGNOMINANT. Caput XII.

Nascitur circa fossas & aggeres, in agris item frumentariis, flosculum eius si contriueris sampſuchi odorem habet.

Ad stomachi dolorem.

VIRTUTES.

Herba artemisia tusa & cum oleo amygdalino bene subacta more malignos induces panno mundo & impones, quinto die uexationem stomachi sanabit. Et si fuerit eius artemisiæ radix super limen ædificiū suspendas, domui ei nemo nocebit.

Ad neruorum dolorem atque tremorem.

Herbæ artemisiæ succo cum oleo rosaceo mixto perunges eos, & desinent esse tremuli & omne uitium tolletur.

Chiron Centaurus Artemisia unde nomen accepit.

Has artemisiæ tres species Diana dicitur inuenisse, & uirtutes earū & medicinam Chironi Centauro tradidisse, qui primus de his herbis medicamenta instituit. Has autem herbas ex nomine Dianæ quæ ἀγριας graecè dicitur, artemisias nuncupauit.

DE LAPATHO. Caput XIII.

Lapathum uulgo Lapathū uocant.

Lapathum alii Rumicem ferè dicunt. Nascitur locis sabulosis & agris

Ad paniculam quæ in inguine nascitur.

L Apathum Herbam cõtundes cum axungia uetere sine sale, sic ut axungia duplo plus sit quàm herbæ, & his bene cõmixtis facies turundalã & uolues in folio † cauliculi & immittes eam subicitus calidã, & quum calcauerit tunc impone paniculæ, & panno ligabis, hoc quidem eximium est, & omnium optimum.

VIRTUTES.

† cauliculi

DRACONTEAE NOMINA ET VIRES.

Caput XIII.



Græcis dicitur Dracontea, alijs Asclepias, alijs Phytonion, alijs Anchomanes, alijs Sancromaton, quibusdam Aphryssan, alijs quibus Thereon, nonnullis † Sceon, item Dorcadion, Prophe-
tæ Thyphonon uocant, alijs † Corcodrillion, Ostanes, Zoro-
astes Theriophonon, Aegyptij Eminion, Itali herbam Draconteã & Co-
lumbrinm, Daraconis sanguine nata fertur esse Dracontea. Nascit̃ monti-
bus summis, ubi sunt † laci, maxime locis sanctis. Terra Apulia super saxis
tactu molli, gustu dulei tanquam castanea uiridis, saporem radix ima caput
draconis habet.

Dracontea non
menclaturã ad
uet. exem. fidẽ
reposuimus eo
quod non ubi-
que habetur.
† Sceon
† Cardodril-
lion
Diosc. Dracon-
ciũ uidetur ap-
pellare.
† luci

Ad omnium serpentiũ morsus & aspidis.

Herbæ draconteæ radix ex uino trita tepefacta potui data, uenena dis-
scutit.

VIRTUTES.

Ad ossa in corpore fracta.

B Herbæ draconteæ radix cū axungia, facta quasi malagma ossa fracta de
corpore educit, & lapides extrahit. Leges eam mense Iulio.

NOMINA ET VIRTUTES SATYRIONIS.

Caput XV.



Græcis dicit̃ Satyrion, alijs † Cynosorchis, alijs Entaticon, Eri-
ton, Panion, Serapion, alijs Orchis. Aegyptij Menem, Galli
Vram, Itali Priapifcon, alijs Torminalem, alii testiculum lepori-
num nominant. Nascitur in † montibus, locis solidis & cultis,
in pratis item & locis maritimis.

† Cynos
Dioscorides
nullius horum
mement.
† montium rã-
dicibus

Ad ulcera difficilia & cicatrices uires habet.

Herbæ Priapifci radices tufas ulceribus imponis, & repurgat, & cica-
trices claudet.

VIRTUTES.

Ad lippitudines oculorum.

Herbæ Priapifci succo oculos inunges, & lippitudines & dolores tollet
sine mora.

† ad stomachi
dolorem.

† Si quis mulierem subagitare non poterit.

Herbæ Priapifci radicem, id est testiculum dextrum, quia maior est, &
piperis albi grana quadraginta septem, mellis uncias † treis in uino optimo
medicamen soluis, & pondo scrupulorum nouem per triduum sumes. Le-
ges uero eam mense Iulio.

† quatuor

NOMINA ET VIRES GENTIANAE. Cap. XVI.



Ræci Gentianam Aloën Gallicam dicunt, alii † Narcen, aut Chiro-
nion, Dadanus † aloëtis, Itali Gentianam, alii Comitalem aut Cimi-

† Narethpro-
nion
† aloites

L. APVLEII MADAVRENSIS

Tgementū c nalem. Nascitur † gemellis montibus & locis umbrosis hæc herba. Facit
tem ad omnia antidota, tactu molli, gustatu amaro, scapo solido, uirtu-
tes habet.

Contra serpentium morsus.

VIRTUTES. Herbae gentianæ radicem siccam & in puluerem redactam pondo dra-
chmæ unius dabis in uino cyathis tribus, sumptumq̄ ualidissime proderit.

† cyclaminis

DE † CYCLAMINI SYNONYMIS ET VIRIBVS,
Caput XVII.

† Cyseron an-
thimon itē chi-
seron anihimō
† Chelonon le-
gitur i Diosc.
† Mihalsa
† fl. argia



Ræcis quibusdam dicitur Cyclaminos, alijs † Cyssanthemom
alijs Cyssophyllon, alijs Chelonion. Zoroastres Cylinen Ch
lenæue, Trimphalites Osthanes, Prophetæ Asphet (aut Or
pho) alijs † Measpho, Aegyptij Palalia, Itali Titothos, alijs Or
bicularem, alijs rapum terræ, alijs rapum porcinum, Syri † Elardia. Nascitur
locis cultis aut montuosis.

Ad caput.

VIRTUTES. **H**erba Orbicularis naribus immittitur.

Ad aluum concitandum.

Herba Orbicularis in collyrium facta, & eo iniecto catarticum est.

Ad splenis dolorem.

Herbae orbicularis succum cyathum unum, & aceti optimi cochlearia
quinque, diebus continuis octo potui dabis, miraberis effectum. Item ra-
D dix eius in collo suspensa, ut contra splenem pendeat, efficaciter medetur.
Nam & cyclaminis succo quisquis anum tetigerit mira celeritate alui soluti-
tionem experiatur.

POLYGO NI NOMINA ATQVE VIRTUTES.
Caput XVIII.

† cymosthame
† Cheliophytō
† vide num le-
gendum sit Za-
sitheam iuxta
Diosc.



Olygonon, alijs † Cynochalen, alijs Polygonaton, aliqui Alphon-
ton, alijs † Chiliophyllon, alijs Polycarpon, alijs Carcinethron, alijs
Cnopodion seu Crinopodionton, alijs Myrtopetalon, alijs Za-
clian, aliqui Pedalinon Petalónue uocant: Aegyptij Thephim
alijs Stemphin, Prophetæ Gonos Herois, siue Gonoreronos, aliqui Onys-
Myos, Itali Sanguinariam, alijs Proserpinacam, alijs † Sorpinacam, alijs Sor-
tunariam, & quidam Miserdiuinum. Nascitur ubiq̄ locis cultis & aggeri-
bus. Legito eam æstiuo tempore.

Ad eos qui sanguinem reiiciunt.

VIRTUTES. **P**roserpinacæ herbae succos cum uino optimo & austero sine fumo
pefacto sanguinem excreans ieiunus bibat per dies nouem, miramē-
te rem experieris. Ad lateris dolorem.

Herbae proserpinacæ succo cum oleo rosaceo, si eos sæpius perunxeris
dolorem tollet.

Ad mamillarum dolorem mulieris, quæ la-
ctem habet & tumorem.

Herba Proserpinaca tusa, & cum butyro subacta imposita, discutit mire
tumorem & dolorem.

Ad oculorum uitia.

Herbam Proserpinacam accede ante solis ortum uel occasum, et circun-
scribes eam anulo aureo, & dices tollere te remediū oculis, deinde post tri-
duum ante solis ortum sublatam circundabis diligenter, proficiet.

Ad dolorem aurium.

Herbæ Proserpinacæ succus tepesfactus & auri instillatus, dolorem mi-
rifice discutit, id quod etiam ipsi experti sumus, tam potenter inquam, pro-
ficat, ut & ulcera quoque aurium sanet.

Ad dysentericos.

Herbæ Proserpinacæ foliorū succos cum aqua calida potui datur, quan-
tum tibi uidebitur, & sanus dubio procul efficietur.

NOMINA ET VIRTUTES ARISTOLOCHIAE,

Caput XIX.



Aristolochiā Greci Ararezan uocāt, alij Ephestion seu Hephe-
sian, alij † Helestin, alij † Pyxionien, alij Melecapron, alij Me-
locarpon, alij Teuxinon, teuxitemonue, alij Dardanon, alij Ion-
titin, Aegyptij † Sophosph, alij † Chamaemilon, alij Opetin, Ita-
li malum terræ, Daci Absynthium rusticū, Scardian. Nascitur locis mon-
tuosis, solidis, calidis, & cultis.

† Lestitin Dis-
osc.

† Fotitin & to-
titen

† Sopoep

† Siculi Diosc.

Contra uim ueneni.

Herba Aristolochia trita uel pisata cum mero potui data, uim ueneni
huincit.

VIRTUTES.

Contra febres acerrimas.

Herba aristolochia sicca, suffumigabis febricitantem, et hilariorum eum
facies, fugat etiam & daemona.

Ad fistulas.

Aristolochiæ radix fistulis inserta celeriter expurgat, & ad sanitatem
perducat. Medici quoque sine ea nihil feliciter percurare possunt.

Frigore exustis.

Herba aristolochia ex oleo usque ad calefactoriam uim habet cum axun-
gia porcina.

Contra serpentium & hominum morsus.

Radices aristolochiæ pondere denarij unius, in uini hemina sæpius po-
tæ discutiant uenena serpentis.

Si infans contristatus fuerit.

Herba Aristolochia suffumigabis eum, & hilariorum eum facies.

Ad carcinomata quæ naribus nascuntur.

Herba aristolochia cum cypero & dracontei semen cum melle imposi-
tum emendat.

L. APVLEII MADAVRENSIS
NOMINA ET VIRTUTES NASTVRTII.

Caput X X.

Cardamina.

CRæcorum alii Cardamon, alii Cynocardamon, alii Hiberis, alii Cardaminacam, Aegyptii Semeth, Itali Nasturtium.

Ad caput deplendum.

VIRTUTES.

Herbæ Nasturtii succum si Naribus induxeris, caput deplet. Hoc Nasturtium non feritur, sed per se nascitur circa ima parietum.

Ad capitis uitia porigines & furfures.

† albatione & albicatione

Herbæ Nasturtii semen mixtum cum adipe anserino, & tritum tabulatione furfures è capite eiiciet.

Ad cruditatem.

Herbam Nasturtium & pulegium ex aqua decoctū bibere dato, emendabis & discuties cruditatem.

Ad strumas.

Herba Nasturtium cum lomento tritum super strumas imponis, superposito etiam folio holeris.

Ad furunculos sanandos.

Herba Nasturtium cum fermento imponitur, concoquet & sanat.

DE HIERIBVLBO. Cap. X X I.

D

Nascitur Hieribulum ubiq; circa sepes & locis quibuslibet sordidissimis & has habet uirtutes.

Ad articulorum dolorem.

VIRTUTES.

† adipis

Herbæ Hieribulbi accipito uncias sex; † seui caprini tantundem, olei caprini librā & uncias duas in se pinfati & cōmixti, utēris, dolorē articulorum tollit.

Si mulier habuerit lentiginēs in facie.

Herbæ hieribulbi radice cum lomento lupinacio commixta mulier, si faciem lauerit lentiginosam statim purgat.

NOMINA ET VIRTUTES APOLLINARIS.

Caput X X I I.



Ræci Dicea, alii Stricionon manicon, alii Dorigenion, alii Cabon, Itali Apollinarim, alii Baccinā, Daci Colida. Apollo hanc herbam fertur inuenisse & Asclepio dedisse, & Apollinaris nomen imposuisse.

Ad uulnera Chironia & ranarum morsum.

VIRTUTES.

APollinarem Herbam, cū axungiae ueteris libra, sine sale teris & uinum atq; Chironio, uulneri impones, medebitur.

NOMINA ET VIRTUTES CHAMAEMILI. Cap. X X I I I.

† Trociscofeli
acon

GRæci qdē Chamæmilon, alij Parthenion, alii Drycolaphon, alii Chyfoocalin, † Trouiscofelian, alii Aperiton, alii Nympheon, alii Hieranthemum

A themin uocant. Itali bene olentem, alij Superbam, alij † Auliticam, Aegyptij Thaborin, Galli Qualidian, Campani Amalocian, Tusci Apianā, Daci Amalustam: has uero habet uirtutes.

Ad oculorum uitia atque dolores.

Herbam Chamæmilon si quis ante solis ortū carpsit, dicat albuginē uel oculorum dolorem se carpere, eamq; alligatam secum gestet, & curabitur.

NOMINA ET VIRTUTES CHAMAEDRYOS.

Caput X X I I I I.

Gracis Chamædryos dicitur, alij Dryos, alij Drysites, alij Teucrion, alij Chamærops. Itali Trissaginem, alij Trixaginem appellauere. Prouenit locis montuosis, petrosis, & solidis.

Ad rupturam impendiō prodest.

Chamædryos herba contusa de ligno in lignum adiecto uino potui data **VIRTUTES.**
tra cum mira celeritate ruptos sanabit.

Ad sciam.

Herba Trixago feruefacta, ac triduo potui data, sciaticū mirifice sanat.

Ad morsum serpentis.

Herba chamædryos in puluerem mollissimum redacta, in uino ueteri potui data uenenum uehementer discutit.

Ad podagram.

B Herbam chamædryn perinde dabis ut supra calidam, mire paragoriam præstat. Legenda uero est mense Augusto.

NOMINA CHAMAELAEAE ET VIRTUTES
EIVSDEM.

Caput X X V.

Chamælaean quidam Græcorum nominant, alij Corcodrillon, alij Dipfasa, alij Onocardion, alij Cneoron, Prophetæ Aphroditeloter, Aegyptij Semmeor, alij Imeleta, Itali Labrum Venetis, alij Cicer rusticū, alij Statorius, alij Mararia, Hispani Anallentidiū, Daci Sciate, alij Calox cardiatos, Aegyptij Gerbaste, alij Sapho. **†status**

Ad hepaticos.

Chamælaea herbæ succus potui datus cum uino hepaticis, febricitanti **VIRTUTES.**
cum aqua calida mire proficit.

Contra uenenum iam sumptum.

Herba chamælaea siccata, in puluerem redacta, & in uino propinata discutit uenenum.

Ad hydropicos.

Herbam Chamælaeam & Chamædaphnem, & Chamædryn, & Chamæpityn æquali pondore tufas, & quàm mollissime cribratas, si in potione uini mixti, iuuenibus cochlearia quinque, item minoribus et mulieribus cochlearia tria, puerculis cochlearium unum ministraueris, mirifice aquam omnem de corpore per urinam digerit.

L. APVLEII MADAVRENSIS
 NOMINA ET VIRTUTES CHAMAEPITYOS.
 Caput XXVI.

Chamaepithys
 hoc est humi-
 lis pinus eo quod
 humi repat.

† Dryon
 † Abicam
 † Tropam



Ræci Chamæpityn, alij Orozelon, alij Holocyron, alij † Bryon
 agrian, alij Sideritin uocant, Prophetæ Hæma Athenas, Itali
 † Ibicam, alij Cypressum nigram, alij † Rapam, alij Spiculam, alij
 Mammale, Aegyptii Nemenespa, Daci Dochela. Et habet quod
 dem uires. Ad uulnera glutinanda.

Herba Chamæpitys contusa uulneri imposita conglutinat: si autem
 altius uulnus fuerit succum eius herbæ in uulnere mittes.

Ad strophii, hoc est interaneorum dolorem.

Herba Chamæpitys potui data strophii dolorem tollet.

Spodetore
 men inestino
 rum labor.

NOMINA ET VIRTUTES CHAMAEDAPHNES.
 Caput XXVII.

† Galli



Hamædaphne à Græcis quibusdā Daphnites, aliquibus uero
 Daphne, aliis Hydragogos seu Caragogos dicitur. Itali Mustel-
 laginem dicunt, alii Lactilaginem, & Lauraginem, † alii Eugu-
 bim, Vsuben.

Ad aluum concitandam.

VIRTUTES.
 D

Herba Chamædaphne in puluerem redacta mollissimum, & in aqua
 lida potui data, aluum concitat.

DE OSTRIAGINE. Cap. XXVIII.

† medetur



Ostriago circa monumenta, aut in monumentis, aut pa-
 rietibus, qui sunt circa montium radices, † facit peculiariter ad eas
 res quæ in homine nascuntur.

Ad ea quæ in corpore oriuntur.

VIRTUTES.

Ostriago tusa & imposita omnes res quæ in corpore nascuntur perficit
 nat: hanc herbam si uolueris euellere, mundus & ante solis ortum
 ges mense Iulio.

NOMINA ET VIRTUTES BRITANICAE.
 Caput XXIX.

Bertanith hæc
 Auicenna uo-
 cat.

A Græcis dicitur Britani, & Damasinos, Itali Britanicam, alij Betam
 plantaginis, alij Bibonem uocant.

Ad uitia quæ in ore nascuntur, nempe nos-
 mas & tonsillas.

VIRTUTES.
 † In modum est
 lactuce

Herba Britanica sumpta uiridist cum lactuca, oris uitia sanat, et per se
 tæ & expressæ succus in ore cõtineatur, & aliquid ex ea deglutiatur ad
 que proficiet. Ad oscedinem.

Herba Britanica sumpta uiridis, oscedinem tollit. Quod si uiridem nõ
 bueris, etiam arida contusa cum uino ad mellis crassitudinem, eodem mo-
 do sumpta, eundem effectum habet.

A Ad dentium dolorem, & si laxi fuerint.
 Herba Britanica mira quadam potentia succurrit, reponendus autē est in hyeme succus uel puluer eius, nam semper apparet. Succum eius serua- bis in uase abietino, & calefacito, & puluerē reponito, nam ad eisdem usus cum uino sumptus æque efficaciter prodest.

Ad aluum ciendam.
 Britanicae herbae succus pro uiribus cuiusq; potui sumptus per se sine periculo purgat.

Ad paralyfim.
 Herba Britanica uiridis cum radicibus contusa uini meri optimi cyathis duobus uel tribus potui sumpta, mire proficere creditur.

Ad anginam, quam Græci σωάγρησιν appellant.
 Herbae Britanicae flos ante quā tonitrum audiat collectus deuoratus per annum totum † anginam non experietur.

† anguere

NOMINA ET VIRTUTES LACTUCAE SYLVESRIS.

Caput XXX.

Gracis Didaxagria, alijs Hieracios, alijs † Aspideion, aliquibus Picris, Aegyptijs Iobonfos, Italicis Lactuca syluatica. Nascit̄ locis cultis & sabulosis.

† aspidelon

B Ad oculorum caliginem.
 Dicunt Aquilam quum in altum uolare uoluerit, ut prospiciat rerum naturas, Lactucae syluaticae folium euellere, & succo eius sibi oculos tan- gere, & maximam inde claritudinem accipere. Herbae igitur Lactucae syl- uaticae succum mixtum cum uino uetere & melle à capino qui sine fumo col- lectus est, optimum succo herbae uinū & mel cōmiscabis & teres, & in am- pullam uitream, condito ex eo utēris, summam medicinam experieris.

VIRTUTES.

† à canno, uide- num legi possit acapno, id est, sine fumo colle- ctorum.

NOMINA ET VIRTUTES AGRIMONIAE.

Caput XXXI.

A Græcis dicitur Arsella, item Sarcocolla, Italicis Artemonia Agri- moniaue, quæ has uirtutes habere memoratur.

Ad oculorum uitia siue dolores.
 Agrimonia uiridis per se trita: si autem arida fuerit in calida aqua intin- cta ut facillime teri possit, illita sugillationes & labores oculorum ma- ture discutit.

VIRTUTES.

Ad uentris dolorem.
 Agrimoniae herbae radicem bibere dato, mire prodest.
 Ad uulnera, ulcera, & cancrumata.
 Herba Agrimonia uiridis contrita et apposita uulnera, ulcera, et cancro- mata sanare apta est: si autem arida fuerit, aqua tepida remissa idem profi- cere creditur.

C

L. APVLEII MADAVRENSIS

C

Ad luxum.

Agrimonia herba contrita et opposita mire doloribus uel tumoribus et luxu concitatis succurrit.

Ad morsum serpentis.

Agrimoniae herbae drachmae duae cum uini cyathis duobus potui datae discutiant uenenum mirifice.

Ad ferro uel sude percussum.

Agrimonia herba contusa & imposita mirifice sanat.

Ad uerrucas tollendas.

Agrimonia herba cum aceto imposita tollet uerrucas.

Ad splenis uitium siue dolorem.

Herba Agrimonia in cibo sumpta, splenem consumet.

Ad ea quae secanda sunt.

Herba Agrimonia contrita & imposita, aperit & perfanat.

NOMINA ET VIRTUTES ASPHODELI.

Caput XXXII.

A Græcis Asphodelos, alijs Hastula regia uocatur. Itali Albucium appellant. Has uirtutes possidet.

Ad dolorem tiliarum uel pedum.

VIRTUTES:

D Herbae Asphodeli succo cum oleo amygdalino ungebis quod dolet, mirifice sanabitur, etiam si tumores fuerint, ipsam tusam & subactam imponis.

Ad hepatis dolorem.

Herbae Asphodeli radix discocta ex aqua mulsa potui data, hepatis dolorem mirifice perfanat & tollet.

NOMINA ET VIRTUTES OXYLAPATHI.

Caput XXXIII.

A Græcis Oxylapathon uocatur, Itali uero Lapathum acutum pro uocabulo buli ethymo nominant.

Si qua duricies in corpore.

Herba Oxylapathon cum axungia ueteri ouilla pisata, & ex pane domestico, facta ut malagma, imposita, corporis duricias mirifice sanat.

NOMINA ET VIRTUTES CENTAVRIAE MAIORIS.

Caput XXXIII.

A Græcis dicitur Maronion, alijs Nesson, alijs Plectronias, quibusdam Lymnites. Prophetæ Hæmaheracleos, alijs Chironias, alijs

† Lymnestis, alijs Apogorisapo, alijs † Hydros, alijs † Emericos, Aegyptij Antiamas, Itali Fel terræ siue Vnefera.

Ad hepatis dolorem.

Herba Centauria maior in uino decocta ac potui data, mirifice auxiliatur.

Ad spleneticos.

Centauria maior in uino decocta et potui data, lienem perfanat, experti fumos.

Oxylapathon
Rumicem pro
prie & oxalis
da uocabis.

† Lymnestor
posset legi, &
Lymnesion
† Polyodios.
† Emerotos
VIRTUTES.



Ad ulcera, uulnera, & canchromata.
 Herba Centauria maior contrita imposita tumorem fieri non patitur.
 Ad fugillationes & dolores.

Herbae Centauriae maioris succus perunctus ex aqua, summe facit.
 Ad uulnera recentia.

Herba Centaria tam efficax est ad plagas glutinandas, ut etiã carnes cohaereant quae ex aqua eius coquuntur.

NOMINA ET VIRTUTES CENTAVRIAE MINORIS.

Caput XXXV.

Herbae Centauria minor à Græcis Elleborites uocata. Prophetæ Hæma Heracleos, Aegyptiit Amarantum. Dacit Stirsozila, Itali Febrifugiam, alii Multiradix. Chiron Centaurus has herbas fertur inuenisse, unde & nomen Centauræ tenent. Nasci amant solidis locis & fortibus.

†amarat
 †strosforia uia
 rumq; nimirũ
 corruptũ Di-
 osc. habet Dul
 belam.

Ad morsum uiperæ.
 Herbae Centaurie minoris puluer in uino exhibitus, aut ipsa pisata, in uino ueteri potui data ualidissime proficit.

VIRTUTES.

Ad oculorum uitia.
 Herbae Centauriae minoris succus oculis inunctus, aciem extenuatã sanatur, adiecto etiã melle idem proficit. Calignantibus quoq; oculis † claritas restituit recte facile. Ne quis in hoc periculum incidat Centauriae minoris manipulum in uini congio coquito, ac triduum maceratũ eximito. Inde cotidie ad heminam mixtum melle adiecto ieiunus bibat.

vt claritas res-
 tituatur.

Aurugini pellendæ.
 Herbam Centauriam decoque in aqua ad tertias, & ex ea dabis bibere quantum potuerit, sanabitur.

Lumbricis & tineis purgandis.
 Herbam Centauriam dabis ut supra, eiiciet.
 Ei qui uenenum sumpserit.

Herbam Centauriam ex aceto tritam dato, bibat, mox discutit uenenũ.
 Item centauriae radices pōdere denarii unius in tribus cyathis uini bibunt.

NOMINA ET VIRTUTES PERSONATIAE.

Caput XXXVI.

Ræce Profopites aut Profopes uocata est, alij Bacchion, alij Elephantosis, alij Elephas, alij Nephelion, Itali Personatiã, alij Dardana, alij Manifolium, Galli Betilolen, Daci † Riborasta.

Arcion. Dios.
 Arcion Gale.
 uocat.

Ad omnia uulnera, siue serpentium morsus.
 Personatiæ herbæ succus cum uino ueteri in potionẽ datus, omnes morsus serpentium uel colubri mirifice sanat.

†peribobasta

VIRTUTES.

Febribus medendis.
 Personatiæ folijs cinges febricitantẽ statim mirifice sanat, et effugat febres

L. APVLEII MADAVRENSIS

C

Ad uulnus etiam si cancer erit.

Herbæ Personatiæ aqua foueto, deinde ipsam cum nitro & axungia & picula cum aceto tere, & in panno inducito & imposito.

Ad intestinorum dolorem.

Herbæ Personatiæ succi cyathum unum ex melle cyathis duobus ieiunus bibat.

Ad canum rabidorum morsus.

Herbæ Personatiæ radix cum sale marino trita morsui impositur.

Ad uulnera uetera, quæ humorem præstant.

Personatiæ radicem & spinam quæ in locis siccis nascitur æquali pondere conteres & impones.

Ad ambuſta.

Personatiæ succi cyathum unum ex melle cyathis duobus bibat.

DE VIRTUTIBVS HERBÆ FRAGI.

Caput XXXVII.



Omaros Græci, Romani Fragum nuncupant. Nascitur quidem in cis oppacis & mundis, & collibus. His est prædita uirtutibus.

Ad splenis dolorem.

VIRTUTES.

FRagi herbæ succus ex melle potui datus mire ad splenis dolorem proficere certum est.

D

Ad Suspiriosos.

Herbæ Fragi succus cum albo pipere & melle mixtus potui datus, mirificum remedium præstat. Legito eam mundus.

NOMINA ET VIRTUTES IBISCI.

Caput XXXVIII.

† Alterariza potest et aleo malachen etc. legi



Græcis appellatur Altheæ: alij † Ororiza, alij † Aelcomolochen, alij Molothen agriã aut Creticem, alij Anadendromalachen, alij Sicophyllon, Itali Ibiscũ uocant. Nascit̃ locis humidis & campis.

Virtus eius confert podagræ.

VIRTUTES.

Herba Ibiscus pisata cum axungia uetere imposita, tertia die sanabit. Eius herbæ experimentum plures autores affirmant.

Ad collectiones quæ in corpore nascuntur.

† semē polline

Herba Ibiscus decocta cum scœnugræco & lini † semine, pollice imposita, duritias omnes discutit.

Ad omnia † encatismata.

Nihil abludit si legas enchemata, etsi ne hoc quidem improbandum.

Ibiscum herbam decoctã cum malua erratica & scœnugræco imposita. Eadem aqua fouebis, & his ominibus tritis encatismatis impone.

Ad intestinorum dolorem.

Herba Ibiscus perinde ut supra decocta cū singulis, sed ut encatisma potest.

† ex aqua stea † esca calida intestinum foues, tertio die sanabit. Id sumus experti.

N O M I N A

Caput XXXIX.

A Græcis dicitur Ippiron, Itali uero æquiseiam uocant.

Vide num de
Cypiro hic lo-
quatur.

Herbæ æquiseiæ succus ex uino dulci cyathis duobus potui datus, dys-
senteriam sanare creditur.

Ad dysentericos.

Herbæ æquiseiæ succū ex uino austerissimo sine fumo ieiuni bibāt mox
sanguinem restringet.

NOMINA ET VIRTUTES MALVAE
ERRATICAE. Cap. XL.



Alachinagian Græci uocant, alij Aeleomalachen, alij Aco-
pon, alij Collyris, alij † Malachen, alij Helionstrophon, Itali †
† Osyriacam, alij Maluam rusticam, alij Ibisum, alij Maluam er-
raticam. Nascitur ubiq; in locis cultis.

† molchen.
† osyriaca

Ad uesticæ dolorem.

M Aluæ erraticæ cum totis radicibus suis libram in congio aquæ co-
ctam ad dimidium per triduum ieiuno dato bibere, sanabis eum.

VIRTUTES

Ad neruorum dolorem.

E Malua erratica pisata cum axungia uetere & imposita, neruorum dolo-
rem mirifice sanat. Facit & ad omnia encatasmata decocta cum Ibisco & sœ-
nugraco.

Ad pleuritida.

Maluam erraticam decoques cum oleo, & postea destringes, & folia in
mortario teres, & in pannum induces & impones, & triduo non solues,
emendasti dolores.

Ad uulnera recentia.

Maluæ erraticæ radicem in cinere coctam cōtere & impone, sanabitur.

NOMINA ET VIRTUTES BUGLOSSAE.

Caput XLI.



Buglosson græce, Prophetæ Gonos αλουου, Osthanes Tzanuchi,
Aegyptij Antueorinbesor, Romani linguam bubulam, † Lucani
Carroga. Nascitur locis cultis & fabulosis.

† Lacones cor-
rago.

Ad tertianas siue quartanas.

H Erbæ Buglossæ, hoc est Bouis linguæ, quæ treis Thyrsos feminis mit-
tit, radicem totam ex aqua decoctam potui dabis, tertianæ medetur.

VIRTUTES

Quæ autē, quatuor Thyrsos habet, faciet ad quartanas: dabis autem ut su-
pra alia. Eadem herba similis ei est quæ folia † Lapathi fert, minuta eius ra-
dix potata ex aqua ranis & serpentibus aduersatur.

† Lapathij

Ad suspirationes.

Herba Buglossa ex melle & pane pisata uice malagmatis mirifice rum-
pit. Hanc leges mense Iulio.

C. PLINII SECUNDI
 NOMINA ET VIRTUTES BULBI SCILLAE
 LATICI SCILLAE'VE. Cap. XLII.

C
 Duae sunt scilla
 lae species, alba
 quae masculina, nigra
 quae foemina.
 † Obthalmon



Græcis dicitur Scilla, alijs Pancratios, alijs Typhonos, Aegyptij
 Sylitho, Prophetæ † Optalmontiphonos, Itali Scillam rubram
 sculam, alijs Bulbum scillitem, siue scilliticum appellant.

Ad hydropisim.

VIRTUTES.
 † decoquitur

Scillæ herbæ bulbus torretur, deinde circumpurgatur, & medium eius
 in aquam † conijcitur, dum madidum fuerit eximitur, & inde tres obuli
 potui dantur ex melle & aceto, & euacuatur per urinam.

Ad Pterniones.

Herbæ Scillæ quod est in medio eius, hoc est interius cum oleo defere
 uefacto, atque ea quæ dolorem exhibent perungito, sedabuntur.

Ad Panaritium.

Herbæ Scillæ radix pisata cum aceto & pane imposito, panaritium mi
 rifice sanat.

Ad extinguendam sitim hydropicorum,
 siue dum sitiunt illi.

Herbæ Scillæ folium subiectum lingue sitim compefcit. Legenda est ea
 omni tempore.

D

NOMINA ET VIRTUTES COTYLEDI,
 Caput XLIII.

† pbales
 Cepos Aporo
 dite, id est, hor
 tulus Veneris.



Ræci Cotyledon, alijs Cepos Aphroditis, alijs † Gesomphalos, alijs
 Stoëchis, alijs Stergethron, Itali umbilicū Veneris appellant. Na
 scitur in tectis aut in monumentis.

Ad strumas discutiendas.

VIRTUTES.

Cotyledon herba pisata cū axungia suilla foeminis sine sale æquis pon
 deribus calida imposita strumas discutit, Leges eā hyemali tempore.

DE HERBA GALLICRVRE. Cap. XLIIII.

Sanguinariam
 quidam uocāt,
 quod narib. op
 posita sangui
 nem eliciat.



Asci amat herba Gallicrus locis solidis & circa uias, eius cacumen
 instar pedis galli. Virtutes habere dicitur,

Ad canis morsum.

VIRTUTES.

Herbam Gallicrus tritam cum axungia & pane domestico imponas,
 mox sanabit. Ad duritias.

Eadem sic (ut diximus) parata duritias discutit.

NOMINA ET VIRTUTES PRASII SEV MARVBII,
 Caput XLV.

† philophes
 † asterion, sed
 corrupte.

† Gnoshuris
 † nostrosun.



Ræcorum quidam Prasion, alijs Eupatorion, alijs † Philophares
 Aegyptij † Asteriope, prophetæ Hæma taurou, alijs Aphedros
 alijs † Gonos Hori, Itali Marubium, alijs Meilitænam siue Me
 ciam, Vlcerariā, alijs Chamæle podiū, alijs † Nosprason dicuntur.

- A.** Ad grauem tussim.
Herbam Marubium coques ex aqua & dabis eis bibere qui grauiter tussiant, sanabit mirifice.
 Ad stomachi dolorem.
 Herbæ Marubij succus potus stomachi dolorem tollet, si febricitat ex aqua potus, satisq; eleuat se.
 Ad lumbricos.
 Herbæ Marubij, Absynthij, & Lupinorū paria pondera in aqua multa cocta cum uino, bis aut ter in umbilico posita, necat lumbricos.
 Ad condylomata.
 Herbam Marubium combure, eiusq; cinerem infrica, sanabit.
 Veneno accepto pellendo.
 Si quis uenenum sumpsit, herbæ Marubij succum dabis ex uino ueteri, discutit nanque uenenum.
 Ad scabiem uel impetigines.
 Herbæ Marubij decocti aqua corpus lauato, scabiem discutit, & impetiginem tollit.
 Ad pulmonis extensionem.
 Herbam Marubium ex melle coctam sumat, mire curabitur.
 Ad omnem duriciam.
B Herba Marubium tusa cum axungia & imposita, mire sanat.
 Ad lassitudinem & languorem ab opere contractū.
 Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, & neruorū habuerit dolorem, herbæ Marubij succo cum oleo rosaceo permixto perunges eum, si ne mora sanabitur.

NOMINA ET VIRTUTES XIPHII.

Caput XLVI.

Grecorum quidam Xiphion, alij Phasganon uocant, Itali Gladiolum dicunt.

- Ad fistulas quæ in corpore nascuntur.
 Herbæ Xiphij radices uncias sex, Amyli uncias sex, aceti cyathos duos, adipis uulpini uncias treis ex uino pisabis, in panno lines & impones, miraberis.
 Ad capitis fracturam.
 Herbæ Xiphij superior pars sicca contrita æquis ponderibus mixto uino capitis ossa fracta extrahit: aut si quid in corpore suppuratum fuerit, uel si pedibus calcata sint ossa serpentis, contra ea uenena efficax est.

TAM NOMINA QVAM VIRTUTES CALLITRICHI.

Caput XLVII.

Craci Callitrichon, ijdem Adianton, ijdem Polytrichon, ijdem Trichomanes, ijdem Trichophyes, alij Selinophyllon, alij Diphies, alij

A gladij similitudine id nominis nacta.

VIRTUTES. Plura his comperies apud Diosc.

C Hyppomanes, item Scolopendron, Asplenon, Scolibrocos, alij Amyanthon, Latini Capillum Veneris, ijdem herbam capillarem, Punici Nello effefade, Romani Saxifragum. Nascitur in locis aquosis, uirgultis nigris lenibus, cum splendore, bipalmis folijs, ut Coriandrū scissis in summitate.

Ad strumas uirginum.

Herba Callitrichum pisata per se & imposita uirginibus strumas sanat.

Ad capillos tingendos.

Herba Callitricho in oleo trita capilli uncti inficiuntur.

Quidā μῶλυ
Leucæon agri
on appellant.

Hom. Od. x.
Homerū quis
secutus, haud
absurde forte le
gat. Naturāq;
eius & succib.
d. siquidem, in
quit καὶ μοι φέ
σιν ἀπὸ τοῦ ἔδα
ξερ.

DE MOLY VIRTUTE ET PRAESTANTIA.

Caput XLVIII.



Moly clarissima herbarum est, Homero teste, qui inuentionem eius Mercurio adsignat, † contraq; eius succum beneficia demonstrat. radice rotunda nigraq; magnitudine cepis.

Ad matricis dolorem.

Herba Moly contusa & imposita, dolorem matricis sedat.

NOMINA ET VIRTUTES HELIOTROPII.

Caput XLIX.

† Scorpion

D

† παροῦρον



Græcis dicitur Heliotropion, & Heliostraphon, quibusdam He liuron, aliquibus Dialion, alijs Sesamon agrion, Item † Scorpion cton, item Heraclea, alij Sideritesin, alij Vra Scorpion, Prophe ta Gonoschronou, Galli Hæmatites, Pythagoras † Pareoron.

Osthanes Putagonon, Aegyptij Nisine, Itali Vertamnū, alij Mulcetran, alij Intybum syluaticum. Nomen accepit primo quod æstiuo solstitio floreat, uel quod solis motibus folia conuertat. Sed & specie duplex, quarum altera maior appellata est Scorpiuros à similitudine caudæ scorpionis, aliam minor. Maior igitur nascitur in asperis locis tenui radice, ex qua ramulos quatuor aut quinque, atque ab ipsis plurimas furcas emittit, folijs Ocymo similibus, paulò maioribus atque succulentis, & nigrioribus & asperis, cum flore in summitate tenui, & ueluti purpureo atque uncatō in similitudinem caudæ scorpionum. Minoris herbæ species similis est supradiçtæ. Nascitur locis concauis, folijs rotundis, semine pendentī, in caudæ scorpionum similitudinē. Eius herbæ diuinæ ad Solis cursum floscelli se uertunt, & quando Sol occidit, flores se claudūt: rursus quum oritur, floscelli se aperiant. Nesci amat ubiq; locis cultis mundis & pratis. Facit ad remedia ista.

Ad omne uenenum.

VIRTUTES.

Herbæ Heliotropij puluer mollissimus, aut succus eius cum uino uere optimo potui datus, mire uenenum discutit.

† luxum

Ad † luxationem.

Herbæ Heliotropij folia cōtusa & apposita, efficaciter sanare creduntur.

A DE VIRTUTIBVS HERBARVM HIST.
DE VIRTUTIBVS †CRYAS. Caput L.

III

†Gyras

Ascitur Cryas in Lucania, marmoris albi colorem habens, quatuor rubicundis ornata cauliculis, has potentias habet.

Ad Sciaticos.

Herba Cryas cōtusa & imposita sciaticos tertio die sanat: hæc quasi ma- VIRTUTES.

lagmatis genus imponatur.

Ad omnes corporis dolores.

Herba Cryadis radix pisata & imposita, omnes dolore sedat.

NOMINA ET VIRTUTES POLYTRICHI.

Caput L I.

Pæcorum alij Adiaton, alij Polytrichon, alij Trichomanes, alij Ebenotrichon, alij †Hopterin, Aegyptij †Ethui, Rhomani Cin- †hypnen
†Epiet habet
Diosc.

cinalem, alij Terræ capillum, alij Supercilium terræ uocāt. Na- VIRTUTES.

scitur in parietinis, & locis humorosis. Hæc etiam herba Calli- VIRTUTES.

trichos appellatur, de qua superius loquuti sumus, & quā antea posuimus.

Ad Coli dolorem.

Herbæ Polytrichi, eius quæ habet ramulos quasi seta porcina, folia con- VIRTUTES.

trita cum piperis granis nouem, & feminis coriandri grana nouem si- VIRTUTES.

mul contrita cum uino optimo dabis bibere intranti in balneum: facit & VIRTUTES.

ad capillos mulierum nutriendos.

NOMINA ET VIRTUTES ASVLAE.

Caput L II.

ASula Græce Molocheagria dicitur.

Ad dysentericos.

Herbæ Asulæ regiæ radix cum uino trita potui datur dysentericis, sta- VIRTUTES.

tim sentient beneficium.

Ad uentris fluxum restringendum.

Herbæ Asulæ regiæ semen mixtum cum aceto acerrimo potui datum, VIRTUTES.

uentrem restringet.

NOMINA ET VIRTUTES PAPAVERIS SYLVESTRIS.

Caput L III.

Pæci Mecon ceratitis, alij Aphrodes, alij Heraclion, alij Meco- Passim adhuc
alia habet
apud Diosc.

na agrian, alij Mecon Rhœas, alij Anemons, & Enemion, alij VIRTUTES.

Oxytonon, alij Prosopon, alij Lethe, alij Lethusa, Prophetæ Ba- VIRTUTES.

silice, Persephonion appellant. Itali Papauer albū, Papauer ni- VIRTUTES.

grum, Papauer agreste, Papauer syluaticum. &c. *μικρον* Latini papauer di- VIRTUTES.

cunt. Eius alia est usualis quæ etiam falliculosa uocatur, alia agrestis & alte- VIRTUTES.

ra *ῥοις* appellata. Succum quidem ex ipsa fluentem Opium appellant, uel VIRTUTES.

quæ facile florem dimittat. Alia *† κέρατις* siue *ἀφρώδης*. Est igitur usualis lon- VIRTUTES.

gioris capitis atq; semine albo; Agrestis uero quæ Rhœas appellatur cum VIRTUTES.

D

Opium lachry-
ma papaueris.
† κέρας mi-
hil abludit.

Capite sessili, semine nigriore. Alia aridior atq; agrestior, cuius caput longius, flores rubei uel albi, semen fuluum, radix subalbida, longa, minimi digiti robore, colligitur tēpore uerno. Cerastritis uero nascitur in littoribus erecto thyrso atq; hirtis, folijs infectis, hirtis, albis, flore pallido, fructu sine semine paruo, uncata ut cornu, semine nigro paruo, radice ualida, nigra, atq; in superficie terræ. Item Aphrodes quæ appellatur Heraclios ex omni parte alba est, eius semen colligitur æstiuo tempore aridum.

Ad Epiphoras oculorum.

VIRTUTES. Herbæ papaueris succus uel cauliculus cum suo fructu oculis imponitur.

Ad hemicranium uel capitis dolorem.

Herbæ papaueris syluatici teres cū aceto & impones super frontē, sedabit dolorem.

Ad somnū prouocandum.

Herbæ papaueris syluatici succo si quem perungas, somnū ei cū sopore obijciat.

VIRTUTES HERBÆ OENANTHES. Cap. LIIII.

Contra stranguriam conuenit.

Alij Cerascomen, alij Leucacanthos eam nominant Diosc. Theod. uiz. ti floram.

Herbæ Oenantes radix in puluerem redacta data, ad stranguriam inuini cyatis duobus summe facit.

Aduersus tussim.

Oenantes herbæ radicem dabis potui ut supra, tussim sedat.

D

NOMINA ET VIRTUTES NARCISSI.

Caput L V.

A Narce, id ē, torpore dictus quoniam caput grauet, non à priore iuxta fabulas.



Narcissus à Græcis dicitur Anhydros, Autogenes, bolbos, Ereticos, Aegyptij Emptone, Prophetæ Cynoglossa, Itali Bulbum uomitorium uocauerunt. Nascitur thyrso bipalmi, folijs porri similibus, sed paulò breuioribus, flore interius albo, croceo, uel in aliquibus purpureo, fructus sine semine ut in membranula nigro, in magnitudine bulbi.

Ad uulnera quæ ex se nascuntur.

VIRTUTES.

Herbæ narcisci radix contusa cum oleo & farina uice cataplasmatibus imponitur uulneri, & sanat mirifice.

NOMINA ET VIRTUTES SPLENII AC SATVREIÆ.

Caput L VI.

† Pirgia
† Teucrion



A Græcis dicitur Lonchitis, alijs Hermionion, alijs Scolopendriion, alijs † Phrygia, alijs Phrygitis, alijs Philtrodotis. Alij Aturion, Prophetæ Hama gales. Lonchitis folia habet rubra, flores nigros cōmoda uultibus hiscensibus, semen siue fructum albu radicem latam lanceæ similem. Alijs uirtutibus traditur etiam alia Lonchitis similis scolopendriæ, cum aceto spleneticos medens in potu data.

Ad splenis dolorem.

VIRTUTES.

Herbæ Splenion radicem in puluerem mollissimū redactā uino leniore potui

A potui dato, summam rem experieris, constatq; eam sic esse inuentam, quum exta super eam essent proiecta adhaesisse lieni, eūq; exinanisse. Propter hoc à quibusdam Splenion uocatur. Narrantur sues, qui radicem eius sumpserint sine splene inueniri. Quidam eam dicunt ramis hyssopi furculosam, folia fabæ eodem nomine appellatur. Legunt autem eam dū floret, maxime ex Ciliciæ & Persidis montibus laudant.

NOMINA ET VIRTUTES POLII.
Caput L V I I.

Ræci quidã Polion, alij Phuxaspidion, alij Achamenis, alij Ebenitis, alij Melosmon, alij Belion, alij Leontocharon uocant. Aegyptij Cathotis, Latini Conula, Martialis Polium, Neptunia. Duæ eius sunt species, alia est fructuosa atq; inutilis, altera syluestris frutice bipalmi albo, folijs tenuibus, semine pleno, cū capitello in summitate paruulo crinoso, ueluti canam capillaturã, frangenti odoris grauissimi, cum quadam iucunditate. Nascitur locis asperis.

† Libanitis.
Celebratur Polion ab Hesiodo & Musæo. Teoph. nõ raro Tripolion uocat. Alexipharmakon quis iure appellabit.

Ad lunaticos.

Polij herbe succum cõmises cum aceto & oscillante, & perunges eos, curabuntur. Item pilulam eius & radicem linteo mundo, circa collū eius qui patitur, ligabis, experta est res.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES VICTORIAE.
Caput L V I I I.

Vpeplios Græci, Daphnoides, Hypoglossion, Eupetalon, Diglosson, Daphne Samothratia, Daphne Alexandrina, Daphne Minthrios, Danaë, Stephane Alexandrov, Chamedaphne, Carpophillon, Daphnitis. Latini Peruincam uictoriæ folium, Laurum Alexandrinam, Macedonicam, Lauraginem, † Mustelaginem terrestrem uocāt. Frutex eius sæpius cubitalis, folijs ut muria paulo maioribus atq; tenerioribus & nõ in fractis gustu remordantibus & incendiosis. His prædita est uirtutibus.

† aliàs penlepos.

† Mustelaginem terrestrem.

Ad phlegmata incidenda.

Herbæ Victoriæ succi cyathos duos dabis cum melle bibere ieiuno, mox phlegmata intercidet.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES CONSOLIDAE MAIORIS.
Caput L I X.

Ræci Xilophiron, Symphiton, Anazethesis, Democritus Hæmestriasis, Latini † Consolida, † Enula rustica, Allium Gallicum. Nascitur in petrosis, lignosisq; locis, iucundi odoris, saliuam pro-uocans, ramis origano & capitelli thymi similibus, radice longa fuluua in robore digitali, sed appellatur etiã pictis, thyrsus bicubitalem geniculatū inanem, in quo folia hirta angusta & ueluti longa cum adnationibus secun-

† conserba
† humula

L. APVLEII MADAVRENSIS

C dum genicula, flore nigro, fructu siue semine floceorū corticis simili, pruritus mouens, radices exterius argillosas, uirtutis densabilis.

Ad profluuium mulierum.

VIRTUTES.

Herbæ Consolidæ puluerem mollissime contritum potui dabis in uino restringet.

Ad conuulsos uel intus ruptos.

Herbæ Consolidæ radicis cinerem tepidum coquito, & ex melle ieiunio dabis ut edat, sanabitur & thoracem purgabit.

Ad stomachi dolorem.

Herbam Consolidā si cum Oxygaro edat, magnum beneficiū sentiet.

Contra tussim.

Herbæ Symphiti radices in caldaria decoques cum melle, & pipere, & castoreo ad quartas, & in uino ueteri ieiuno dato in potu. Hæc herba hoc augmentum habet, ut carne bubula concisa, & in caccabum missa, eius radicis, si miseris drachmas duas, cocta caro in unum cohærebit.

NOMINA ET VIRTUTES ASTERII.

Caput L. X.

† Asteris
† incinalis



Ræcorū alij Asterion, alij Asteriscon, alij † Aster, quidam Bonion, alij Hyophthalmon uocarunt. Latini † Inguinalis. Punicis Terdum. Herba est, lignosas habens uirgas, & florem in summitate nigrum tanquam Anthemidis herbæ capitellū. An-

D bitum foliolis stellæ similibus, sed in thyrso folia longiora atque hirta, uel crassiora, & est laxatiuæ uirtutis. Nascitur ubique inter petras & loca aspera. Hæc herba noctu tanquam stella in cælo lucet, & qui uiderit ignorans, dicit phantasmata se uidere, & metu plenus irridetur à pastoribus pecorū. Adhibetur deniq; inguinum tumoribus.

Caduco laborantibus opitulatur.

VIRTUTES.

Herbæ Asterij baccas si dederis manducare Luna decrescente quæ est signum Virginis, & ipsam herbam laborans habeat in collo suspensam, remediabitur.

Hoc uno duntaxat habetur exemplari.

Alij Lagus Cymion, hoc est leporis cumini uocāt. Dio. Superiori contrarium, sed illud quàm hoc Dioseoridi magis accedit, qui uentrē contra hanc herbam affirmat.

NOMINA ET VIRTUTES LAGOPI, HOC EST PEDIS LEPORIS.

HOC EST PEDIS LEPORIS.

Caput L. X. I.



Lagopus Græcis à similitudine pedis leporini dicta est. Romani pedem leporis appellant. Nascitur in pratis.

Fluori uentris compescendo.

Herba Lagopus cum uino potui data, uentris fluori medetur.

Ad uentrem soluendum.

Herba pes leporis (item benedicta) persiccata, in puluerem redacta in potione uini, si sine febre fuerit: si autem febricitat, in aqua calida dabis, mox uentrem soluet.



Græcis Artemedion appellatur, alij Creticen, alij Ephimeron, alij Eldiam, alij Beloiakon, alij Belotocon, alij † Dorcidion, alij † Elbunion. Itali Vstilago rustica, alij Labrum Veneris, Aegyptij Emenypse et Dipsacos. Nascitur in insula Creta, & in monte Ida, folijs similibus papaueri, sed paulò maioribus, atque flaccosis uel largis adnationibus, & neque florem generans, neque fructum. Item alia huic similis quæ appellata est Pseudodictamnium. Nascitur plurimis in terris, similis acrimoniæ Dictamni. Memoratur etiam tertia species apud Cretam Dictamni cum folijs similibus Sisymbrij, maioribus ramis & flore nigro & molli, similis uirtute Pseudodictamni. Harum deniq; multò efficacior est prima.

† Dorcidion
† Eubolium, eius
lulion.

Dictamni herbae succum, si sine febre fuerit, cum uino dabis: si autem febricitat, cum aqua calida, mox eijciat pecus sine periculo.

VIRTUTES.

Ad plagas siue à serpentibus, siue à ferro, siue à sude impactas.

Herbae Dictamni succum in plagam infundet, & aliquid bibet, & mox sanus erit. Ad serpentium autem morsum succum eius in uino bibat, & mox discutit uenenum.

His qui uenenum sumpserint.

Herbae Dictamni succi cum uino in potu heminam sumat: nam tanta uis est eius Dictamni, ut non solum interficiat ubicunq; fuerint serpentes praesentia sui, sed & si odor eius à uento sublatus fuerit, ubicunq; eas tetigerit, mox occidet. Fertur & hoc exemplum: Si capra in uenatione telo percussa fuerit, quum peruenit ad herbam Dictamnium, & mox ea pascatur, telum à se eijciat, & plaga sanatur pascendo Dictamnium.

Ad uulnera recentia.

Herbam Dictamnium & Agrimoniam & Ambrosiam contritas cum butyro plagæ imponito † miraberis in omnibus Dictamni effectum.

† mirabilis

Ad ulcera & nomas.

Herba Dictamnium imposita, ulcera & putres nomas & purgare, & exple dicitur.



Solaginem Græci Helioscorpion & Heliostrophon appellant, & caetera ut supra.

Ad serpentium morsus & scorpionum ictus.

Solago herba maior siccata, & in puluerem mollissimum redacta in uino potui datur, & ipsa contusa plagæ imponitur.

Quæ supra ca. xlix. de Heliotropio habentur, alterum exemplarium hic repetit, alterum omittit, tu si quid desideras, quere ibidem.

L. APVLEII MADAVRENSIS
DE SOLAGINE MINORE.
Caput LXIII.

C
† Agro thordo-
num.



Herbam Solaginem minorem, alij Heliotropion appellant. Nascitur locis concauis, folijs rotundis, semine pendentium in Agro thordoni cardami similitudinem. Virtutes habet lumbricis latis atque rotundis perimendis & excludendis.

Lumbricis excludendis.

VIRTUTES.

Solaginis herbae decoctio potui datur ex aqua cum cardamo atque hyssopo & nitro ad excludendos lumbricos latos siue rotundos.

Ad lumbricos necandos.

Herba Solago minor siccata & in puluerem redacta in aqua calida potui data, lumbricos occidet.

NOMINA ET VIRTUTES PÆONIAE.
Caput LXV.

† Pantateram
Isidorus. Pæonia dicitur à
Pæone medico
à quo inuenta
perhibetur.



Pæonia à Græcis appellatur Penterobon, alijs Glycyfide, alijs Aglaophotis, alijs Pæonion. Alij Selenion, alijs Meneon, alijs Pantheceratos, alijs Selenogonon, alijs Dicomeneon, alijs Glucidim, Itali Pæoniam, alijs rosam fatuinam uocant. Pæonia porro autoris nomen retinet. Nascitur in Creta, quã Homerus sacer autor libris suis inseruit. Inuenitur sæpe à pastoribus hæc in extrema facula, habet magnitudinem, quæ noctu quasi lucerna lucet, & est granum eius cocto simile.

Ad Sciaticos.

VIRTUTES.

Pæoniae herbae radice partem alligabis ei qui patitur, & circumcinges, res est saluberrima.

Ad Lunaticos.

Herba Pæonia si lunatico iacenti imposita fuerit, statim se leuat uelans. Vel si eandem secum habuerit, nunquam ei hoc mali accidet.

NOMINA ET VIRTUTES PERISTEREI.
Caput LXVI.

† Ferrariam



Pæci Peristereon Orthos, alijs Trigonon, alijs Bunion, alijs Herabotanen, alijs Philtrodoten, Aegyptii Thiophenges, Propheetæ Herasdacryon, alijs Hæma gales, alijs Hæma Hermos, Itali Cristam gallinaciam, alijs columbinam, alijs Feriam, Punici Zamicum, alijs Exuperam, alijs Matricalem, Herculaniã, Azirgozol uocant. utiq; Peristereon herba siue recta siue supina. Nascuntur ubiq; in planis & aquosis locis, radice simplici atque thyrso. Sunt autem ex columbis esca cunda, unde & hoc nomen habent.

Ad omnia uenena.

VIRTUTES.

Peristereon puluer si cui in potu datus fuerit, omnia uenena discutit.

NOMINA ET VIRTUTES BRYONIAE.

Caput LXVII.



Raci Bryoniam Chelidonium, & Melothron & Arthezostin, siue Apiafellum, Itali uuam taminiã, Vitem albam, Agrifoliũ, Dentariam: Aegyptij Thodona, Gardiadena: Syri Hugadessi, Dinupula, Daci † Dochlea appellauere. Virgultis atque folijs et corimbis, ut uitis nostra, sed omnibus hirtis, quæ se colligit uicinis fruticibus, fructu siue semine botruoso, longo, raro, fuluuo, quo etiam tergora depilantur, thyrsos emittens prima informatione & e radice qui sunt asparagis similes.

† Discopela

Spleni sanando uirtutem habet.

Herba Bryonia in cibo data lienosis per urinam lien digeritur & emendatur. Hæc herba tam laudabilis est, ut in theriacas etiã potiones mitatur.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES NYMPHEAE.

Caput LXVIII.



Nymphaea Græce † Cacabon, Lothonietrã, Rhopalon, alij Androgamos, alij Hydragodos, alij Heracleos, Latini Matrẽ Heraculaniam, Algam palustrem, Papauer palustre, Clauum Venetis, Digitum Veneris dixerunt. Nascit in aquis stantibus. Ita de nique nomen sumpsit, thyrso nigro lenis folijs similibus herbæ cicoriæ aqua ex parte superantibus, flore pallido, fructu siue semine lato, denso, atque gustu argilloso, radice stipidosa nigra & acerrima est. Præterea nascens Ompheno tenus flumine, cuius flos niger est, radix alba & aspera.

† Cetabon

Dysentericæ compescendæ.

Herbæ Nymphaeæ succus cum uino tritus in potu detur. Item radices eius rades & dabis manducare dysenterico diebus decem, curabitur. Item si cum uino austero data fuerit, uentris cursum restringet.

VIRTUTES.

DE CRISIO. Caput LXIX.



Herba Crisium thyrso est bicubitali, Trigona inferius, summitate rotunda cum thyrsiculis purpureis atque canescentibus folijs hirtis, radice, ut Andreas memorat, dolori medente.


Crisium legere mauult H. Barba. quã Crisium.

Ad faucium dolorem.

Herbæ Crisios radicem si quis collo portauerit, fauces ei nunquam dolent.

NOMINA ET VIRTUTES HERBAE ISATIS.

Caput LXX.



Raci Isatis, Prophetæ Apisi, Romani Alutam appellauere.

Ad serpentis morsum.

Herbæ Isatis folium contritum in aqua, & in plaga positum, adiuuat, & dolorem tollet.

C

C. PLINII SECUNDI
NOMINA ET VIRTUTES HERBAE PASTINACAE.
Caput LXXXI.



Græcis dicitur Agrios Staphilinos, alijs Ceras. Alij Vdonu-
lion, Itali Pastinacam rusticam, erraticam, & syluaticam. Nasci-
tur in locis saxosis & aggeribus. Alia est hortualis siue semina-
lis & uiribus imbecilla. Alia agrestis, quæ appellatur etiã à quibus-
dam Ceras, eo quod cornu fingat, habet comam ut foeniculus, thyrsum
tenuem, asperum, in quo umbraculum, & flores paruos tenues, quorum in
medio croceum germen purpurei coloris, radicem bipalmem, robore dig-
tali, odore iucundam.

VIRTUTES.

Pro mulieribus quæ partu laborant, neq; purgantur.
Herbam pastinacam syluaticam decoquãt, & de aqua eius se fomētenti-
& sanabuntur. Ad purgationem mulieris.
Herba pastinaca decocta, cum eadem aqua ubi cocta est cōmisce, & da-
to bibere purgabitur.

NOMINA ET VIRTUTES PERDICALIS.
Caput LXXXII.



Perbam Perdicalem Græci Lustimachion, Sideritin, Elefincin,
Helxine, Parthenion dicunt, Latini Muralem & Parietarian.
alijs Oriclanam, alijs Uciolariam appellant. Sed nomen simpliciter
à perdicibus, siquidem ipsæ ea aluntur. Vocatur etiam Heraclia
& † Ion agrion, & Elitis, Elebatisue, & Polyonymos. Nascitur in turribus
uel parietibus, habet thyrsos tenues fruticosos rubros, in quibus semina
aspera & folia Linozosti herbæ similia, rotundiora tamen atque hirsuta
& aspera qualitate remordentia atq; cohærentia. Est enim, ut Græci aiunt,
uirtutis stypticæ. Deniq; ad similes causas, ac similiter ut arnoglossos her-
ba adhibetur. Ad podagram & chiragram.

† Irfinos agrion.

VIRTUTES.

Herba perdicalis coquitur in aqua, & eadem aqua fouebis pedes uel ge-
nitua, deinde ipsam tusam cum axungia impones pedibus panno indur-
ctam, uel supra genua, sanabit mire. Nascit parietibus aut macerijs, aut ag-
geribus.

NOMINA ET VIRTUTES MERCVRIALIS.
Caput LXXXIII.



Mercurialis à Græcorum alijs Linozostis arren, alijs Arguros,
alijs † Aritrilis, aliquibus Parthenion, quibusdam † Clibacion,
& Chrystitis, Arguminosq; appellata est. Aegyptii Aphlopho-
Prophetæ Hermu Basilion, Itali Mercurialem. Frutex eius bipal-
mæ bipalmis, folijs Ocymi similibus, atq; ramis inanibus cum furcis pluri-
mis atque densis, & est foemina maior quæ appellatur. Mas uero uocatur
Mercurialis masc. siue † Tesculata, & est minor atq; rotunda, & uelut
sticulis binis paruis circa exordium ornata.

† artritidis & argiritis
† Celicon ar-
tion

† Vide num le-
gipossit, testicu-
lata.

Ad

Ad ventris duriciem.

Mercurialem herbam coques, & tritam ex passo dabis, statim detrahet & stomachum purgabit. Semen quoque eius tritū ex passo datū, idem detrahet. VIRTUTES.

Ad menstrua cienda.

Mercurialis herba admota cum hyrino uel rosaceo oleo potui data, pro- uocat menstrua. VIRTUTES.

Ad oculorū epiphoras.

Mercurialis folia cum uino albo ueteri imponuntur.

Si aqua in aures introierit.

Mercurialis succus tepidus in aurem instillatus, mox liberabit.

NOMINA ET VIRTUTES HERBAE RADIOLI.

Caput LXXXIIII

Rerbam Radiolum alij Felicinam uocant, similis est Felici quæ for- te in lapideis nascitur, uel in parietibus, habens in folijs singulis binos ordines punctorum aureorum.

Ad capitis dolorem.

Radiolo herba cōtusa atq; curiose depurgata cum aceto scillitico usq; adeo decocta donec non pareat peungito, capitis dolorem sedat. VIRTUTES.

Ad aluum concitandam.

Herbæ Radioli radix euulsa, & cultro cortice depurgata cum malua, & ita malua & ius earum bibatur, sine labore uel aliquo tedio uentrem deducit, & omnes æstus.

NOMINA ET VIRTUTES ASPARAGI AGRESTIS.

Caput LXXXV.

Ræci Myacātha, alij Aranthillidā appellauere, alij Anaspargos, alij Sparagos agrios, Latini Corrudā, alij Asparagum agrestem, alij Sparagum rusticum, alij Sparagum nostrum.

Ad uesticæ dolorem siue tumorem.

Herbæ Asparagi agrestis radicē coque in aquæ sextario in pultario no- uo ad quartas, & ieiunus diebus septem laborās sumat in potu, pluri- mis diebus balneo utatur, in frigidam nō descendat, neq; frigidum bibat, mirifice experietur.

Ad dentium dolorem.

Herbæ Asparagi succum in ore continere oportet.

Herbæ Asparagi radix cocta trita utiliter imponitur.

Herbæ Asparagi radix trita cum uino potata proficit.

Si quis maleuolus deuotauerit hominem.

Herbæ Asparagi agrestis radice sicca cum aqua fontana delustrabis eū, & solutus erit.

NOMINA ET VIRTUTES SABINAE.

Caput LXXXVI.

Ræci eam Nerion dicunt, alij Arathy, alij Baryton, Itali herbā Sa- binam atque Sauinam, Cupresso similis.

E

Aspharagos dicitur à Theo- phrasto. Theod. Corru- daginē uertit. VIRTUTES.

C
VIRTUTES.

Ad morbum regium siue auruginem.
Herba Sabina cum melle & uino pota auruginē discutit, cum uino trita idem facit. Ad capitis dolorem.
 Herba Sabina diligenter trita cum aceto & oleo rosaceo mixta capiti & temporibus inlinita ualde prodest.
 Ad carbunculos.
 Herba Sabina carbunculis cum melle inlinitur.
 Ad ignem sacrum.
 Herba Sabina pariter cum melle inlinitur.

NOMINA ET VIRTUTES CYNOCEPHALII, HOC EST
 CAPITIS SIVE CEREBRI CANIS. Cap. LXXXVII.

† Antiron.



Ræci Cynocephalion dicunt, alii † Antirion, alii Brucanon, alii Ametiston, alii Brathin, Prophetæ Osireostaphe, Itali Canis cerebrum appellant.

Ad oculorum Epiphoras.

VIRTUTES.

Canis cerebri radicem cum aqua decoque, & de eadem aqua subinde oculos foueto, celeriter lenit.

NOMINA ET VIRTUTES HERBÆ ERUSCI,
 RUBEÆ. Cap. LXXXVIII.

D



Græcis dicitur Batos siue Batosdæa, alii Cynosbatos, alii Syntrophyllon, alii Asyntrophon, Prophetæ Hæma Ibeos, & Hæma Titanou, Itali Senticem, alii Rubum, alii Moram syluaticam, Daci Mantiam, Aegyptii Aemoos.

Ad aurium dolorem.

VIRTUTES.
 Cymæ herbarum cacumina sunt.

Erusci herbæ teneri cymæ succus expressus tepefactus & instillatus aurium dolore liberat. & per sanare eundem est certum.

Ad hemorrhoidas restringendas.

† myrrha
 † coquantur

Etrusci herbæ teneri cymæ nouem, & † muscæ syluaticæ cymæ tantumdem, maligranati sicci cortices tres † conteruntur in se, & in calida coriandri des encathesma, & quum iam refrigerauerit, fumentabis tibi anum, hoc est duum facies, mirifice restringit & per sanat.

Ad profluuium mulieris.

Erusci cymas teneras ter septenas coque in aqua usque ad tertias, & tria duo ieiuno in potu dabis, ita ut cotidie renoues potionem.

Ad Cardiacos.

Erusci folia per se trita imponunt mamillæ sinistrae, & sic dolori resistunt.

Aduersus gingiuarum & labrorum uitia.

Erusci herbæ cauliculi teneri in uino decoquantur, & ipsum uinum in ore continetur.

Vuæ remedium.

Erusci herbæ folia arefiant in umbra crematorum cinere in cochlearia facto resiliet, præsentaneum est.

- A
- Aduulnera recentia.
- Herbæ Rubi aut flos aut mora imponit, sine collectionis periculo sanat.
- Ad condylomata.
- Herba Rubus cum uino decoquitur ad tertias, eoq; uino fouentur condylomata, & omnia uitia sedat.
- Contra serpentum & hominum morsus.
- Herbæ mori folia recentia trita imponuntur.

NOMINA ET VIRTUTES HERBÆ MILLEFOLII.

Caput LXXXIX.



Græcis dicitur Myriophyllos, et Chiliophyllos, alij Melophyl-
lon, alij Stratioticen, alij Achilleon, alij Chrysites, alij Ambrosi-
am dixere, Itali Millefolium, alij Militarem, alij Supercilium
Veneris, alij † Acorum syluaticum, Galli Bellicocandiū, alij Vi-
† Cereum
† Diodetam
cis, molli, fuluo ita coæquato atque elimato, ut manufactus uideatur, folijs
fœniculi similibus. Hanc herbã Achilles inuenit, unde uulnera ferro facta
sanabat, & ob id Achilleos uocatur, hac sanasse Thelephum dicitur.

- Ad dentium dolorem.
- Millefolij herbæ radicem ieiunus manducet laborans dentibus.
- Ad uulnera ferro facta.
- B Herba Millefoliū cū axungia pisata & imposita uulneri, purgat & sanat
- Ad tumores.
- Herbam Millefolium contusam cum butyro tumoribus imposito.
- Ad dysuriam, hoc est urinæ difficultatem.
- Herbæ millefolij succus cum aceto potus, mire prodest, sanatq;.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES RUTÆ
HORTENSIS. Caput XC.



Ræcis dicitur Peganos & Eriphion. Romani Rutam hortens-
sem appellitant. Nota quidē hæc est omnibus herba: cuius est
altera usualis, altera agrestis atq; uirtutis acrioris, sed utraq; fer-
uentissimæ comprobatur. Mutantur etiam nomina pro regio-
† Armalia
num uarietate, apud Capadocas appellata est Moier, à quibusdam † Armo
la, à Siris Bessa. Memorant etiam in Macedonia appellari Mollicines, ab
alijs Viperalem uocari, eaq; interfectibilis earum quum probetur.

- Ad sanguinem fluentem è naribus.
- Herba Ruta frequentius odorata, sanguinē de naribus mire restringet.
- Ad inflationes.
- Herbæ Rutæ hortensis paululum edito, uel in potione sumito.
- Ad stomachi dolorem.
- Herbæ Rutæ semen cum sulphure uiuo & aceto ieiunus gustato.

VIRTUTES.

C

Ad inguinum dolorem.

Herba Ruta uiridis coquitur ex oleo, deinde cōmiscetur cæra, eo ut cerebro in linteolo utendum.

Ad epiphoras oculorum.

Herba Ruta cum polenta bene trita & imposta lenit epiphoras, nam & radix contusa & inlita eas emendat.

Ad caliginem oculorum.

Herbæ Rutæ rorem matutinum, aut matutino madentes succos collectos in uasculo habeto, & ex eo ungebis. Eadem & carbunculis ex aceto trita imponitur.

Ad morsus canis rabidi.

Herbæ Rutæ pondus denariorum sex ex uino bibitur. Plagæ imponitur Rutæ folia trita cum melle, sale & pice.

Ad Cardiacos.

Herbæ Rutæ fasciculus cum rosacio decoquitur, adiecta aloës uncia, & olei perunctio dolorem sistit.

Pro Lethargicis excitandis.

Herba Ruta trita ex aceto infunditur fronti. Eadem ignem sacrū ex aceto & oleo inlita sanat.

Ad oculorum aciem.

D

Folia Rutæ subinde manducet ieiunus.

Herba Ruta cum uino contrita, potui data, antidotum est.

Ad profluuium mulieris.

Herbam Rutam circumscribe auro & argento & ebore, & sublata cam alligabis infra talum.

Si fluit semen.

Herba Ruta manducatur ex uino cum liquamine.

Ad capitis dolorem.

Herba Ruta ex uino potui datur, & trita capiti instillatur cum aceto & oleo rosaceo.

NOMINA ET VIRTUTES MENTASTRI.

Caput XCI.



† Nomina deprauata.

Entastrū Græci Calaminthen, alij Glechon agrion, alij Hedysmos, alij † Osmites Bregiu, Thesmu Osthane, Prophetæ Gōnos Apollonos, Itali Mentastrum uocant; Alij Nepetā, Hispani Creobula, Galli Mentham. Huius species tres memorantur. Est enim syluestris folijs Ocimi similibus, atq; subalbidis, ramis caliculatis, cum flore purpureo, sed eius folia sunt odore pulegio similiter formata sed maiora. Secunda species appellatur agreste pulegiū, qua specialiter Latini (ut supra diximus) Nepetam uocant, cum folijs menthe similibus. Longitudine à prædicta porrectioribus, thyrso atque ramis maioribus, sed inferioribus effectū, omniū acriora sunt folia gustu, atq; incendiosa.

Ad aurium uitia & dolorem.

Mentaſtri herbæ ſuccus cum uino aſtero mixtus, & in auriculam con-
Miectus, uermes natos necare creditur. VIRTUTES.

Ut ſcias in cuius ſtellæ tutela ſis.

Herbam Mentaſtrū tollis mundus, in linteolo mundo habeto, ut quan-
do in pane cocto granum frumenti integrum inueneris, quem ſimul cū her-
ba ponito, & preceris ſeptem ſtellas, id eſt, Solem, Lunam, Mercuriū, Io-
nem, Venerem, Saturnum, & ſub puluino pone, ut tibi per quietem oſten-
dant, in cuius ſtellæ tutela ſis.

Pro elephantiacis.

Herbæ Mentaſtri folia frequenter manducato, ſanare certum eſt.

NOMINA ET VIRTUTES EBULI.

Caput. X C I I.

EBulum Græci Chamæacten dicunt, alij Chamæfacen, alij Mœ-
coſa Phrodites, alij Agrian acten, alij Eboicen, Gallij Ducone,
Daci Olma, Itali Ebulū. Ramis rotundis digitalibus terræ pro-
do, radice tenui. VIRTUTES.

Ad calculoſos.

EBulum herba tenerum cum folijs tritum ex uino potui datum, calculoſos
Epellet. Attende ſuper-
ſtitionem.

Ad colubri morſum.

Herbam Ebulum antequā ſuccidas, ter nouies dicis, omnia mala beſtia
canito, atq; ferro quā acutiſſimo elima, ſecundam terræ trifariam præcidi-
to, & id faciens de eo cogitato cui medeberis, reuerſus ita ne reſpicias, &
iſtam herbam contritam opponito, continuò ſanabitur.

Ad Hydropicos.

Herbæ Ebuli radicis ſuccus expreſſus cyathis quatuor ex uini ſextario
ſemis potui ſemel in die datus hydropicis ualidiſſime proderit, per annum
enim humor omnis detrahitur.

Splenis dolori curando.

Herbæ Ebuli radicem ſiccata, & in puluerem molliſſimum redactam
ex uini cyathis quatuor, pulueris cochlearia tria in limine ſtans bibat, &
Ebulum ſemper ſecum habeat ſine ferro lectum.

NOMINA ET VIRTUTES PVLEGIUM.

Caput X C I I I.

Pullegium Græci Blechon, alij Glechon, alij Arſenachanthon, alij Polu-
don ac Heniton, Prophetæ Panta agathon, Oſthanes, Dimo-
ron, Latini Pulegium. Quam uim Pulegium ſecum habeat, mul-
ti ignorant. Duo enim genera ſunt, maſculū & ſcœmina; maſcu-
lum florem album habet, ſcœmina rubeum ſiue purpureum, utrunque utile
eſt & mirabile. Cæterū mirabile in ſe habent, quū maximis æſtatis calori-
bus floreāt, quū ſerè aliæ herbæ areſcūt. Virtutis eſt acerrimæ ac feruētis.

† Leuchanton

C
VIRTVTES.

Capiti ne noceat æstus.

Herbam Pulegiū tecum aut super aurem, aut sub annulo portato, hoc
& hyeme tota facies, nec grauetudinem senties, nec perfrictionem.

Ad infantium intestinorum dolorem.

Pulegium & cuminum tritum ex aqua super umbilicum ponito, & continuo sanus fiet.

Contra nauſeam ſtomachi.

Pulegium tritum uel in aqua maceratū cum aceto potui dabis, nauſeam ſtomachi ſedat.

Ad uentris pruriginem.

Pulegium in aqua feruente maceratum tandiu donec bibi poſſit aqua, optimum eſt, & pruriginem ſedat.

Ad uentris dolorem.

Pulegium commanducatum, & in umbilico poſitum, religatum ne exci-
dat, continuo dolorem diſcutit.

Tertianæ curandæ.

Pulegij ramulos lana inuolutos odoret ante acceſſionem: quod ſi quis
coronam Pulegij in capite habuerit, capitis dolorem ſedat.

Si infans in utero mulieris mortuus fuerit.

Pulegij codas treis recentes quæ adolent ſuauiſſime, tritas in uino ueteri
optimo, quartario da, bibat.

Ne in nauſi nauſeas.

D Pulegium & Abſynthium ſimul tere ex oleo & aceto, nares frequenter
frica.

Si mulier minus purgatur.

Pulegij pond. ſemiun. in oxymellite cyathis duobus mane ieiuna bibat.

Si ſecundæ à partu non ſequuntur.

Pulegij treis diſtingue codas, & in uino bono da, bibat.

Aduerſus ueſicæ dolorem uel calculum.

Pulegium in uini cyathis duobus bene contritum, ieiunus bibat, & continuo
in folio deſcendat, intra paucos dies ſanat, & calculus pellitur.

Si quis circa cor uel pectore dolet.

Pulegij & aceti cyathos duos ieiunus bibat.

Contra ſpasmus.

Idem faciat ſi ſpasmus moleſtus fuerit.

Si mulier obticuerit.

Pulegium contritum & in puluerem redactum lana conuolutum ſubi-
ciatur ab obſtetrice.

Ad ſtomachi aut intestinorum inflationem.

Tremitticris Pulegium ex aqua calida contritum, uel ex uino, aut per ſe dato, rem m-
ris illico,

Ad morbum articulorum.

Pulegium in oxymelle quartario uel cyathis tribus ieiuno da bibere, &
ciet bilem & ſaniem albam, idem faciet ut facile reſpiret.

Sp-
Spiritu

Splenis dolori medendo.

Herbam Pulegium decoque ex aceto, & id acetum calida permixtū potui dabis. Cæterum ne quid pulegij pregnantī dederis.

Ad Sciam uel coxarum dolorem.

Herba Pulegio & pipere æquis ponderibus tritis in balneo perfricabis ubi dolet.

NOMINA ET VIRTUTES NEPITAE.

Caput XCIII.

Nepitae Menthā agrian, alij Menthamorinon, alij Diaulan, Prophetæ Hæma Ammonos, alij Gonos Ammonos, Itali Nepitam montanam, siue syluestrem.

Morsibus serpentum curandis.

Herbæ Nepitæ montanæ ex uino tritæ succus expressus cū uino potui datur, cuius etiam folia contrita plagæ utiliter imponuntur.

Autores nō raro societate inter mentham, mentastrū, & nepitam decepti, tum species earum tum nomina confundunt.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES PEUCEDANI.

Caput XCIV.

Peuucedanum Græcis dicitur Peucedanon, quibusdā Licys agrion, alijs Agriophyllon, Prophetæ Agathos Dæmon, Itali Pinastellum, alij Satanariam uocarunt. Thyrsus habet ut fœniculus, radicem magnam & nigram grauissimi odoris, succo plenam, secundum ipsam coronam densam, flore nigrum, pro temporibus augetur, & propterea aliquando præfecta molli radice defluit, atque in umbra deponitur seruanda, Sole nanque uires amittit, sed probatur melior esse flauus & feruens gustatu & odore grauis, ut in Sardinia & Samothracia gignitur.

Ad serpentes fugandos.

Peucedanum herba arcet serpentes odore suo, Peucedanū item cū betonica & adipe ceruino aut medulla aceto mixto, morsui medetur.

Contra Phrenitim.

Herba Peucedanum cum aceto, capiti infusa summe facit.

NOMINA ET VIRTUTES HINVLAE CAMPANAE.

Caput XCV.

Hinula Græcis dicitur Panax Chironia. Alij Centauriā, alij Panax Helenion, alij Helenam, Itali Hinulam campanam appellant. Habet folia Amarathro similia, flores auroso, radicem tenuē, non altam, acerrimam gustu, medetur serpente uexatos.

Ad uesicæ dolorem.

Herba Hinula, & Apij semen, & Asparagi, & fœniculi quoque radices in unum trita & in tepida potui data, efficaciter prodest.

Remediū ad cruciatus dentium.

Herbam Hinulam ieiunus cōmanducet, dentes confirmat.

† commasticez

C

Ad lumbricos.

Herbæ Hinulæ folia ex uino trita supra uentrem ponuntur.

NOMINA ET VIRTUTES CYNOGLOSSAE.

Caput XC VII.

† Cablaion



Ræci Cynoglosson, alij Prygian, alij Emionion, alij Splenion, alij Caballation, alij Acolymbos, alij Scolymon, alij Pyrgys, alij Leucrion, Aegyptij Zenis, Itali Linguam caninam, alij linguam canis, alij Sublabium, alij Linguam Macedonicam.

Ad morsum serpentis.

VIRTUTES.

Cynoglossa herba trita & ex uino sumpta prodest.

Quartanae typo medicando.

Herba Cynoglossa quæ folia quatuor habet pisata et potui data ex aqua liberat. Pro his qui minus audiunt.

Herbæ Cynoglossæ succum ex passo & oleo tepefacto in aurem stillare mire sanat.

NOMINA ET VIRTUTES SAXIFRAGAE.

Caput XC VIII.



Græcis dicitur Saxifragos, alijs Adiantos, alijs Scolopēdion, quibusdam Scolymos, nonnullis Scoliprochos, Asplenon, Prochos agrios, Aegyptii Phepere, Itali saxifragam, alij uiccanam, alij Apruco, alij Lampago uocant. Nascitur in montibus

locis saxosis, uirgultis nigris lenibus cū splendore, bipalmis ut coriandri scissis in summitate.

Calculosis amuletum præsentaneum.

VIRTUTES.

Saxifragam herbam contritam ex uino bibendum dato, febricitanti ex aqua calida, tam præsentis effectus ab expertis traditur, ut eodē die per fractis eiectionibus calculis ad sanitatem perducatur.

NOMINA ET VIRTUTES HEDERAE NIGRAE.

Caput XC IX.

† Dioscorides
Chrysocarpon
habet.

Græci eam dicunt Cissos Melas, alij Cissarion, Cissoneciónue, alij Gsometas, Galli Bolus ferron, Daci Arborriam, Itali Hederam nigræ.

Ad calculos pellendos.

VIRTUTES.

Herbæ hederæ baccas aut septem aut undecim contritas ex aqua potui sumptas mire calculos in uesica congregatos frangere & extrahere per uiccanam certum est.

Ad capitis dolorem.

Herba hederæ cum oleo rosaceo & cum succo eius mixto uino tempore uel frontem perfricabis, sedat dolorem.

Ad splenis dolorem.

Herbæ hederæ nigræ grana, primo iij. Secundo v. Tertio viij. Quarto x. Quinto xi. Sexto xiiij. Septimo xv. Octauo xvij. Nono xix. Decimo xxi.

Axxi. in uino bibuntur diurnis diebus, si febricitat in aqua calida, maximo auxilio lienosis auxiliatur.

Ad sphalangionum morsus.

Herbæ hederæ radicis succus bibatur, item ulceribus hedera ex uino decocta utiliter imponitur.

Ad nares graueolentes.

Herbæ hederæ succus bene colatus in nares infunditur.

Ad aurium uitia, & eis qui minus audiunt.

Herbæ hederæ succus mudissimus cum uino stillatus medetur.

Ne caput à sole doleat.

Herbæ hederæ folia mollissime trita in aceto & oleo rosaceo aduersus omnem capitis dolorem fronti inlinitur.

NOMINA ET VIRTUTES SERPYLLI.

Caput C.



Græcis dicitur Herpyllos, alijs Zygis. Alij Polion, Aegyptij Meronopus, Itali Serpyllum, alijs Cicer erraticum, alijs Cicer rusticum: eius est alia hortualis siue usualis, humi serpens cum folijs atq; ramis Origani similibus, albidioribus quidem, atq; sampsuchi odorem fingentibus. Alia agrestis, quæ etiam Zygis appellata est, non in solo serpens, sed directa atq; statim positione subrecta cum ramis tenuibus atq; lignosis longitudine bipalmi, & folijs paruis et angustis tanquam rura, sed paulò longioribus atque plenioribus & angustioribus. Floribus quoque omnibus in uirgis constitutis, in summitate purpureis remordentibus linguam, odore iucundo, radice inutili. Nascitur in petris, uehementior est autem rubea quæ seminalis siue hortualis appellata est.

Capitis dolori medendo.

Herbæ Serpylli succum cum oleo & sale fricto, et in puluerem redacto, omnibus permixtis caput perunctum sanatur. Item Serpyllum decoctum in aceto tritum inlinitur temporibus & fronti.

VIRTUTES.

Ad combustum.

Herbæ Serpylli furculi unciam, spumæ argenti uncias tres, Rosam, hæc in mortario teres, Cæræ punicæ, adipis ursini et ceruini semilibrâ, simul decoques, colabis, & impones.

NOMINA ET VIRTUTES ABSYNTHII.

Caput C I.



Ræci Absynthion Bathypicon cognominent, Romani Absynthium rusticum, Aegyptij Somi appellant. Est porro Absynthium omnibus cognitum, cuius probabilius genus est Ponticum uirtutis acerrimæ, seruētis, et redarguētis amaræ. Nascitur locis cultis & montuosis et saxosis. Est præterea aliud Absynthium marinum, quod quidem Seriphium uocant, gignit in Tauro monte & Cappadocia plurimum.

Bathypicon ob amaritudinem.

F

C & in Taphosiri Aegypti provincia tenuioris fructus ac seminis à supradicta, & angustioribus folijs, neq; tam amarum, sed odoris grauioris.

Contra periculum fungorum.

VIRTUTES.

Herbæ Absynthij succum ex aceto bibat, hoc serotinus uir centenarius euasit, quum esset à fungis tentatus.

Ad liuores tollendos.

† aqua & aceto

Herbam Absynthium in † aqua decoctum, et inductum panno imponito si corpus tenerum fuerit, ex melle imposito.

Lumbricis necandis.

Absynthij herbæ & Marrubij & Lupinorū paria pondera in aqua multa cocta, uel in uino austero bis aut ter in umbilico posita, necāt lumbricos.

Ad inguinum uel intertriginis molestias.

Intertrigo cancer hodie uocatur, huic Cato de re rustica mederi docet, si surculus absynthij pontici sub annulo feratur.

Herbæ Absynthij & marrubij surculū sumito, & in semicinctio tecum portato, sanaberis.

NOMINA ET VIRTUTES SALVIAE, Cap. CII.



Vidam Græcorum † Cission, alij Elelisphacon, alij Phacon, alij Bechion appellauere, Aegyptij Anusi, Itali Saluiam, alij Tullilaginé uocant. Elelisphacos agrestis grauioris est odoris. Vitis uero, quæ est boni odoris ac lenioris, Saluia uocatur. Est igitur

† Dioscorid. Diosc.

D frutex siue sarmentum longitudine porrectū, subalbidū, uirgis maioribus folijs paulò asperis, odoris boni, & fructu siue semine in summitate ramorum, similior minor agresti. Nascitur asperis locis, & est uirtutis acrimonia, quæ deniq; pro Dictamno sæpe uenenum eijcit.

Contra ueretri pruriginem.

VIRTUTES.

Herba Saluia decoquitur, & de ea aqua ueretrum infricatur.

Ad pruriginem circa anum.

Herba Saluia decoquitur, & de ea aqua inferiores partes fomentantur, & sedat pruriginem summe.

NOMINA ET VIRTUTES CORIANDRI.

Caput CIII.



Græci Corion, Itali Coriandrum, Aegyptij Ocheon nominant. Notum quidem omnibus frigida uirtutis esse.

Lumbricis purgandis.

VIRTUTES.

Coriandrum coquitur ad tertias in oleo, & in caput mittatur.

Mulier ut citò pariat.

Coriandri seminis grana xi. aut xij. in linteolo mundo de tela alligato puer aut puella uirgo ad femur sinistrū propè ingue teneat, & mox ut partus fuerit partus, pueri remedium citò soluat, ne intestina sequantur.

Ad frigora & omnes febrium typos.

Herbam Coriandrum ubi mane uideris ad olitorem propositum, accedis ad eum, & proijcies denarium, & tollis fasciculum de Coriandro.

A sed noli nominare, & portes tecum usque dum hora suspecta ueniat, quum hora transferit & nihil tibi prouenerit, sub sero proijcis illud post te, dum ambulas, & noli post te respicere, liberabis te.

NOMINA ET VIRTUTES PORTULACAE,

Caput CIIII.

P Græcis dicitur Andrachne. Alij Cappara, alij Andrema, Prophe-
ta Hæma areos, Daci Lax, Aegyptij Mothmutim, Itali Portula-
cam, alij Pocastrum, alij Illecebram, nonnulli Amaranthos uoca-
runt. Notum est omnibus Portulacam frigidæ uirtutis atq; redarguentis
esse.

Ad feminis immodicum profluuium.

Portulaca herba sumpta, bene facit, & per se, & cum Oxygaro.

Ad stomachi inflationem.

Portulaca herba purgat, & in aceto sumpta, mire inflationem tollit.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES CEREFOLII.

Caput CV.

Ræci Pæderota uocant, alij † Boopes, alij Arctophyllon, Latini Ce- † Bootis
refolium. Ad stomachi dolorem.

Herbæ Cerefolij uiridis cymas treis colliges, et pulegium in ligno teres,
mellis cochlearium malaxes, ut ebulliat cum papauere uiridi, et induces sto-
macho.

NOMINA ET VIRTUTES SISYMBRII.

Caput CVI.

Ræci Sisymbriion, alij Stephanon Aphrodites, alij Herpyllon
mega, Latini Terralem Austeralemue, alij Mentham Veneriam
appellant. Est quidem similis menthæ, sed latioribus folijs atque
odoris summi, & uirtutis feruentis.

Ad uesicæ dolorem & stranguriam.

Sisymbrii herbæ contriti excepto succo, scrupulos duos febricitanti ex
S aqua calida, non febricitanti ex uino potui dabis, mire remediaberis.

VIRTUTES.

NOMINA ET VIRTUTES OLUSATRI.

Caput CVII.

Myrnion Græci uocant, alij † Hippofelinon, alij Selinon agrion, † Hippofeliz
Itali Olusatrum, Aegyptij Denterobon, Radice alba, stomacho non Theod.
comoda, non ualida, thyrso molli, cauo atq; cello, ueluti scriptu Equapii uere
ris notato, quas Græci χαμματα uocant, folijs latis atq; rubris tit.
cum albis notis, semine longo, accumulatur masticatione, atque odore aro-
mata simulat.

Ad uesicæ dolorem & stranguriam.

Herba Olusatrum trita ex passo in potu sumpta, stranguriam potenter
emendat.

Ad purgationem mulierum.

Herbæ Olusatrum semen ex mulso potui dabis, sceminas purgat.

L. APVLEII MADAVRENSIS
 NOMINA ET VIRTUTES LILII.
 Caput C V I I I.

GRæci eam Crinon uocant, alij Lirion, Latini Lilium, alij Rosam Lunonis.
 Ad percussum serpentis.
 Herbæ Lilij bulbum conterito & in potu dabis, ipsum etiam bulbū tum mor sui adponas, sanabitur.
 Ad luxum.
 Herbę Lilij folia tusa & ĩposita efficaciter sanāt, & si tumor fuerit, sedat.

SPECIES ET VIRTUTES TITHYMALI,
 Caput C I X.

Species Tithymali in uno habentur modo exemplari & ē Diosc. summa pt.e.
 † Amygdalū
 † Batheum
 † Chamiten



Tithymali species sunt septem, quarum alia masculum, siue Characias appellatur, uel Comites, aut † Amydaloides, atque Cobiosos, Helioscopos, Meconitis, Alipos; Latini † Lactucā marinā, Prophetæ Conos artos. Alia foemina quam Myrtiten, uel Charalyos, siue Tithymalis, Paraplion, Mecon aut Meconion. Quarta Helioscopios, Dentricis Tithymalis, Latine Cicer columbinum, & Capragodicitur. Quinta Cyparissias. Sexta Dendroides. Septima Platyphyllos siue Perfites. Prophetæ Asclepiu diadema. Latine Tritum appellatur.

Charitias.
D

Characias igitur nascitur in collibus, uel montuosis locis, thyrsis ultra longitudinem cubitalem rubris, succi acrioris, atque albis folijs oliuæ similibus, paulò angustioribus, sed longioribus comæ, in summitate sunt iunci similes, uirgulis porrectis, in quibus ueluti cauliculi cum semine, radice longa. Succus eius potui datus duobus obulis, purgat phlegma bilemque in potu sca uentrē soluit, in mulso uomitū mouet, emortuos dentes & exesos tollit.

Foemina.

Foemina autem asperis nascitur locis, & alba est, folijs similibus myrtidis, fructu siue semine nuci similis, quæ leniter arguat gustu, ac singulis per annos renascatur: eius succus plus est uomificus.

Paralios.

Paralios nascitur circa mare ramis bipalmis, rubris, quinibus uel senis abradice uenientibus, in quibus folia parua angusta & longa cum capitello in summitate denso paruo, in quo Eruo similis, sed uariū floribus albis ex toto, atque succo uirtutis superioris.

Helioscopos.

Helioscopos prouenit in hortis, ramis ē radice uenientibus quatuor aut quinque, bipalmis tenuibus rubris, folijs portulacæ similibus, paulò tenuioribus capitello, anethi similis, fructu siue semine uelut in folijs, coma quali dei folis motibus uel circumflexionibus cōuertat, uirtute prædictæ similis, sed paulò uehementiore.

Cyparissias.

Cyparissias thyrsis bipalmi, nigro ac subrubente, folijs pini similibus, sed paulò longioribus.

Dendrys.

Dendrys nascitur in petris, latior ac rubrior prædictis ramis, folijs tmyrthæ tenuioribus similis, fructu siue semine ceu Characias.

Platy

A Platyphyllos similis est † Verbaſto forma atque uirtute.

Platyphyllos.
† ſlogmi

Ad interiorum dolorem.

Tithymali herbæ fruticem teres, & in uino cyathis duobus, ex eodem succo cochlearia duo dato ieiuno bibere, ſanabitur.

VIRTUTES.

Ad uerruculas tollendas.

Herbam Tithymalum lacſtem mixtum cum Batrachi herbæ ſucco ſi in uerrucam impoſuerit, tertio die ſanabit.

Ad fiſtulas.

Herbæ Tithymali ſuccum cum uino mixtum ſuperexprimito, deinde cæteris fomentis obligato.

Ad lentiginem, hoc eſt lepram.

Tithymali herbæ ſlos cum reſina decoctus inlinitur.

NOMINA ET VIRTUTES CARDVI SYLVATICI.

Caput C X.



Ræci Chryſiſceptron, alij Ixian, alij † Pancration, alij Chamæleon, alij Gnidium coccum, alij Vlophonon, alij Cynomazon, alij Cynozolon, alij Ocimoides: Latinis Carduus uaria, Carduus lactea, Carduus nigra: alij Vernilago, Vſtilago. Nascitur in pratis & ſecus uias.

Pancarpon
Dioſc.

Ad infirmitates ſtomachi.

B Herbæ Cardui ſyluatici, quam habet in capite ſummo medullam uiri- dem dato ex Oxygario, edat.

Vt occurſus malos non timeas.

Cardui herbam ſi Sole nouo fuerit Luna in Capricorno tollis, & quantum diu tecum portaueris, nihil mali tibi occurrit.

NOMINA ET VIRTUTES LUPINI.

Caput C X I.



Græcis uocatur Thermos orinos, à Romanis Lupinum montanum. Nascitur ſecus ſepes aut locis ſabuloſis.

Ad lumbricos & tineas.

Herbam Lupinum montanum tere cum radice, & dato ex aceto cyathū unum bibere, ſine mora eiiciet. Item infantium cum abſynthio tritum umbilico imponitur.

NOMINA ET VIRTUTES LATHYRIDIS.

Caput C X II.



Græcis dicitur Lathyris, Coccus gnidios. Alii Chamælaean, alii Eupolis, alii Epantemon, Itali Cicotatium, alii Lathyridem nuncuparunt. Nascitur locis cultis & ſabuloſis, thyſo cubitali, roboris digitalis, cuius in ſummitate furcæ atque folia longa, ut in ariſtologia, ſemine in ſummitate ramorum trigano & rotundo ut capparis, in qua tria ſemina obteſta, foliis inuicem diſcreta, rotunda, & eruo miora, quæ purga, alba reperiuntur & dulcia.

† camela

L. APVLEII MADAURENSIS

C

Ad duriciam uentris.

Herbæ Lathyridis semen quod est granum purgatum potui dabis in aqua calida, aluum citat.

DE VIRTUTIBVS LACTVCAE LEPORINAE.

Caput C X I I I.



Nascitur Lactuca leporina locis sabulosis. Lepus estate quum anima deficit aestu, hac herba remediatur, ideo Lactuca leporina dicitur.

Ad febricitantes

Lactuca leporina supponitur sub puluino nescienti, remediabitur.

Si pili oculis obstant.

Lactuca leporina pilos oculis obstantes summe relegat,

NOMINA ET VIRTUTES CUCUMERIS.

Caput C X I I I I.



Ræci Elaterion, alij Licys agrios, alij Grynion, alij Ballis, alij Bupalion, alij Scorpion, alij Pherombron, alij Peucedanum, alij Notion, Itali Cucumerem Anguinum & Cucumerem syluaticum. Prophetæ Nemaictinos, Punici Cussimezara. Nascitur locis arenosis, sed maritimis & calidis, folijs cucumeri usuali similibus cum uirgulis breuioribus, radice alba magna, & fructu longitudine digitali, totus fructus amarissimus.

vsualis passim profatino utitur.

D

Ad neruorum dolorem & podagram.

VIRTUTES.

Cucumeris syluatici radices coques ex oleo cibario pondo III. ad tertias inde perunges eos, sanabuntur.

Ad abortum.

† forte morsum

Herbæ Cucumeris syluatici radices ad tertias in aqua coquantur, & inde se sublauet. Si quis autem ieiunus fructum eius ediderit, periclitabitur, ideoque quisque abstineat neque manducet.

NOMINA ET VIRTUTES CANNABIS.

Caput C X V.



Annabis alia est usualis, alia agrestis, quam nonnulli Hydrastinum, Itali Terminalem appellitant, radice similis Althææ, quam nos Ibisicum appellamus. Nascitur locis asperis & secus uias ac sepes.

Ad mamillarum dolorem.

VIRTUTES.

Herbam Cannabem syluaticam tusam cum axunga imponat, discutiet tumorem, & si collectio fuerit, expurgat.

Frigore exustis.

Cannabis syluaticæ fructum tritum cum urticæ semine subiges aceto & eis imponat.

DE VIRTUTIBVS RVTAE MONTANAE. Cap. C X V I.

Ræci Peganon orinon, Itali Rutam montanam uocauerunt. Cæterum titulum quaere supra in Ruta hortensi. Nascitur in montibus locis asperis.

Ad caliginem oculorum & ulcera.

Herbæ Rutæ montanæ roscidæ folia decocta in uasculo uitreo mittes, uinum uetus admisce, & sic inunges.

Ad præcordiorum dolorem.

Rutam syluaticam contunde in uase ligneo, deinde adde tribus digitis, quod prendere potueris, mitte in calicem, & uini cyathum unum & aquæ calidæ cyathos duos, da bibat, & contineat se in lecto modicū, mox sanus erit.

Ad hepatis dolorem.

Rutæ syluaticæ manipulū in olla noua & aquæ heminas treis, mellis tantum adijcito, exempta ruta, & fac inferuescat aqua cum melle, id per tri dum facies bibere, & sic plures poteris sanare.

Pro ijs qui meiere non possunt, uel dysuriam patiuntur.

Herbæ Rutæ syluaticæ cauliculos nouem conterito, additis aquæ cyathis tribus, & aceti hemina, et subferueat, & dato bibendum dies continuū nouem, sanus fiet.

Si mulier intrinsecus aliquid mali habuerit.

Rutæ syluaticæ semen contritum ex uino austero da bibat, præter partū liberabitur.

Ad extematos à uino.

Rutæ syluaticæ semen cum uino potum, mire facit.

Scorpio si quem percusserit.

Herbæ Rutæ syluaticæ semen contritum ex uino dabis potui, dolorem sedat.

NOMINA ET VIRTUTES HEPTAPHYLLI.

Caput C X V I I.


GRæci Heptaphyllon, Itali Septefolium dicunt. Nascitur locis cultis & sabulosis.

Ad pedum dolorem.

Herba Septefolium trita cum luto mixta, pedes perunges, tertio die dolorem tollit.

DE OCYMO, EIVS'QVE VIRTVTIBVS.

Caput C X V I I I.

cymum est herba notissima, atq; difficilis digestionis, & mutatione sui inflabilis, & uirtutis mictualis.

Capitis dolori medendo.

Herba Ocymū tritū cū oleo roseo aut myrtino, uel aceto fronti imponit.

Epiphōris curandis.

Idem ad epiphoras oculorum ex uino optimo tritum, oculis inlinitur.

Idem ad renes in malignanati cortice bibitur.

NOMINA ET VIRTUTES APII.

Caput C X I X.

Selinon Græci & Melyssophyllon, Prophetæ Hæma areos, Romani Apium, omnibus notum est acerrimæ uirtutis esse & mictualis.

C

Ad epiphoras oculorum.
Herba Apio trito bene cum pane oculi teguntur.

NOMINA ET VIRTUTES HEDERAE CHRYSO-
CANTHOS. Cap. C X X.

† Chrysantos

A Græcis dicitur Cissos & † Chrysoanthos sic appellata, quod grana
aurei coloris ferat.

Ad hydropicos sanandos.

Herbæ hederæ Chrysoanthos grana uiginti in uini sextario cōtrita, ex
eo uino terni cyathi bibantur per dies septem, qui per urinam exinaniantur.

NOMINA ET VIRTUTES MENTHAE.
Caput C X X I.



Edyosomos Græcis, Romanis Mentha dicitur.
Ad ignem sacrum.

Herbæ Menthæ succus expressus adiecto sulphure & aceto, de penis
inunctus, sine mora dolorem sedat.

Ulceribus in capite manantibus.

Herba Mentha contrita & imposita ulcera siccant.

DE ANETHO. Caput C X X II.

Dolori uentris medendo.

D



Nethum herbam combure & cinerem eius cōmises cum melle,
dein uulnus foues ex aqua, dein ex myrtino calida laua, & sic me-
dicamen impone.

Loci mulierum si dolent.

Pessus matrici,
quod ano Cly-
ster. Sed pro na-
scali ut hic ferè
sumitur, nostri
ineptissime &
barbare pessus
riū uocant. Sic
illiterati opti-
ma quæq; des-
prauarunt.

Herbæ Anethi medicamine supra scripto † pessum factum inijciatur ab
obstetrice.

Ad capitis dolorem.

Anethi florem cum oleo decoque, temporibus inlinito & alligato.

NOMINA ET VIRTUTES ORIGANI.
Caput C X X III.

O Riganon à Græcis Heracleoticon, Onitis, Asclepion, Panaces, Con-
la appellatur, Latini Cunilam Gallicam & Origanū nominant.
Tussi medendo.

Herbam Origanum cōmanducet, miraberis effectum. Origanum item
herbam in puluerem mollissime tritum et melle ad tertias decoctum, melle
puluerem & figurabis trochiscos, & bibat in aqua calida.

NOMINA ET VIRTUTES SEMPERVIVAE.
Caput C X X III I.

G Ræci Aizoon, alij Aithales, Latini Semper floridum & Semperui-
siue Vitalem nominant. Semperuiug nomen sumpsit, quod sit semper
uiridis. Ab aliquibus Stergethron uocatur, eo quod amorifica iudicetur
unde &

A unde & pro foribus à plurimis ponitur, ut pellat odia: Etiam Ambrosia dicta propter usum sacrum: Item Buphthalmos, Zoophthalmos appellata est propter cymas. Cubitales enim euomit thyrsos robore digitali, linguã simulantes, folijs pinguibus pollicis crassitudine, linguæ similibus in summitate, inferior uero supinata, sed in capite præstricta, rotunditatem oculi simulantia. Nascitur in locis montuosis, in domibus etiam plurimi ferunt, Prouenit etiam parua in parietibus, petris, & sepulturis, & locis umbrosis.

Alterũ exemplar nõ admodum uetus plus ra his habet, sed uerbatim ferẽ è Diosc. ascripta sunt.

Ad apostemata.

Herbam Semperuiuum cum axungia & pane & coriandro simul tritam uice malagmatis impone.

Ad hemitriteum.

VIRTUTES.

Herbæ Semperuiui folia quinque trita in aqua calida potui dentur.

NOMINA ET VIRTUTES FOENICULI. Cap. CXXV.

Raci Marathron, Latini Fœniculum, omnibus notũ. Vrinam mouet citò data, lac prouocat. Ex eius thyrsis siue folijs succus sole præsuccatus acuit uisum. Præterea semen eius ex uirore constitutum cum suis uirgultis.

Ad tussim.

Herbæ Fœniculi radicem tusam in mero ieiunus bibat per dies nouem.

VIRTUTES.

Ad uesicæ dolorem.

Herbæ Fœniculi uiridis fascem, & apij uiridis radicẽ, asparagi agrestis radicem in pultarium nouum, mittis & aquæ sextariũ, ut simul ferueant ad quartas, & ieiunus bibat per dies septem, uel pluribus, balneo utetur, in re centem non descendat, frigidum non bibat, uesicæ dolorẽ sedat sine mora.

DE ERYPHIO. Caput CXXVI.

Tali hanc herbam Rutam agrestem indigitant. Nascitur in Gallia in monte Soracti, figuram habet Apij, florem habet purpure similem. Nasturtiũ septem radicibus totidemq; ramulis: ipsa autem patula humo asperis minimisq; irriguis, omni florens tempore, semen habet tanquam faba.

Ptyficis curandis.

Herba Eryphion pisata malagmatis instar imposita sanat, succi eius potui dati, miraberis uirtutem.

VIRTUTES.
†genus

NOMINA ET VIRTUTES SYMPHYTI. Cap. CXXVII.

A Græcis Symphyton, & Xylophoron, Anachallis, & Nemoistasis dicitur. Latini Conseruam, Hinulam rusticam uocant.

Ad profluuium mulieris album.

Herba Symphytum siccata, pisata, & in puluerem mollissimum redacta, in uino potui datur, & mox restringet.

NOMINA ET VIRT. PETROSELINI. Cap. CXXVIII.

Reci Petroselinon, alij Smyrnion, Itali Apium syluaticũ. Nascitur in petris: Sed est summũ, ac probabile Macedonicũ, odoris boni, hoc est aromatici, sapor dulce, urinã mouens, medet uentositati, stomacho & colo, & his similibus.

G

C
VIRTUTES

Ad serpentium morsus.

Herbæ Petroselinī puluerem mollissimum pondere dragmæ unius
Huino potui dabis, & ipsa contrita plagæ imponetur.

Ad neruorum dolorem.

Herba Petroselinum trita & imposita neruorum dolorem sedat.

NOMINA ET VIRTUTES BRASSICAE. SYLVATICAE.

Caput C X X I X.

† Cynacharon

GRæci Cramben, alij † Cynanchon, alij Cynanchen nuncupant: Itali
Brassicam rusticam, & Brassicam aliqui caninam, Punici Butyrum.

Ad tumores quoscunque.

Herbæ Brassicæ syluaticæ cinerem cum axungia uetere pisata commi-
xtum quasi malagma inducis linteolo gr osso, & in aluta imponis.

Ad lateris dolorem.

Herbam Brassicam syluaticam imponis, ut supra.

Ad podagram.

Brassicā cōficiēs ut supra, quod si uetustissimū fuerit, eo magis efficacius
erit.

NOMINA ET VIRTUTES BASILICAE. Cap. CXXX.

D
Basiliscorum
tria genera.



Basilicam Græci, Itali Regiam nuncupant. Hæc herba illis locis
nascitur ubi fuerit serpens basiliscus. Non enim unū genus est
eorum, sed genera sunt tria: Vntus enim est holochrysus: Alius
stellatus, capite aureo: Tertius sanguineus, ut mineū, & ipse ca-

pite aureo. Hos omnes hæc herba Basilica obtinet facile, si quis eam secum
portauerit: sed nec mala ei nocere possunt. Holochrysus autem qui dicitur
Chryseos, quod uiderit insufflat & incendit. Stellatus autē qui est Chryse-
phalos Asterites, hic quod uiderit arefcit, et occidit: Tertius autē qui est He-
matites, et Chrysocephalos qd' uiderit uel percusserit defluet. Ut ossa pe-

VIRTUTES.

se remaneant. Omnes uolentias eorū herba Regula obtinet, si qui homo
eam secum habuerit, ab omnibus serpentium generibus erit tutus. Est autē
herba similis rutæ, lactem habens aurosum, similem Chelidoniæ, flore autē
chrysoccum. Qui eam leget mundus circumscribat eam auro et argenteo
cornu ceruino, ebore, dente aprino, cornu taurino, & fruges mellitos in ut
stigio ponet. Hac utebatur imperator Augustus. Stomachi ea dolorem co-
pescit, neq; iecoris, aut splenis, renū, cordis doloribus obnoxius fuit, neq;
scia, neq; spasms, aut tussis, aut coli dolor, neq; hydrops eum tentabit, su-
spirium, pectoris dolores & lateris sedat, spissos humores per urinā deducit,
renes purgat, uenenis resistit, & breuiter omni corpori quod ea usum
fuerit, sanitatem restituit.

A LIBELLVS VTILISSI

124

MVS DE BETONICA, QVEM ANTONIO MV
sæ quidam, nonnulli Apuleio adscribendū autumant.



Betonica siue Britanica Græci Cestron, & Prioniten, idem Pyrinem, idem Adianton, idem Psycotrophon, item Thyarizan, Seropodion, & Pandiona appellauerunt: Prophetæ Hierathiorine, Romani Betonica, aliqui Seratam, nonnulli Rusmarinam. Hæc herba nascitur in pratis & montuosis locis & opacis circa frutices. Animas hominū & corpora custodit, & nocturnas ambulationes à maleficijs, periculis, ab iustis etiā & uisionibus metuendis tuetur ac defendit, & omni rei sancta est. Cestron uocatur et psycotrophon, siquidē frigidis reperitur in locis. Radicibus quidem tenuibus & rubicundis, thyrso tenuiore, ultra cubitū, quadrangulo, folijs quercui similibus, boni odoris, semine in summitate thyrsi spicato, modo thymbræ.

VIRTUTES BETONICAE.

Fracturis caputum sanandis.

Herba Betonica contusa, & super capitis ictum posita, uulnus mira celebritate conglutinat & sanat. Eoq̄ efficacius si ter die resectam, hoc est recentiorem frequentius imposueris, donec sanescat. Eius potestas tantam fertur habere utilitatem, ut ossa quo fracta consolidet, & ui sua extrahat.

Oculorum doloribus medendis.

Betonicę herbae radices ex aqua ad tertias coquito, & ex ea aqua oculos foueto. Ipsam aut eius folia certa supra frontem & oculis imposito.

Ad oculorum caligines.

Betonicæ dragmam unam, aque calidæ cyathos quatuor ieiunus bibat, deducit ad inferiorē partem eum sanguinem qui caliginē oculorū fecerat.

Ad oculos lachrymosos.

Betonica manducata aciem oculorū clariorem facit. Item Betonicae herbae trita, paululum salis adijcito digitis duobus & pollice quantū tolli poterit, sublatam formatā † turundulam si naribus inferueris, idem efficies.

Aurium doloribus succurrendis.

Herbae Betonicae recentis folia, uel per se, aut in aqua madefacta, deinde adiecta rosa liquida tepefacito, et in aures stillato, lanaq̄ spissato, mire proficere creditur.

Ad dolorem dentium.

Herbam Betonica ex uino ueteri & aceto ad tertias decoctam gargariza, dolorem dentium discutiet.

Ad uomitus & suspiriosos.

Herbae Betonicae dragmā unam, & sumptis ex aqua tepida cyathis duobus, bibendum si dederis, iuuat. Idem suspiriosis prodesse creditur.

Ptyficis & eis qui purulentū egerunt, curandis.

Betonicae dragmas treis dato cum melle, & glutiat ieiunus, auxiliatur.

Nos ad eptoton offendimus, habet cū Apuleij genio quiddam commune, quid dā alienissimis de Musa ipse uideris.

† tormidulam

C

Spleni curando.

Betonicæ dragmas treis dato manducare per triduum, uel in aqua frigida cyathos dabis bibere.

Betonicæ dragmas quatuor, aquæ calidæ cyathos quatuor da ut bibat per triduum. Herbam Betoniam ex uino decoctam & potui datam hieusis prodesse experti affirmant.

Betonicæ dragmæ binæ ex mulso cyathis duobus bibentem sanabunt.
Ad renes.

Betonicæ dragmas treis ex uini ueteri cyathis tribus, piperis grana xxvij, contrita & calefacta ieiunus bibat.

Ventricis dolori medendo.

Herbæ Betonice dragmam unam in aqua calida cyathis duobus bibendam da, his autem duntaxat hæc apta erit compositio, quibus non ex cruditate intestina torquebuntur.

Ad uentrem concitandum.

Betonice dragmas quatuor, hydromelitos, octo dies bibendum dato, uentrem mouebit.

Ad lumborum dolorem.

Betonicæ dragmas tres ex uini Amynei cyathis tribus, piperis grana xvij, contrita & calefacta ieiunus bibat, curabitur.

D

Betonica ex mulso potui data, febrienti ex aqua calida, lumborum dolorem sanare creditur.

Ad colum.

Herba Betonica cum uino austero æque proficit.

Ad tussim.

Herbæ Betonice uncias duas ex melle accipiat per dies octo.

Ad typum quotidianæ.

Herbæ Betonice dragmas duas, arnoglossæ unam ex aqua calida cyathis quatuor bibendum sub accessione ministra.

Ad typos tertianæ atq; quartanæ.

Herbæ Betonice dragmas treis, mellis Attici unciam, aquæ calidæ cyathos tres in unum miscebis, & ante accessionem potui dabis, mire sanabit.

Ad uesicæ dolorem.

Betonicæ dragmas quatuor, apij radice scrupulos treis decoquito, radices uero apij in aquæ sextario ad medium quum decoctæ fuerint, tum de mum betonica admiscenda, potui exhibenda, dolorem ita exterminant, ut postliminio redeat nunquam.

Ad calculum.

Betonicæ dragmas treis ex aceto quàmoptimo, & mellis & aquæ calidæ cyathos octo bibere confert.

Hydropicis curandis, mulieribus item quæ partu laborant, necnon & ijs qui febricitant.

Betonicæ dragma una ex aquæ calidæ cyatho uno pota medetur.

Betonicæ item dragmæ duæ, aquæ calidæ cyathis quatuor, si sine febre fuerit: si cum illa, ex uini cyathis duobus ministra, fert opem.

Ad

Ad paralyfim.

Betonica trita & imposta nervos etiã præcisos glutinare, & per sanare creditur.

Contra horrores.

Betonicæ dragme duæ ex uino austero cyathis duobus. Item ex aquæ calidæ pari mensura sub accessione bibere dato.

Pro mulierculis quibus loci frigore uexantur.

Betonicæ dragmas tres ex aqua calida totidem cyathis ieiunę per triduum bibere dato.

Aduersus ebrietatem.

Betonica si prius sumatur, ebrietas uinum non comitatur.

Morbo regio curando.

Herbam Betonicã ex uino sæpius sumptam proficere piria didicimus.

Carbunculo sanando.

Betonica in aquæ calidæ cyathis duobus pota carbunculo medetur.

His qui perfrictionibus laborant.

Betonica cum axungia trita, plagæ imponatur, prodest utiq;.

Lassis ex itinere.

Betonicæ unciam ex uini cyathis tribus triduo ex itinere lassus bibat.

Aegris fastidientibus cibum.

Betonicæ dragmas geminas ex aquæ mulsæ cyathis tribus potui dato.

Vt facile quis decoquat.

Betonicæ dragmas treis, mellis decocti unciam sumito, mel quo ad indurescat coquito ex aqua calida, cyathos duos potui dato. Pastillos quoq; ex eo facere conuenit, & ex calida deglutire.

Ad serpentium morsum.

Betonicæ dragmas treis ex uini cyathis tribus diluito & potui dato, omnium quippe serpentium morsus sanat. Betonicam quoq; uini nigri cyathis tribus conterito, & uulneri inlinito.

Venenis datis expellendis.

Betonicæ dragmæ tres statim potæ uenenum discutunt.

Ad morsus rabidi canis.

Betonica contrita & contusa morsui imponitur.

Ad fistulas.

Ex Betonica contusa & contrita turundulas facito, & pusillum salis inserto, fistulam obligato, expurgat.

Podagræ fugandæ.

Betonicæ radices cum folijs coctas ad tertias, in aqua potas, ipsam quoq; per se tritam & applicatam mire dolorē podagræ lenire experti affirmant.

Ad purgationes.

Betonicæ dragma purgationes hærentes in uino expellit.

Quum nuperrime Andreas Cratander homo elegans & doctus, Typographorumq; maximū decus, hos iam de arte Pæonia luculentissimos auctores incudi (quod aiunt) reddere, & excudere statuisset, aut animo saltem concepisset, & eos tam foedissime deprauatos, ut ne unus quidem esset uersiculus, imò uix alterum uerbū, quod absq; offensione legere potuisses, animaduertisset, & illos tamen scriptores dignos censeret, ut nō solum legantur ab omnibus, sed etiam nocturnis uersentur manibus, atq; diurnis, & de sinu nunquam deponantur, siue elegantiam spectes, siue omnigenos sacratioris Apollineæ artis flosculos (quibus referti sunt) consideres, pertinentius eius à nobis tanquam ab eius diuinæ scientiæ mystis contendebat, ut horū simul omnium Aristarchū agere dignaremur, Margites ego tum (artis amore inflammatus, & iuratissimi amici obseruās) Græcanici illius ^{δυσὸρ ἑσπερίης} Sallustianæq; sententiæ, Priusquam incipias consulto, planè oblitus, arctius mihi metipsi annulum inieci. Nam eam Aristarchi prouinciā, humeris fortasse nostris imparem suscepi, nescio quidem quā bonis auib; certe nostro magno malo. Siquidem ei pariter oēs uitij ac mendis deterrimis adeo habebantur in codicibus uetustis inquinati, ut in repurgando nō minores fuerint sudores exantlādi, quā in Augiæ bubuli olim Herculi. Diuinae uel gulandæ, confodiendæ? Liquido deierare possim, eos qui illos descriperant, ne ullum quidem intellexisse uerbulum, adeo cuncta erant confusa, & quadrata rotundis, quod aiunt, mixta, sine diastolis & punctis. Quod si tu (candide lector) intelligeres, quantis lucubrationibus, ac uigilijs confiterit nobis hæc qualiscunque restitutio, haud male de te meritos esse fateberis. Neque enim quia tu partem bene magnam inoffense legis, idcirco exemplaria plana erant, imò nihil erat non deformatum, ad singulas ferè syllabas subsistendum, ubiq; hærendum. Periculo hercle non parua rei redimere, ut quiuis ἀναγνωσῆς, nedum morosus, & sycophanta, codicū quibus uisum, copiam habere queat, quo collatione propicius esse disceret, & sudores interim tam breui tempore exhaustos deprehenderet. Nā quicquid est hoc operis ad prælorum festinationem minime lentam, duobus nempe mensibus, tantis quoq; negociorū alijs fluctibus obruti, cura domestica uel xati tam descripsimus (alioqui enim nequibat infinitus mendarū numerus tolli) quā ut cuncq; castigauimus, quod uniuersum ferè ab ociofo lustrium efflagitabat. Quod si ocium & spacium non defuisset, mendis adhuc forsitan puriores in lucem prodijisset, id quod absq; emendationum exemplarium adminiculo τὸ ἀργαλέον ἢ πρᾶγμα. Reliqua quæ ad singulos

attinēt ex epistola nuncupatoria plenius hauris. Vale mi
lector, & nostrum conatum æqui boniq; facito.

αὕτη γὰρ ἀντιπελάργωσις Ἰηαννί, Basileæ.

III. Cal. Septemb.

RECOGNITIO TOTIVS VOLVMINIS, IN QVA
 ea modo annotata sunt, quæ lectorem oscitantem morari possent.

Folio 7. B. lege releuatio, pro reuelatio. C. cibi pro uini. D. tunc ei, pro cuius rei. acrior calor, pro calor. Fo. 9. Pleumatica exemplar habet pleomatica quid legendū sit ambigo. Ibidē fulua, pro uulua. Folio 9. D. κεφαλή hęc adijce. De ratione potionis. Qui uult potionē solutio nis accipere, hoc modo id faciat, una die anteaquam eam assumat hora tertia cibos quàm solubilio nis. Dieta potio.
 res poterit sumat, nō ad saturitatē tamen, atq; ea die amplius nō comedat: bibere autē si uoluerit amplius nō prohibemus. Sequenti uero die potionē in aurora accipiat cū aqua calida tritā, uel cū calido uino tritam, sicut piperatam spissam, aut da ei pilulas cum laganis. Ipsa uero die nec manducet, nec bibat usque dum solutio terminetur. Postquā uero terminata fuerit, manducet, bibat, dormiat, & à frigore caueat, & tertia die post acceptam purgationem accipiat reconciliationem cundo dormitum absque coena, adriam maiore antheriace. Quarta autem die balneetur. Sexto uero die sanguine minuatur, & usque ad decimum diem digestibilibus cibus utatur, & potionem custodiat, nec in equum ascendat, postea quocunq; uoluerit pergat. Folio 10. B. in margine, Aër cauendus in contextum ponatur, ut hęc sit lectio, Aër cauendus est, ne qui in matutinis. rubcos pro rupeos. 16. C. succo pro suo. 17. A. porcellus pro procellus. 18. D. alligatum pro alli. 19. B. imponito pro imponitur. 19. D. tritis pro tritus. 21. A. quo pro quod. 21. B. gra uolentibus pro graueolentis. 23. A. si ipse pro supse. ibid. halitus pro habitus. 24. D. niectus pro iniectis. 25. C. Acopum pro Apocum. 26. C. & nonnunquam aliàs. laccum pro lacum. constringens pro constringens. 28. B. phlebotomum ibidem. Cera pro cere. 34. B. tensuram pro ensuram. 40. D. unguis pro unges. 60. B. Cantharides pro cōthorides. ibid. D. Allii pro Llum. 61. B. cibabis abundanter. & paulo post: pedes qui dolent in uentrem eius mit tes. 70. A. felle pro fellem. 70. C. cum pro cum. 84. B. acciderit pro auiderit. 99. C. caligantibus pro calignātibus. 108. B. collecto pro collectorū. 107. B. puero pro priore. 111. D. 117. D. prodissent, pro prodisset.

SERIES CHARTARVM.

A B r a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u

x y z & A B C D E F G duerniones

omnes, præter, &, ternionem.

BASILEAE, IN AEDIBVS ANDREAE

CRATANDRI, MENSE AV

GVSTO, ANNO

M. D. XXVIII.

A 1187905



SERIES OF
 x y z ABCD E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z
 GUSTO, ANDO
 W. D. KXVIIII
 L'ESTABLISSEMENT, IN ARDRES ANDREAS
 L'ESTABLISSEMENT, MERE AV